UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiastica Hymnodia Libri Tres

Secchi, Anacleto

Antverpiæ, 1634

urn:nbn:de:hbz:466:1-45942

Visual Library

Th. 2677.

J VIII
29.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



DE ECCLESIASTICA HYMNODIA LIBRI TRES;

in quibus, de præstantia, effectibus, et modo ritè in CHORO *psallendi agitur copiosè:*

AVCTORE
ANACLETO SICCO
CREMONENSI
Clerico Regulari
S. PAVLI.

Editio altera, auctior et emendatior.

Psallam spiritu, psallã et mente. 1. Cor. 14. Septies in die laudẽ dixi. Ps. 118.

ANTVERPIÆ, EX OFFICINA PLANTINIANA
BALTHASARIS MORETI. M.DC.XXXIV.

Collegii Societ. Jesu Paderbornæ

IOANNI BAPTISTÆ PALLOTTO S. R. E. CARDINALI FERRARIENSIS PROVINCIÆ LEGATO A LATERE THESSALONICENSI ARCHIEPISCOPO EMINENTISSIMO AMPLISSIMOQVE

DON ANACLETVS SICCVS CLERICVS REGVLARIS S. PAVLI SEMPITERNAM FELICITATEM.

ECclesiasticam Hymnodiam meam quarto abhinc anno in Italia typis traditam, & ab EMINENTIA TVA singularibus

beneuolentiæ atque humanitatis argumentis, dum ipsam Tibi pro VRBANO VIII. summo Pontifice legationem agenti apud FERDINANDVM Cæsarem in hac ipsa Viennensi ciuitate offerrem, acceptam, cogor nunc celebriori prælo subiicere, vt compluribus omnium Ordinum Ecclesiasticis viris eam efflagitantibus faciam satis. Hac recenti editione prodibit illa quidem rebus ditior, à mendis castigatior, characterumque elegantia venustior: at, nisi egregium nanciscatur patronum (priori fatis iubentibus nuper orbata) felicior extitisset infans quàm adulta, & in ipsis comparatis diuitiis inops & destituta mœreret. Ego itaque

dum

dum orbem perluſtro Chriſtianum, vt inſignem eligam virum, cuius firmo præſidio beneuolæque tutelæ adultam iam pupillam committerem, ecce inſignis fulgor tuus, EMINENTISSIME CARDINALIS, ſeſe meo in primis offert adſpectui, omneſque animi mei ita occupat vires, neminem vt alium opportuniorem aut eligere aut cogitare Tutorem queam. Et ſanè illud ipſum quod geſtas in gentilitio ſtemmate extentum brachium, hieroglyphico Ægyptiorum ſapientum more te prædicat in Eccleſiaſtica Hierarchia tutiſſimum omnium Aſylum; quo quibus frui datur, iis verè gloriari licet, iſtius ſe brachij orbe toto celeberrimi tectos

& communitos robore, quod non nisi egregia patrare facinora, ad Reipublicæ Christianæ præsidium & ornamentum, nouit. Brachium istud in Hispaniis per plures annos Apostolicarum rerum habenas, ingenti cum omnium approbatione & admiratione, prudentissimè rexit. Brachium istud in Germania, dum EMINENTIA TVA apud Inuictissimum FERDINANDVM II. pro SEDE APOSTOLICA amplissimis perfungeretur legationibus, ardua negotia feliciter peregit. Brachium istud purpuram sibimet texuit, communique omnium plausu acquisitam potiùs quàm conquisitam obtinuit. Brachium istud in Italia

nunc

nunc iterùm ſupremum Pontificiæ legationis, maxima cum nominis Chriſtiani dignitate, exequitur munus. Brachium quoque iſtud, ni fata obſtiterint, PETRI clauum & claues ſanctiſſimè aliquando prouidentiſſimeque tractabit. Porrige igitur, PRINCEPS OPTIME, huic meæ auctiori atque ornatiori Hymnodiæ optatum patrocinij tui brachium, cuius vim non ſemel nos adhuc ſumus experti, præſertim dum Tute ſacroſanctæ Iuſtitiæ æquas librans lances, rectumque tenens exertum gladium, huiuſce noſtri Collegij apud ſanctum Michaëlem iuſtiſſima iura ab iniuriis ſumma cum prudentia vindicaſti, calum-

niantiumq; quorumdam laruas penitus dissipasti. Huius namque brachij præstantissimi munita præsidio Hymnodia hæc, ab omnibus libentiori excipietur animo; totumque orbem inoffenso percurrens pede, percurretur ipsa quoque auidiùs ac frequentiùs. DEVS interim Optimus Maximus EMINENTIÆ TVÆ plurimos felicitatis annos, ad Christianæ Reipublicæ commune commodum & decus, adiungat, quemadmodum in præsentiarum ex animo precor. Viennæ Austriacæ, VIII. Kalendas Decembris CIↃ. IↃC. XXXII.

IO.

IO. ANDREÆ HERMANNII BONONIENSIS AD SACRAM HYMNODIAM EPIGRAMMA.

Svbdola, quæ quondam ludebat in æquore nautas,
Hac melior Siren iam capit arte Deum.
Psalle, etenim cauti perit astus Vlyssis;
vt illum
In tua vota trahas, labitur axe Deus.

Eiusdem ad eamdem Carmen.

Exoras, placas, laudas, specularis, adoras
Numen, & Aligeros imitaris, dæmonas Orco
Pellis, & auxilium morituris porrigis ingens,
Victuroſque cies, viuorum pectora reples

Lætitia ; quòd & ipſe Deus timeatur, ametur,
Efficis ; ad lacrymas irritas lumina, tuque es
Vrbis & Imperij robur, ludibria ſortis
Formidanda fugas, certæ haud exile ſalutis
Pignus habes, cæli æterno fruiturus honore,
Pſallere ſi ſcieris : ſi neſcis, pſallere diſce,
Mente ſed attenta, feruenti, humilique piaque,
Et pura ; diſtincta tamen, concinnaque verba,
Et procul à vitio, quæ diſcis, pſallere diſce.

APPRO-

APPROBATIONES.

Don IVLIVS CAVALCANVS *Congregationis Clericorum Regularium ſancti* PAVLI *Præpoſitus Generalis.*

CVm Tractatum de Eccleſiaſtica Hymnodia R. P. Don Anacleti Sicci, Præpoſiti Collegij S. Pauli Bononiæ eiuſdem noſtræ Congregationis, duo ex eadem Congregatione docti viri, quibus id commiſimus, recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint, facultatem concedimus vt typis mandetur, ſi iis, ad quos pertinet, viſum fuerit. Datum Mediolani in Collegio noſtro ſanctorum Apoſtolorum Pauli & Barnabæ die XX. menſis Febr. M.DC.XXIX.

Don Iulius Caualcanus Præpoſitus Generalis.

PRæclarum, & in hac materia De Eccleſiaſtica Hymnodia ſingularem Tractatum admodum Reuerendi

di Patris Don Anacleti Sicci, Collegij ſancti Pauli meritiſſimi Præpoſiti, maiore qua potui diligentia peruolui : eumdem verò opus egregium, meo iudicio, deprehendi, variis quæſtionibus, iiſque doctiſſimis & iucundiſsimis, plenum ; necnon etiam ſacris Hiſtoriis & modernis exemplis ornatum, ad ſpiritus excitationem & cordis ardorem in Chriſti Domini amorem. Quapropter in communem totius Eccleſiæ vtilitatem, & eorum præſertim ſolatium qui Choro ſunt addicti, Opus hoc in lucem dandum approbaui.

Ego Don Aegidius Polus Rector Pœnitentiariæ pro Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D.Card. Archiepiſc. Bonon.

VIdi ego ſubſcriptus, ac diligentiùs conſideraui hoc Opus admodum Reuerendi Patris Anacleti Sicci, inſcriptum, *De Eccleſiaſtica Hymnodia libri tres, in quibus*, &c.

ita

ita doctrina ac disciplina Ecclesiastica vndequaque perfectum ac sanum, vt (nisi optimi moris ac sanctæ obseruantiæ esset) non alia quàm sui ipsius auctoritate ac censura indigeret: continet enim, vt alia omnia bonæ vitæ ac summæ eruditionis verba, sic & ea, quæ Deo maximè placent, quæque illi in Ecclesiis persolui consueuerunt; in quibus lux tanti Doctoris ita effulget, vt inter luminaria non solùm suæ Congregationis, verùm etiam & aliorum omnium Doctorum cuiuscumque Vniuersitatis, connumerandus videatur, vt legentes Magistros doceat; ac perlegentes semper ampliùs docebit. Imprimatur ergo publicæ commoditati.

Ita Fr. Hieronymus Onuphrius Lector publicus in almo Bononiensi Gymnasio, atque ibidem sanctiss. Inquisitionis Consultor pro Reuerendiss. Patre Magistro Paulo de Garrexio Inquisit.

Don-

Don BAPTISTA CRIBELLVS, *Congregationis Clericorum Regularium ſancti* PAVLI *Præpoſitus Generalis.*

AVctaria ad Libros de Eccleſiaſtica Hymnodia Reuerendi Patris Don Anacleti Sicci, noſtri Aſsiſtentis, ſuis locis inſerta, à duobus noſtræ Congregationis doctis viris recognita & probata, concedimus poſſe vnà cum Operis recuſione edi in lucem, ſi iis, ad quos ſpectat, videbitur. Datum Mediolani in Collegio noſtro ſanctorum Apoſtolorum Pauli & Barnabæ pridie Idus Iulij CIↃ.IↃC.XXXII.

Don Baptiſta Cribellus Præp. Generalis.

HYmnodia Eccleſiaſtica, variè ab Auctore aucta & emendata, publico ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ bono recudatur.

Gaſpar Eſtrix Canonicus & Plebanus Antuerpienſis ac Librorum Cenſor.

DE

DE ECCLESIASTICA HYMNODIA PRÆFATIO.

OPus diuinarum laudum, quæ solemniter in Templis cantu scilicet persoluuntur, in Ecclesiastica Hierarchia ab initio sui ortus magna excultum pietate ac diligentia, ad diuinam Maiestatem tum colendam tum celebrandam, tum exorandam atque placandam, valdè opportunum, ea locorum, personarum & temporum singulari dispositione frequentatur, vt meritò extolli suspiciique debeat. Quod ad loca spectat, nulla reperiri facilè poterit Orbis pars, in qua sacri non decantentur Hymni ad honorem summi veriique Dei. De quibus propheticè pronuntiasse dici posset ipse Hymnographus illis verbis: In omnem ter-

Hymnodia in omni loco est in vsu.

Psal. 18.

terram exiuit ſonus eorum; *ſicut & veri Dei cognitio & fides per totum terrarum orbem viget dilatata. Quod ad perſonas pertinet, nullæ omnino mortalium qualitates ab hoc laudationis munere cognoſcuntur excluſæ; ſed omnes admittuntur, ſine diſcretione aut gradus aut ſexus: nam non viri tantùm, ſed innumeræ pænè virgines Hymnodiæ ſtudioſæ vbique viuunt congregatæ. Quod admirans beatus Ambroſius, in hæc verba erupit:* Mulieres, quas Apoſtolus in Eccleſia tacere iubet, Pſalmum etiam benè clamant. Hic omni dulcis ætati, hic vtrique aptus eſt ſexui: hunc iuuenculæ ipſæ ſine diſpendio matronalis pſallunt pudoris; puellulæ ſine prolapſione verecundiæ, cum ſobrietate grauitatis, Hymnum Deo inflexæ vocis ſuauitate modulantur.

Omne genus hominum eſt vſui Hymnodiæ opportunum.

S. Ambroſ. Præfat. in Pſalm.

Quod ad tempora, nullus poterit in toto anni circulo aſſignari dies, imò forſan neque hora huiuſcemodi laudibus omnino vacua. Cùm Eccleſia iam ſit vbique terrarum

Qualibet hora diei exercetur Hymnodia.

rarum propagata, & vbique laudes frequentet diuinas in choro ſtatis temporum & horarum ſpatiis, non vbique tamen excurrat eadem temporis qualitas, ſed varia atque diuerſa horarum conditio, iuxta hemiſphæriorum diuerſitatem, reperiatur; ita vt quando in noſtro hemiſphærio illuceſcit aurora, in alio, vbi eadem Eccleſia adeſt, ardeat meridies; in alio veſper eodem tempore ſurgat, media nox poſſideat cælum in alio; aliæ item temporis differentiæ alibi exiſtant: hinc facilè euenire poſſit, vt ſingulis omnino horis, aut ferè ſingulis, iuges offerantur Deo altiſſimo laudes; & quod ab vno tantùm homine, ob communem naturæ imbecillam conditionem, expleri omnino nequiret, mira obtineatur facilitate à tota Eccleſia variis in locis diſperſa, propter miniſtrorum multitudinem, & varietatem horizontis.

Eccleſia Deum laudibus celebrat omni tempore.

Ad hanc diuinarum laudum iugem continuationem reſpexiſſe credunt quidam Doctores ſanctum Hymnographum, dum, de hiſce diſſerens laudibus ad Deum di-

Iacob. Val. Epiſc.

Psal. 64. *rectis, pronuntiauit*, Exitus matutini & vespere delectabis: *intelligentes per exitum matutini, terram ad Solis ortum sitam, & diei progressum ab aurora vsque ad noctem; per exitum autem vespere, terram ad Solis occasum spectantem, & noctis progressum à vespere vsque ad auroram. Quasi dixerit, & prædixerit spiritu prophetico Dauid, per omnes prorsus horas, tum diei tum noctis, delectabiles futuras laudes Deo, quæ per totam terram, tam in Oriente quàm in Occidente, à fidelibus ministris offeruntur. Cui expositioni fauere videtur S. Hieronymus legens hunc Psalmi locum:* Egressus matutini & vespere laudantes facies.

S. Hieron.

Ad quod etiam magis spectat lectio Symmachi: Progressiones diluculi & vespere Hymnum dicentes facies.

Symmach.

Laudes diuinæ semper Deo gratæ.

Harum laudum tam frequentem cantum sicut Deo semper extitisse gratum, si ea qua par est pietate exerceretur, varia beneuolentiæ signa à Deo ipso ad mortalium vtilitatem exhibita non semel declararunt;

rarunt; ita certo certiùs sperandum esset, gratiorem quoque futurum, si pietas excitaretur maior opportuno aliquo ad rem argumento, siue auxilio. Quod facilè obtineri posset, si præsertim tanti operis dignitas sublimis, si item præclari fructus menti psallentium frequenter obiicerentur. Dignitas amorem, fructus studium, si cognoscerentur, gignerent, ac augerent. Operæ igitur pretium me facturum existimaui, si quæ vsui meo à sanctis Patribus & Doctoribus collecta paraueram ad rem hanc opportuna, euulgari permitterem ad multorum vtilitatem, sicut non semel à grauioribus viris fui requisitus, quasi dixerim coactus. Nec fortassis opus istud omnino carebit aliqua necessitate, si maximè attendatur præsentium temporum ratio. Non enim defuerunt, neque desunt in dies homines aliàs pij & docti, qui publicæ Hymnodiæ Ecclesiasticæ præstantiam aut penitus obscurare, aut saltem imminuere conantur. Vt itaque istorum conatus faciliùs possint infringi, necesse erat

selectiora, ad huius excelsi muneris commendationem, argumenta, è sacris Libris præsertim & à Doctoribus hausta, colligere, & ob oculos omnium digesta proponere. Quæ igitur sancti Patres & insigniores Ecclesiæ Doctores sparsim tradiderunt tum circa dignitatem, tum circa effectus siue fructus, & circa necessitatem, tum etiam circa modum rectè laudandi Deum, complexus in hoc breui Tractatu offero sub titulo Ecclesiasticæ Hymnodiæ.

Tractatus inscriptio cur nomen Hymnodiæ habeat.

Placuit hoc Opus, quod nomine vel diuini Officij vel Horarum Canonicarum ab aliis fortassis inscriberetur, titulo Ecclesiasticæ Hymnodiæ insignire, vt, antiquorum Sapientum more, operis denominationem ab eius parte potiori desumeremus. Si partem potiorem expendere quis velit ex ratione finis, qui humanis actionibus præbere solet & formam & speciem, hic certè cognoscitur præcipuè esse laus altissimi Dei. Nam ad hoc, ait S. Bonauentura, instituta est ab Ecclesia recitatio diuini Officij,

S. Bonau. lib. de Sex alis Seraph. cap. 8.

ficij, vt laudes Dei in terris celebrarentur à viatoribus mortalibus, sicut in cælis iugiter celebrantur à Beatis immortalibus.

Hymnodia significat laudationem Dei.

Nomen autem Hymnodiæ laudationem Dei significare notum est; quia quod Græcè dicitur Hymnus, Latinè redditur laus Dei. Hinc apud Græcos profanos Hymnus accipitur pro carmine aliáve metrica oratione in honorem & laudem Numinis directa; & qui apud illos scripserunt carmina de Deo, sicuti habiti sunt Theologi, inter quos insigniores fuere Linus, Orpheus, & Trismegistus, ita appellati sunt Hymnographi.

Diuini Officij maior pars sunt Psalmi.

Si item attendere quispiam vellet partem potiorem ratione materiæ, ex qua componitur opus diuinarum laudum, clarè constabit vnicuique opus consideranti, maiorem illius partem & prolixiorem esse Hymnos. Cùm Officium diuinum contineat Lectiones, Capitula, Orationes, Psalmos & Cantica, omnes nouerunt maiorem partem sitam esse in Psalmis, qui synonyma sunt cum Hymnis. Licet ex vsu

Ecclesiæ Hymnus distinguatur à Psalmis, vt cognoscatur discrimen inter laudes à Dauide factas, & alias laudes à Catholicis Doctoribus compositas; nihilominùs, si vera significatio attendatur, idem omnino sunt Hymnus & Psalmus, vtraque enim vox explicat laudem Dei, & vtraque exigit cantum ad sui perfectionem. Ideò qui dicitur à nobis Liber Psalmorum, ab Hebræis dicitur Liber Hymnorum. Et Philo, loquens de Dauide Psalmorum auctore, vocat eum nomine Hymnographi.

Psalmus & Hymnus idem sunt.

Philo lib. de Mundo.

Non dissentit ab hoc vsu diuina Scriptura, quæ describens cantum & lætitiam Sacerdotum & Leuitarum, ob renouationem Templi factam à Zorobabele, sicuti eo tempore decantati sunt Psalmi Dauidis, inter quos præcipui fuerunt tres illi, qui incipiunt, Confitemini Domino quoniam bonus, *ita eos appellat nomine Hymnorum:* Steterunt Sacerdotes, *ait*, in ornatu suo cum tubis, & Leuitæ in cymbalis, vt laudarent Deum per manus Dauid Regis Israël. Et concinebant

1. Esdræ 3.

Psal. 105. 106. & 135

cinebant in Hymnis & confessione Domino : Quoniam bonus , quoniam in æternum misericordia eius. *ac si diceretur (explicat appositè Augustinus Torniellus) laudabãt Deum in Hymnis à Dauide compositis, illis nempe qui incipiunt:* Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam, *&c. desumpto nomine huiusmodi Hymnorum à prima dictione* Confitemini, *vnde appellati sunt confessiones. Hymnodiæ itaque nomine idem asseritur, quod Psalmodiæ verbo diceretur. nam præterea eadem est Hymni & Psalmi & forma, & materia, & finis. Materia sunt Deus & diuinæ perfectiones, iustitia, misericordia, sapientia, bonitas, prouidentia, pietas, amor, & similia. Forma est poëtica & metrica, ad modos seu concentus musicos accommodata. Non dici potest Hymnus, nisi fuerit metricè compositus; nec item Psalmus esse potest, nisi ad metrum sit formatus. Hinc illud graue S. Isidori testimonium, quòd omnes Psalmi apud Hebræos metrico carmine fuerint* com-

Augusti. Torniell. anno 2964.

Psalmorum materia, forma, & finis.

S. Isid. l. 6. & Hymn. cap. 2.

compoſiti: nam, in morem Romani Flacci, & Græci Pindari, nunc alij Iambo currunt, nunc Elegiaco perſonant, nunc Sapphico nitent trimetro. Finis tandem tam Hymni quàm Pſalmi eſt idem, nempe Dei honor & laus. Sicut igitur Dauidici Hymni potiorem, & maiorem meliorémque ſibi vendicant partem huius Operis; ita ab iſtis deſumpta eſt à nobis denominatio, & in eorum dignitate & præſtantia præcipuum ſitum eſt huius Tractatus fundamentum.

Ea mihi non eſt mens in hoc Opere, omnium Hymnorum ſiue Pſalmorum myſteria exponere; tum quia id munus copioſiſſimè expletur ab iis qui in Librum Pſalmorum Commentaria ediderunt, qui certè plurimi ſunt, tam ex antiquis quàm ex iunioribus Doctoribus; tum quia opus in immenſum excreſceret, non ſine legentium & incommodo & faſtidio. Neque id conſilij fuit, rationes & cauſas pangere ſingularum partium Hymnodiæ, neque rationem reddere ſiue ordinis Pſalmorum

morum ab Ecclesia adhibiti in diuinis persoluendis Officiis, siue aliorum rituum, qui obseruari debent à cantantibus in choro, non enim hic locus id à me postulare videtur. Sicut etiam neque omnium cærimoniarum dari queunt rationes particulares, vti ex D. Augustino adstruit opportunè Decretum in Iuris Canonici corpore relatum; & confirmatur etiam à celeberrimo Gersone Parisiensi, dum asserit, in nonnullis obseruationibus ab Ecclesia præscriptis vix reddi posse rationem sufficientem, sed satisfieri dicendo, quòd sic placuerit Legislatori, aut Ecclesiasticæ consuetudini. Quibus consonant Iuris periti dicentes, non omnium quæ à Maioribus constituta sunt reddi posse rationem. Hæc libentiore animo sunt à nobis missa facienda, quia satis abundè huic muneri factum videmus ab iis qui de Ritibus & Rituum causis scripserunt: inter quos nuperrimè laudem sibi comparauit Bartholomæus Gauantus, editis in rubricas Breuiarij absolutissimis Commentariis sub titulo The-

Omnium rituum Ecclesiasticorum non potest assignari causa.

Cap. Omnia talia. *dist.* 12.

Gerson 3. p. Tract. de Direct cordis.

Non omnium quæ à maioribus constituta sunt dari potest ratio.

ff. de Leg. l. 20.

Barthol. Gauan. in Rub. Breu.

ſauri ſacrorum Rituum. Eò itaque diriguntur conſilia & intentio, vt offeramus Hymnodiæ publicæ, quæ in choro exercetur, ſtudioſis rationes & argumenta, è ſacris Libris & Sanctorum virorum doctrinis accepta, quæ, tamquam ſtimuli, nos & alios excitare valerent ad rectum & perfectum Hymnodiæ vſum.

Latina lingua dignior & aptior huic materiæ.

Si quis percunctetur, cur Italus Latinam magis elegerim linguam in hoc Opere quàm Italam, cauſa eſt in promptu multiplex, tum vt dignitati rei, de qua agitur, opportuniùs inſeruirem; tum quia, ſicuti omnibus debitor ſum, ita omnibus vbique terrarum laudantibus Deum opus offerrem; tum vt naturæ & conditioni ſubiecti eſſem conformior; nam & laudes ipſæ, ad quas hoc Opus dirigitur, Latina lingua ab omnibus explentur; tum denique quia Italis propediem morem gerere poſſum, mens enim eſt idem Opus in maternam conuerſum linguam emittere, aut ab aliis emittendum (ſicuti haud à paucis viſa prima editione flagitatum eſt) concedere.

Stylum

Stylum adhibere volui planiorem, qui potiùs ad animi affectus piè commouendos conducere posset, quàm delectationi inseruire. Methodum elegi aptam ad rem, vt primò de præstantia & effectibus Hymnodiæ agatur, ex quibus amor & æstimatio Operis concipiatur; & his traditur primus Liber. Deinde quo modo, quibúsve dispositionibus, & rectè & perfectè ad Hymnodiam par sit accedere, vt hinc studium excitetur erga Operis vsum; quibus secundus Liber expletur. Tandem à quibus sit cauendum defectibus Hymnodiæ fructum prorsus auferentibus, aut saltem minuentibus; quibus tertius adscribitur Liber. Omnia ad solius Dei Optimi Maximi gloriam, & ad proximi vtilitatem directa cupio; & acri iudicio & censuræ sanctæ Ecclesiæ, quam Matrem ego minimus filius vnicè colo, libens subiicio.

Operis diuisio.

IN-

INDEX CAPITVM singulorum Librorum.

LIBRI PRIMI.

CAP. I. *Hymnodiæ ortus vnde, & quando.* pag. 1.

CAP. II. *Diuino cultui quantum conueniat Hymnorum vsus.* 10

CAP. III. *Hymnorum cultus omni electæ victimæ præstat.* 27

CAP. IV. *Hymnodiam opus esse Angelicum.* 35

CAP. V. *Altissimas Dei laudes exercet Dauidica Hymnodia* 46

CAP. VI. *Christianæ Religionis præcipua mysteria celebrat Hymnodia.* 53

CAP. VII. *Maximas gratiarum actiones Deo reddit Hymnodia.* 62

CAP. VIII. *Perfectam orandi formam Hymnodia exercet.* 72

CAP. IX. *Contemplationem nutrit Hymnodia.* 88

CAP. X. *Miras delectationes præbet Hymnodia.* 98

CAP. XI. *Hymnodiæ studiosi vehemens habent futuræ gloriæ signum.* 110

CAP. XII. *Dei cognitionem amoremq; gignit augétve Hymnodia.* 119

CAP.

CAP. XIII. *Hymnodia est communium calamitatum validum præsidium.* 135
CAP. XIV. *Hymnodia est ciuitatum ac Regnorum robur.* 144
CAP. XV. *Hymnodia beneficia obtinet temporalia.* 151
CAP. XVI. *Hymnodia dæmonibus odiosa.* 162
CAP. XVII. *Hymnodia audientium animum variis piis recreat affectibus.* 170
CAP. XVIII. *Compunctionis amorisq; lacrymas prouocat Hymnodia.* 179
CAP. XIX. *Hymnodia misericordiam Dei conciliat.* 187
CAP. XX. *Hymnorum vsus morientibus ac mortuis proficuus.* 195
CAP. XXI. *Hymnodiæ dignitas à calumniis vindicata illustratur.* 208
CAP. XXII. *Calumnia alia contra Hymnodiæ præstantiam edita refellitur.* 219

LIBRI SECVNDI.

CAP. I. *Cordis attentio est necessaria in vsu Hymnodiæ.* 236
CAP. II. *Quæ & quanta attentio requiratur.* 246
CAP. III. *Dei præsentis cogitatio attentionem Hymnodiæ adiuuat.* 255
CAP. IV. *Angelorum præsentia cogitata eamdem attentionem promouet.* 263

CAP.

CAP.V. *Animi deuotio pars est Hymnodiæ præcipua.* 273
CAP.VI. *Vocis cordisq; feruor ex deuotione oritur.* 283
CAP.VII. *Iubilatio cantus alter est deuotionis effectus.* 294
CAP.VIII. *Qua cordis puritate ad Hymnodiam accedendum.* 304
CAP.IX. *Cordis tranquillitas gratiorem Deo reddit Hymnodiam.* 312
CAP.X. *Cordis humilitas est Hymnodiæ præcipua virtus.* 323
CAP.XI. *Cantus musicus Hymnodiam non dedecet.* 332
CAP.XII. *Amor Dei ad Hymnodiæ excitat cantum.* 341
CAP.XIII. *Ministrorum canentium sanctitas maiorem tribuit vim Hymnodiæ.* 351
CAP.XIV. *Plurium cantantium societas confert Hymnodiæ varias vtilitates.* 359
CAP.XV. *Vigiliæ nocturnæ ab Hymnodiæ studiosis obseruandæ.* 368
CAP.XVI. *Vigilias matutinas colunt Hymnodiæ studiosi.* 383
CAP.XVII. *Corporis motus opportunè seruandi in Hymnodia.* 392
CAP.XVIII. *Virginum Hymnodia est valdè cara Deo.* 403
CAP.XIX. *Animum à curis externis liberum san-*

ſanctioribus anni temporibus vellet Hymnodiæ vſus. 419

LIBRI TERTII.

CAP. I. *Quantum expediat pſallentibus ab omni genere defectus cauere.* 431
CAP. II. *De defectibus circa intentionem.* 439
CAP. III. *Attentionis defectus quales.* 447
CAP. IV. *De aliis euagationum defectibus, & remediis.* 456
CAP. V. *Oculorum curioſitas arcenda à choro.* 464
CAP. VI. *Defectus celeris pronuntiationis.* 474
CAP. VII. *De violati ſilentij defectu.* 488
CAP. VIII. *De eiuſdem ſilentij violatione aliis modis.* 494
CAP. IX. *A riſu abſtinendum in choro.* 500
CAP. X. *Defectus ſcrupulorum cauendi, & quo remedio.* 507
CAP. XI. *De defectibus in modulatione Eccleſiaſtica occurrentibus.* 516
CAP. XII. *De defectibus circa formam diuini Officij.* 526
CAP. XIII. *Temporum inordinatio caueatur in diuino Officio.* 535
CAP. XIV. *Acediæ defectus quales.* 543
CAP. XV. *Deuotionis exterioris defectus varij.* 553

CAP.

CAP. XVI. *De defectu eorum qui vocibus parcunt in choro.* 562

CAP. XVII. *De defectu eorum qui ſtudiorum negotiorúmve prætextu abſtinent ab Hymnodia communi in choro.* 568

CAP. XVIII. *De variis defectibus tam in ingreſſu quàm in egreſſu Hymnodiæ occurrentibus.* 588

CAP. XIX. *De defectu eorum qui ex officio præfecturam aliquam habent in choro.* 596

CAP. XX. *Paræneſis ad Hymnodiæ ſtudioſos.* 604

DE

DE ECCLESIASTICA HYMNODIA LIBER PRIMVS:

De præstantia & effectibus eius.

CAPVT I.

Hymnodiæ ortus vnde, & quando.

HYMNODIÆ auspicia ab eiusdem natalibus ducere sicut conueniens, ita perutile censebitur, vt illius antiquissimum ortum cognoscentes, maiorem erga illam concipiamus venerationem. Res ad animarum religionem spectantes quò plus habuerunt antiquitatis, & plus venerationis & auctoritatis possidere iudicatæ sunt, tum etiam minus periculi & falsitatis, non sine alicuius latentis diuinitatis indicio vehementi. Quæ sunt penitus humana, mutationem aliquam experiri coguntur, ob temporum succedentium mutationem, quemadmodum nouimus contigisse omnibus naturalis scientiæ Philosophorum placitis, quæ tot ferè extiterunt, quot philosophantium capita & ingenia,

Religionis res antiquitate firmantur.

Humana res mutationi obnoxia.

nia; eamque mutationem sunt experta, vt vno sæculo probata, à subsequenti ætate improbata penitusque sint reprobata. Non sic eueniſſe conſpicimus rebus diuinitatem aliquam continentibus, quia eiusdem firmitatem inuariabilem induunt, ſicuti in noſtrâ Hymnodia attendere licebit.

In ipſo mũdi ortu laudes diuinæ adhibitæ ſunt.

Hæc Hymnodia ortum ſuum cognoſcit tam antiquum, quàm antiquus eſt orbis à Deo creatus, ſi loquamur de Hymnodia in tota ſua latitudine, quæ omne genus Hymni Deo decantati complectitur, ſiue ſcripti ſiue non ſcripti. Nam cùm in ipſo mundi exordio adfuerint homines Dei cultores, exigit recta ratio, vt credamus, fuiſſe ab ipſis pluries Deo creatori exſolutum Hymnorum tributum. Licet Rupertus Tuitienſis ingratitudinis inſimulet Protoparentes noſtros, quia cùm miris excellentibuſque fuerint à conditore Deo exornati donis, nullas tamen voces, preces nullas, laudes nullas Deo benefactori reddidiſſe ſcribantur; nihilominùs, ad parentum excuſationem, & ad veritatis manifeſtationem, ſe ſtatim offert Hiſtorici ſacri familiaris ſobrietas, quæ plurima alia ſilentio tegit, quæ tamen, natura ipſa dictante, cognoſcuntur expleta, & ad amuſſim obſeruata, ex communi ſanctorum Patrum ſenſu. Hi expẽdunt, quòd nulla etiam deſcribantur Sacrificia ab ijſdem Protoparentibus oblata, cùm tamen credatur, Adamum, naturæ lumine impulſore, ſeu potiùs Deo auctore, primum fuiſſe Dei cultorem Sacrificiorum oblatione; quam deinde ab eodem didicerunt filij, Abel & Cain, qui, patris exempla ſecuti, de fructibus acceptis grati animi ſignum non ſemel oſtenderunt, Sacrificia offerentes, ille agnorum, hic frugum. Neque ratione carere

Rupert. Tuitienſ. in Geneſim.

Sacra Scriptura ſilet multa priſcorũ Patrum geſta.

Adamus primus Deo obtulit Sacrificia.

carere dicendum est silentium istud sacri Scriptoris in Hymnis & Sacrificijs Adami, sed eam suggerit D. Thomas valdè opportunam, & veritati maximè conformem; quia nempe, cùm sacra Historia breuitati studeat, ea tantùm describere curat, quæ aliquo euentu insigni sunt ad aliquam vtilitatem singularem ordinata: quemadmodum in memoratis Sacrificijs duorum germanorum accidisse compertum est, quia adfuit diuinæ beneuolentiæ signum erga Abelem, ex quo ortum habuit illud implacabile odium, quod ad enorme fratricidij delictum impulit Cainum.

Sacrificia Adami cur silentur. D. Tho. 2. 2 q. 85. art. 1.

Si contenderet aliquis, sacræ Scripturæ verbis mordicus insistens, quòd tantummodò post natum Enos sumpserit initium forma diuinarum laudum, quia apertè dicitur, *Iste cœpit inuocare nomen Domini*: qui textus magis vrgere dicetur, iuxta versionem non improbatam ab Illustrissimo Card. Caietano: *Tunc initium fuit inuocandi nomen Domini*. Quamuis concederemus omnem huiusce discursus assumptam probationem; maxima nihilominùs antiquitas eluceseeret, cùm Enos non valdè à primorum Parentum creatione, imò adhuc viuentibus illis, fuerit genitus, & cùm ipsis per multa adhuc annorum sæcula vixerit. Minimè tamen absolutè concedimus hanc probationem; quia apud sacros Doctores pro comperto habetur, non omnem per illa verba allata historiæ, Dei cultum describi & admoneri. Anteà præcesserat manifesta descriptio cultus à Caino & Abele oblati, qui Deum suis Sacrificijs inuocabant & adorabant. Alium sensum possunt offerre illa verba ad rem & veritatem opportunum, nec nostræ assertioni contrarium. Admonent concordi sensu

Inuocatio Dei quando cœperit inter homines. Gen. 4.

sacri Expositores, quòd allegatus Scripturæ textus nil aliud velit innuere, nisi externum cultus diuini incrementum; nam diebus sanctissimi Enos cœpit inter mortales maximo feruore promoueri publicus Dei cultus. Mos iste adhibendi vocem *initij* ad res maiori studio cœptas, est proprius sacræ primæ Historiæ. Nam post exactam primam mundi ætatem dicitur de Noë, quòd cœperit exercere terram, & plantare vineas; non quia anteà nullus eam exercuerit, nec vllæ fuerint vites in terra plantatæ, cùm & Adamus proprio vultus sudore sciatur exercuisse terram, & vites fuerint ab initio vnà cum alijs plantis creatæ; sed quia maiori quàm anteà studio terram coluerit Noë, & quia nemo ante ipsum vites in vno loco in modum vineæ digesserat, expressurus ex illis arte vinum, sicut ipse expressit, & hausit. Eodem modo dicendus est Enos cœpisse inuocare nomen Domini, quia id munus pietate maiori cultuque excellentiori forsan sub certa, ait Torniellus, formula precum ac Hymnorum, statis etiam diebus deputatisve horis, cœperit augere.

Quæ maiori fieri studio cœpta sunt, dicuntur aliquãdo initium habere. Gen. 9.

Noë primus vites digessit ad formam vineæ.

Torn. ann. mundi 236 num. 4.

Vsus iste pijssimus Hymnorum ab ineunte tempore cœptus, progressus sensim habuit maiores, excrescens ad temporum incrementa. Constat, quòd tempore sanctissimi Moysis erant homines iam edocti canere Hymnos solemni ritu ad formam chori. Israëlitæ omnes, post insigne miraculum transitus maris, & submersionis hostium Ægyptiorum, decantaturi Hymnum à Moyse & à Maria sorore compositum, diuisi dicuntur in duas classes, hinc viri sub Duce Moyse, illinc feminæ, præcinente Maria, & omnes vno quasi ore easdem voces & sententias decantarunt; quod non

Hymnorum vsus sensim excreuit ad temporum incrementa.

Israëlitæ sub Moyse cecinerunt Canticum alternis choris.

sine

sine aliqua mira Dei operatione euenisse putat Auctor Libri de Mirabilibus sacræ Scripturæ apud D. Augustinum: quia cùm Maria & Moyses præcinentes in tanta hominum multitudine non exaudirentur ab omnibus, omnes tamen eos sunt prosecuti absque vlla confusione, imò maxima cum distinctione ac delectatione.

Hymnorum vsus Dauidis ætate floruit.

Progressus deinde maiores felicioresque habuit hæc laudabilis antiqua institutio ætate Dauidis, sicut eodem tempore maximè vigere publicus diuinus cultus inter homines visus est. Fortunatissimus ille Rex non solùm primi Templi Deo erigendi in terris primus & cogitauit & promouit constructionem, præparando amplissimas pecunias, materiam, ministros & artifices omnes, imò & exemplaria; sed etiam dictante Deo composuit Hymnos, Cantoresque Leuitas instituit ad numerum quatuor millium, qui, ædificato Templo, Hymnodiæ perpetuò incumberent sub quatuor ducibus primarijs quos nominauit, Asaph nempe, Heman, Ethan, & Idithun. Quæ Hymnodia feliciter perseuerauit in antiqua Ecclesia, prout temporum qualitas & rerum varietas patiebatur, vsque ad nouam à Christo Domino fundatam Ecclesiam: in qua sicut maiora & insigniora posita sunt cælestia Sacramenta, ita perfectior & absolutior reddita est forma diuini cultus, & solemnis Hymnodia. Hanc à Domino nostro acceptam retinuerunt Apostoli, imò & aliquando vnà cum ipso exercuerunt; licet, quoties id factum sit, ignoremus. saltem nouimus id aliquando factum sanctioribus quibusdam temporibus. Hymnum quemdam fuisse dictum à Domino nostro Seruatore vnà cum Apostolis suis narrat S. Matthæus

Dauid auctor fuit Psalmorũ. 1. Par. 23.

Christus Dominus cum Apostolis Hymnodiam exercuit.

Matt. 26.

thæus post cœnam illam, quæ fuit omnium vltima in executione, sed ceteris sanctior in mysterijs. Is, eâ peractâ, dum procederet versus Oliuarum montem oraturus Patrem, Hymnum dixit, imò cantauit, vt innuitur à textu Græco. Quem Hymnum aliqui credunt fuisse Psalmum 21. *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me?* qui totus est de passionibus mox futuris. Alij putant fuisse Psalmum 112. *Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini.* qui totus est in laudem diuinæ Maiestatis. Alij censent fuisse Psalmum 64. *Te decet Hymnus Deus in Sion.* qui totus agit de cultu diuino vsurpando etiam ab ipso Christo Domino. Alij tandem credunt fuisse Psalmum 113. *In exitu Israel de Aegypto.* qui iuxta ritum Hebræorum cantabatur in solemnitate Paschali. Voluit benignissimus Dominus, qui venerat præceptor & doctor noster in ijs quæ Deo Patri suo maximè placent, tradere nascenti Ecclesiæ à se institutæ exemplũ huius præcipui muneris cantandi Hymnos vnà cum alijs socijs, quod ipsa adulta debebat studiosissimè per electos ministros vsque ad sæculi consummationem imitari ac sustinere.

Hymnus dictus à Christo Domino post cœnã quis. S. Iustin. Dial Contra Triph. Burgens. in Matth.

Lorin. in Psal. 64.

Baron. an. 34.

Hanc à Christo Domino acceptam Hymnodiæ formam Apostoli deinceps varijs occasionibus frequentarunt, & Ecclesiæ tradiderunt obseruandam ac perficiendam. In obitu seu funere Deiparæ adfuisse Apostolicam Hymnodiam Angelorum Hymnodiæ coniunctã, testatum habemus apud antiquos Ecclesiæ Scriptores, præsertim apud D. Ioan. Damascenum his verbis: Eius corpus, quod Deum ineffabili quadam ratione susceperit, cum Angelica & Apostolica Hymnodia elatum, in loco fuit depositum Gethsemani, quo in

Apostoli in obitu Deiparæ vsi sunt Hymnis. D. Ioan. Damas. Serm. 2. de Dorm. Dei paræ.

loco

loco Angelorum cantus mansit tres dies continuos. Hinc libuit dicere S. Augustino de Hymnorum cantu, nos habere Domini & Apostolorũ documenta, exempla & præcepta. Quod magis vrgere videtur illud est, quod inter Apostolicas Constitutiones à S. Clemente, D. Petri discipulo, descriptas, habemus Decreta varia ad Hymnodiæ vsum pertinentia. Vnum est, conueniendi in Ecclesiam manè & vesperi singulis diebus ad canendum Psalmos, & precationes in Templo Domini faciendas. Alterum Decretum distinctiùs describit horas psallendi & orandi, nimirum manè, hora tertia, sexta, nona, & vespere, atq; ad galli cantum. Ex quo Decreto apertè constat eos errasse, qui Hymnodiam sub forma Horarum Canonicarum acceptam referunt S. Hieronymo, siue S. Pelagio, qui multis sęculis posteriores fuere Apostolis. Ad quam Apostolicã formam allusisse videtur Apostolus Paulus in illa sua hortatione ad Ephesios; *Implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis, Hymnis, & Canticis.* Qui textus, iuxta glossam Haymi grauissimi Doctoris, videtur intelligendus de alterno cantu Psalmorum ad formam chori, sicuti obseruatur in Ecclesia nostra. Tunc nobismetipsis loquimur in Psalmis, ait Haymus, quãdo alternatim canimus Psalmos. De quo antiquissimo vsu ab Apostolis ad nos transmisso loquens D. Dionysius Areopagita, Apostoli Pauli discipulus, vocabat cantum istum alternum, quasi concordem & consonam sacrarum rerum choream. Inde fortassis nomen chori datum est loco, vbi Hymnodia exercetur in nostris Templis Christianis.

D. August. Epist. 119.

Apostolorũ Decreta circa vsum Hymnorũ.

D. Clem. li. 2. c. 58.

Hymnorũ vsus suadetur ab Apostolo Paulo.

Eph. 5.

S. Dion. Areopag. de Eccl. Hier. cap. 3.

Chori nomen vnde profectum.

Non defuerunt insignes Doctores, tam Græci

Dauid cognouit, & pradixit ſuos Pſalmos decantandos in Eccleſia.

quàm Latini, exiſtimantes, Dauidem ad maiorem ſuam felicitatem præuidiſſe in ſpiritu, & prædixiſſe ſuos fore decantandos Hymnos in Eccleſia Dei in perpetuum : quod non ſemel videtur innuiſſe varijs in locis ſuorum Hymnorũ. Aliquando pronuntiauit: *Confitebor tibi in nationibus Domine, & nomini tuo Pſalmum dicam.* iterùm dixit: *Confitebor tibi in populis Domine, & Pſalmum dicam tibi in gentibus.* alibi: *Pſallam tibi in nationibus.* iterùm: *In Eccleſijs benedicãte Domine.* & alio in loco: *In medio Eccleſiæ laudabo.* & aliàs: *Apud te laus mea in Eccleſia magna.* aliàs itẽ cecinit: *Pſalmum dicam nomini tuo in ſæculũ ſæculi, vt reddam vota mea de die in diem.* Quæ verba commodiorem alium ſenſum non videtur offerre, niſi quòd Eccleſia, varijs nationibus, linguis & populis congregata, frequentare deberet confeſſiones & Pſalmos à Dauide compoſitos per omnem ſęculorum ſeriem. Dum namq; Dauidis Hymni decantantur, ipſe Dauid videtur præſens adeſſe pſallentibus; ſicut ſpiritus ſaltem eius adeſſe in illis Hymnis non negabitur. Hinc B. Theodoretus aiebat: *In omnibus vrbibus, pagis, agris, terminis, montibus & collibus, terra mariq́ue, inq́; omni regione culta & deſerta diuus Dauid per piorum linguas Deum laudando celebrat.* nec ſolùm celebrat, ſed celebrabit dum vigebit Eccleſia Dei, quæ hos Hymnos ſibi præſcripſit adhibendos & frequentandos in ſuis precationibus & laudibus publicè & priuatim oblatis.

Pſalm. 17.
Pſalm. 56.
Pſal. 107.
Pſal. 25.
Pſal. 21.
Ibid.
Pſalm. 60.

Dauidis ſpiritus adeſt pſallentibus pijs.

Diuini Officij ordo varias habuit mutationes.

Verum quidem eſt, quòd non ſemper idem ordo in horum vſu Hymnorum eſt ab Eccleſia ſeruatus, ſed pro temporum varietate & mutatione aliquas habuit tum mutationes tum varietates,

donec

donec ad eam tandem formam perueniret, quam nunc tenemus auctoritate Summorum Pontificum firmatam & comprobatam. Non idcircò antiquitatis auctoritas aut minuitur aut infirmatur, quia semper ijdem fuere Hymni eędemq; preces sub varijs formis ritibusq; ordinatæ. Sicut neque ideò cessat esse aut dici idem homo, qui nunc senescens formam & speciem mutauit, redditus maximè diuersus ab ea forma quam infans & puer habebat. Potuit igitur eadem Hymnorum modulatio & recitatio existere sub nomine Horarum Canonicarum siue Officij diuini, sicut ab initio Ecclesiæ fuit in vsu. Potuit nihilominùs forma & ordo ipsorum Hymnorum varietatem admittere non solùm absque læsione, verùm etiam cum perfectiore incremento cultus diuini.

Firmum itaque maneat nos, antiquitatem sequi, nec vllam recèns inuentam Hymnodiã exercere. Hinc est, quòd Summi Pontifices & Patrum Cõcilia Oecumenica, quæ ad hanc rem varias decreuere constitutiones, in eo potissimùm se elaborare admonent, non ad aliquam inducendã nouitatem, sed antiquitatem ritus, paullatim ex humana imbecillitate collapsam, restituendam, & ad pristinum vigorem reuocandam. Nisi essemus mortales, fragiles infirmiq;, nec à sanctis institutis contingeret aliquando deflectere, opus numquam esset aliqua renouatione, cohortatione, decretis. At imbecillitas humana, quam inuiti cogimur erga bonas actiones experiri, renouationes suadet ac exigit, vt res ad pristinam disciplinæ formam restituatur. Inde ortum duxit illa grauis sententia antiquissimi Tertulliani, dum de Christiana re

Pius V. in Bulla, Quod à nobis postulat.

Hominis imbecillitas mutationem patitur.

differit, quam pro coronide huius primi Capitis vsurpabo libenter : *Omnino res Christiana sancta antiquitate stat, nec ruinosa rectiùs reparabitur, quàm si ad originem censeatur.*

Tertul. l. 1. Contra Marcion.

CAPVT II.

Diuino cultui quantum conueniat Hymnorum vsus.

Dei sublimitas nequit ab homine dignè laudari.

TANTA est diuinæ sempiternæq; Maiestatis altitudo & sublimitas, ob infinitatem & immensitatem naturæ, perfectionum & attributorum, vt maximè deceat, si non vt par est, saltem, quantum humana potest conari imbecillitas, eam Hymnis colere ac celebrare. Verè nulla creatura, neq; humana neq; etiam Angelica, pares vmquam poterit tanto Deo exhibere laudes : nam, vti sæpissimè asserendum est, quæcumq; poterunt sublimiores à creaturis offerri laudes, semper erunt meritis Dei in infinitum inferiores, semperq; Deus dicetur, tum à Theologis tum à sacris Scripturis, maior omni laude. Eniti nihilominùs ac conari debemus, quas possumus maiores laudes omni affectu illi offerre, vt sicut non animo solo, sed corpore & membris constamus ; ita nec sola mente ac spiritu, sed & lingua & Hymnis Deum colamus. Hymnorum itaque publicus vsus sicuti ad Deum publicè colendum est institutus & aptus ; ita semper fuit etiam, quando Sacrificia frugum & animalium vigebant, valdè frequens ac familiaris viris pietate insignioribus, qui & studebant poscere à Deo auxilium & gratiam, ad dignas aliquo modo tanta Maiestate promendas

Eccli 43.

A Deo postulandum auxilium, vt à nobis dignè laudetur.

voces

voces & laudes, vt debitum cultum feliciùs explerent, cùm se cognoscerent tanto muneri valdè impares, sequentes Hymnographum eiusdem rei optimum Doctorem, qui supplex Deo dicebat: *Domine, labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* quam petitionis formulam vsurpans Ecclesia, semper præmittit in exordio Hymnodiæ, vt felix initium digna sit sumere ad prosequendum opus laudandi Deum. Psal. 50.

Ineffabilitas Dei quanta.

Hîc se offerunt concilianda duo pronuntiata circa has laudes tum in profanis tum in sacris Auctoribus celebria, quæ videntur inter se ex aduerso pugnare, cùm tamen re ipsa sint maximè consona, si recta considerentur ratione. Ex vna parte testantur omnes Auctores, tam sacri quàm profani, diuinam Maiestatem esse ineffabilem, & ob id, magis laudandam & prædicandam silentio quàm eloquio. Hanc ineffabilitatem asserüit Trismegistus Mercurius in Hymno de Deo. Eamdem statuit Poëta Lyricus dicens: Trism. Hym. de Deo. Hor. 2. Carm. Ode 13.

— *Sacro digna silentio*
Mirantur Vmbræ dicere. —

Hanc ineffabilitatem adstruit ex sacris Literis D. Dionysius Areopagita, tradens arcana cælestia silentio veneranda. Ipsa Seraphim beata, quæ licet corporeæ expertia molis, sub figura tamen corporali conspici voluerunt ab Isaia, antequam trisagion Hymnum voce explicarent, eamdem ineffabilitatem ostendere volentia, velare studuerunt faciem & pedes. D. Dion. de Diuinis nom. c. 1. Isaiæ 6.

Silentio colitur Deus.

Ipsemet noster Hymnographus, qui aliàs erga Deum solet esse suarũ laudum profusus, tandem confiteri cogitur, meliùs honorandum esse Deum silentio quàm sermone, dicens: *Te decet Hymnus Deus in Sion.* quæ verba in fon- Psal. 64.

te

te Hebręo, iuxta monitum D. Hieronymi, ſunt legenda: *Tibi ſilentium laus Deus in Sion.*

De Deo meliùs loquimur per negationes quàm per affirmationes.

Ad idem ſignificandum ſpectat illud Platonicorum Axioma, quòd nos meliùs loquimur de Deo per negationes, quàm per affirmationes. Quam doctrinam ſecutus D. Dionyſius ſcripſit, Deum eſſe non ſubſtantiam, non vitam, non lucem, non ſenſum, non mentem, non ſapientiam, non bonitatem, non Deitatem, ſed quoddam his omnibus eminentius & præſtantius, quod noſtris ſermonibus aſſequi non licet. Imò concludit, quòd diuina Maieſtas ſicut ſuperat omnem noſtrum captum, ita etiam omne creatũ eloquium. In cuius rei explicatione vtitur ſanctus Theologus nouo ac mirabili, imò dixerim, pluſquam humano ſermonis & vocum genere; vt inde appareat, infinitam eminentiam Deitatis ſuperare omnem locutionẽ & intelligẽtiam. ait itaque: *Nihil eorum quæ ſunt, aut eorum quæ alicui exiſtentia ſunt cognita, explicat arcanum illud omnem rationem & omnem intellectum ſuperans, ſuperdeitatis ſupereſſentialiter ſuper omnia ſuperexiſtentis.* En huius ſanctiſſimi Areopagitæ diligentia in perquirẽdis ſublimibus vocibus ad Dei naturam explicandam, quia ineffabilis tandem remanet.

D. Dion. de Diuin. nom. c. 13.

Ethnici cognouerũt Deimagnitudinem ineffabilẽ.

Ad eamdem ineffabilitatem demonſtrandam ſpectat illud Numen à Romanis veneratione expoſitum, cui nomen Tacita, quæ ore ſignato, digitoq; admoto ori, conſpiciebatur; ille quoq; Harpocrates apud Aegyptios adoratus, qui etiam dictus eſt Sigalion, digitum labijs impreſſum tenens; vt oſtenderetur, quòd Numina cæleſtia opportuno coluntur ſilentio, non vocibus & ſermone. Lepidum eſt id quod antiquo Philoſopho Simonidi

monidi accidisse narrat Tullius cum Hierone Siciliæ Tyranno. Rogatus Philosophus à Rege, vt oratione explicaret Dei Maiestatem, triduum postulauit ad respondendum. Hoc euoluto spatio, decé iterùm ac deinde triginta alios expetijt dies volens his dilationum sensim maiorum postulationibus ostendere, quòd Deus, quouis temporis spatio dato, non queat pro dignitate explicari. Verùm quia Tyrannus importunè exigebat responsum, Philosophus tandem verbis claris edixit, id fieri à nemine posse, dicens: *Quò diutiùs considero, eò mihi res videtur obscurior.* Sed forsan & meliùs & breuiùs ex nostris Catholicis Euagrius Monachus, cùm de Diuinitate facta ei quæstio esset, ait: Quod verbis exprimi nequit, silentio venerari debemus.

Cic. 1. de Nat Deor. *Simonides elegãti artificio extẽdit Dei ineffabilitatem.*

Ex Socrate lib. 3. c. 5.

Ex alia parte omnis Scriptura sacra, & omnis etiam creatura, prouocat nos ad diuinas laudes frequentandas. In sacris Literis nil mortalibus magis seriò indicitur, atque vrgetur, quàm diuinarum laudum perpetuus vsus. Mirum est, quàm multus & assiduus, quasi dixerim nimius, videatur noster Psaltes in hac diuinarum laudum commendatione. Modò vices & personam Dei homines alloquentis induens, commendat hoc opus tamquam sibi super cetera carum: *Sacrificium laudis honorificabit me.* Modò munus assumens ministri, inuitat, excitat, vrget omnes mortales, vt Deum omni studio Hymnis concelebrent: *Laudate Dominum omnes Gentes, laudate eum omnes populi.* Iterùm: *Exultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio.* Eadem iterat sexcentis alijs locis. Quasi verò id parum fuerit, inuitat deinde omnes creaturas, easq; accersit socias, cælestes, terrestres,

Laudes diuinæ ab homine exiguntur.

Psalm. 49.

Psal. 116.

Psalm. 32.

ſtres, aëreas, aqueas, igneas, vt ſecum Deum collaudare ſtatuant, vtens proſopopœia, modò cælos alloquens, modò terram, modò mare, ligna, campos, flumina, quaſi omnia rationem & intelligentiam poſſiderent: *Lætentur cæli, & exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius, gaudebunt campi.* iterùm ait: *Moueatur mare, & plenitudo eius. Flumina plaudent manu, ſimul montes exultabunt.* ſed fuſiùs iterùm: *Laudate Dominum de cælis*, ſol, ſtellæ, lumen, & alia omnia creata. Quę imitantes ſanctiſſimi illi iuuenes ſocij Danielis dum in Babylonica exiſterent fornace, inuitarunt ad Dei laudem & confeſſionem quotquot erant in cælis, ſub cælo, & ſubtus terram naturæ & ſpecies rerum homini deſeruientium: *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.* En quantum ab iſtis allatis Scripturis vrgeantur diuinarum laudum exercitia.

Pſal. 95. Pſal. 97. Pſ. 148. Dan. 3.

Creaturæ inanimæ hominẽ inuitant ad Dei laudes.

Addamus nunc, quòd ipſæ creaturæ inanimæ ad eaſdem laudes cum ipſis prouehendas nos ſine voce inuitant & excitant ſuo exemplo. Omnes modo ſuo Deum laudant & benedicũt illius Maieſtatem, Potentiam, Sapientiam, Bonitatem, & Gloriam, iuxta Dauidicum pronuntiatum: *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.* Quod nouerunt exequi res inanimæ, cur multò magis non decet nos, qui rationẽ & ſermonem habemus, altiori perfectiorique modo explere? Qui iſta confert cum illis priori loco allatis, magnam inter ipſa diuerſitatẽ intercedere dicet. Illa ſilentium imperant, hæc vocis conatum depoſcunt. Illa dehortantur, hæc verò ſuadent laudum vſum. Ceſſabit tamen omnis

Pſal, 18.

nis difficultas, si attendatur magnitudo & sublimitas diuinæ infinitæ Maiestatis. Quatenus magna est & sublimis, omnem à nobis requirit laudem, honorem & benedictionem; quatenus infinita est, omnes limites & terminos excedens, efficit, vt quælibet laus, quamuis insignis, silentium sit, non locutio: plura namq; sunt, & omnimodis maiora, quæ tacentur, quàm quæ sermone celebrantur.

Omnis creaturæ laus silentium est respectu Dei infiniti.

Hoc genere silentij videtur vsus in Canticis Salomonicis Sponsus, dum pulchritudinẽ Sponsæ celebraturus, volens innuere, nullam disertam linguam posse illam oratione comprehendere, adhibuit illam formam dicendi: *Absq; eo quod intrinsecus latet.* Vbi alij ex Græco legunt: *Extra silentium.* Quemadmodum Orator qui luculentissimam habuit orationem in laudem alicuius summi Herois, eiusdem fortiter res gestas enarrando, vt tandem ostendat eum longè maiorem esse enarratis, concludit perorationem, dicens, tot tantaq; egregia facinora omissa esse, vt nihil omnino vnusquisque sibi persuadeat fuisse quæ hactenus oratione ipse recensuit; hortaturq; Auditores, vt silentium potiùs audiuisse quàm longam orationem in animum inducant. Numquam adeò verum est, quòd omnis oratio creata, licet alta & sublimis, sit habenda silentium, quàm in causa diuinarum laudum, quia tum creatura laudans, cùm oratio laudantis est limitibus finita; Dei autem substantia, & quidquid in ea reperitur, sunt absolutè infinita, iuxta vulgatum Theologorum Axioma: *Quidquid est in Deo, Deus est.* Quæ proinde dicũtur de Deo, nihil omnino sunt, vel sunt silentium, quia verba sunt creaturæ de Creatore, Cant. 4.

Creatore, temporalis de Æterno, mortalis de Immortali, finiti de Infinito.

Quamuis silentium potiùs sint omnes laudes Deo oblatæ, propter eius infinitam Maiestatem, laudes nihilominùs veræ sunt, & laudes multis nominibus illi debitæ propter eius infinitam dignitatem. Hæc eadem nihilominùs infinitæ dignitatis ratio, propter quam silentium potiùs quàm laudes sunt nostræ voces, exigit à nobis frequentius ac feruentius studiũ vsurpandi laudes ipsas, vt Deus à nobis eum cultum, sin quem debemus, saltem quem aut possumus aut nouimus, recipiat, & qui hanc dignitatem nouerunt, quascumque possunt altiores student tanto Numini offerre laudes. Ipse Regius Hymnographus, quia perfectè cognoscebat diuinam dignitatem, hanc populis obijciebat ac suggerebat, vt vnusquisque magis ac magis excitaretur ad studiosiorem istam laudum frequentationem, dicens: *Laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis eius.* Imò seipsum arctissimo vinculo voti adstringebat, vt, donec in ipso vitæ halitus vigeret, numquam ab Hymnis cessandi, sed semper nouos concinendi. Huius votum extat in illis verbis: *Psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi, vt reddam vota mea de die in diem.* vbi attendẽda est illa causalis dictio *vt*, quæ debitum importat emissi voti. Sponsionẽ aliam generosam iterùm exponens ait: *Laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quamdiu fuero.* Verus Dei cultor tali in eum affectu semper ardet, vt Hymnis concelebret omni tempore.

Qui Deum cognoscunt, studiosi sũt Hymnodiæ.

Psal. 150.

Votũ Dauidis solemne laudandi Deum.

Psal. 60.

Psal. 145.

Nouerunt aliqui Hymnis colere Deum quando felicitatibus augentur, aut contrà quando necessitatibus premuntur; nec ideò improbandæ sunt

huiusmodi

huiusmodi laudationes, semper namq; placitæ sunt Deo: gratiores tamen perfectioresq; semper declarabuntur quæ Deum respiciant propter se, non propter priuatũ aliquod bonum, quia scilicet Deus est omni laude & honore dignus, seu, vt canebat Hymnographus, quia bonum est illi Hymnos offerre: *Confitebor nomini tuo Domine, quoniã bonũ est.* nimirũ quia omni amore & celebratione dignum. Et qui hoc solo puro affectu mouentur, scilicet ob illius egregiam Maiestatẽ, bonitatem & sublimitatem, quemadmodum erga Deum actũ exercent veræ perfectęq; caritatis, ita magis magisq; semper inualescunt animo ad eum colendũ & celebrandum, etiamsi Deus videretur illis aduersus, nec illis vmquam se benignũ ac propitium ostenderet. Illustre exemplum huiusce animi propensionis in Deũ orbi declararunt tres illi Hebræi iuuenes paulò antè memorati, à Rege Chaldæorum in fornacem flammis accensam missi, qui sicut erant regio sanguine clari, fideq; veri Dei clariores, ita Regi illi barbaro liberè dixerunt dignam æterna memoria sententiam: *Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô Rex, liberare. Quòd si noluerit, notum sit tibi, Rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus.* Numquam se à cultu veri Dei cessaturos spopõderunt. Qui Deum colunt, & laudant, & inuocant, tantummodò vt à malis liberentur, desistuntq; ab incepto cultu, si non audiuntur, nomẽ & meritum verè cognoscentium Dei sublimitatem non merentur: coli enim debet Deus à nobis, laudari, benedici, & celebrari, siue liberet siue non liberet, siue concedat siue neget, siue audiat

Laudis diuina perfectio in quo sita sit.

Psalm. 53. & 91.

Landãdus Deus etiam in aduersis.

Daniel. 3.

A laudibus Dei nõ cessandum, licet nolit Deus exaudire.

Psalm. 95. siue non audiat: *Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis, terribilis est super omnes deos.*

Æmulandus est profectò in hoc studio sanctus Dauid, ob indefessam frequentiam in decantandis Hymnis Deo, & in prouocandis alijs creaturis ad eorumdem Hymnorum vsum, Angelicum in hac re ipse imitatus officium. Angeli altiores nil magis hominibus iustis suadere nouerunt, vt Deo creatori cultum gratum exhibere valeant, quàm diuinorum Hymnorum vsum frequentem. Profero Angelum illum Raphaelem, qui vnus erat ex septem altioribus Spiritibus coram Deo semper adstantibus, Tobiæ iunioris non solùm comitem & ducem, sed protectorem ac præceptorem. Hic nobilissimus Angelus, siue potiùs Seraphinus, posteaquam iuuenem illum sospitem ac felicem ad genitores reduxit, bonisque plurimis ac gaudio cumulauit, vt tandem ipsum cum parentibus ad Dei maiorem cultum incitaret, persuasit breui quidem, sed arcanis copioso sermone, vt Deum Hymnis celebrarent ac benedicerent: *Ipsum benedicite, & cantate illi.* iterumque eamdem auget hortationem: *Benedicite Deũ, & narrate omnia mirabilia eius.* & his dictis disparens, redijt ad cælum. Quo seraphico consilio excitatus Senior venerabilis, Hymnum derepentè miris laudibus reduntantem cecinit ad gloriam Dei qui facit mirabilia, cui semper laus & honor ab omni creatura reddatur.

Hymnorũ vsus hominibus suadetur ab Angelis.

Tobiæ 12. Ibidem.

Tobias Hymnis Deum celebrat.

Huius diuini cultus præstantia nihil minuitur ex eo capite à nonnullis aliquando iactato; quia scilicet Hymnodiæ publicæ vsus minimè sit tantæ necessitatis in Ecclesia Dei hisce temporibus, quãtæ sunt literarum studia ad hæresum euulsionem.

Non

Non esse quidem necessarium Hymnodiæ publicæ vsum, fateor, ad hæreticos conuincendos, at necessarium esse ad publicam diuini cultus protestationem atque dilatationem, nemo prudens negabit. Imò si vnius necessitas cum alterius comparetur necessitate, non erit inconueniens asserere maiorem aliqua ex parte necessitatem in vsu publicæ Hymnodiæ, quàm in studijs literarum. Certum sanè est, illius vsum numquam cessaturum, sed semper duraturum & in hac & in futura vita, vt haud semel ostendetur in Operis huius progressu, quemadmodum innuere voluit Dauid illa solemni cuiusdam Psalmi conclusione: *Psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi.* Hancq; insignem Hymnodiæ præstantiam comprobare statuens misericors Deus, maluit aliquando, non sine prodigio verbi sui, prædicationem cessare, vt chori peragentur munera, quàm in choro permittere vnius functionarij defectum, vt concio compleretur. Id certò euenisse nouimus ex Historijs fide dignis beato Antonio Lusitano, vulgò Patauino, qui sicut singulari pollebat gratia & auctoritate dicendi ad plurimos ab erroribus reuocandos, vt idcircò meruerit Hæreticorum malleus dici, ita, ne aliquando muneribus deesset sibi præscriptis in choro, quibus ex obliuione neminem suffecerat, visus est semel atq; iterùm in medijs concionibus, quas tunc habebat ad populi innumeram multitudinem, in locis à choro valdè dissitis derepentè verba suspendere per aliquod temporis spatium, quo posteà cognitus est, infinita Dei operante virtute, & adfuisse choro, vt munus sibi debitum suppleret, & à suggestu nihilominùs haud discessisse, vt, chorali peracto munere, cõ-

Hymnodiæ necessitas ad colendũ Deum.

Psalm. 60.

Singularis Dei dignatio erga chori præstantiam.

pleret absq; auditorum conturbatione iam cœptã concionem. At erga scientiarum studia habemus euentus prædicto valdè dissimiles. vt enim notum faceret Deus, hæc esse ad hæreticorum infidelium-que quorumcumque conuersionem minimè necessaria, voluit haud semel, in præcipuis fidei cõtrouersijs, non obtineri à viris cultioribus disciplinis instructis, quod facillimè obtinuere simplices idiotæ nuda ac simplici mysteriorum fidei propositione, de quibus à doctioribus sine fructu fuerat acerrimè disputatum cũ infidelibus. Vnicum huius veritatis luculentissimum exemplum, quod in celeberrimo Nicæno Concilio accidisse narrat Ruffinus, subijciam ijsdem verbis Scriptoris, vt euentus cõditio, quæ fuit valdè insignis, meliùs cognoscatur. *Cùm pro studio*, ait Ruffinus, *religiosi Imperatoris* (Constantini) *ex omni terra Sacerdotes Dei coïssent, opinione commoti Philosophi quoq; & Dialectici valdè nobiles & opinatissimi conuenerunt. In quibus quidam insignis in arte Dialectica per dies singulos conflictus summi certaminis cum Episcopis nostris, viris adæquè in Dialectica nõ improbabiliter eruditis, mouebat, & fiebat ingens spectaculum, conuenientibus ad audiendum doctis & literatis viris; nec tamen vllo genere Philosophus concludi à quoquam poterat aut constringi: tanta enim dicendi arte obiectis quæstionibus occurrebat, vt vbi maximè putaretur adstrictus, velut anguis lubricus elaberetur. Sed vt ostenderet Deus, quia non in sermone regnum Dei, sed in virtute consistit, quidam ex Confessoribus simplicissimæ naturæ vir* (à multis putatur Spiridion Trimithuntis in Cypro Episcopus) *& nihil aliud sciens nisi Iesum Christum, & hunccrucifixum, inter ceteros Epi-*

Ruffinus lib. 1. Histor. cap. 3.

scopos

scopos auditores aderat, qui cùm vidisset Philosophũ insultantem nostris, & callida se disputationis arte iactantem, poscit ab omnibus locum, velle se paucis cum Philosopho sermocinari. Tum verò nostri, qui simplicitatem viri & imperitiam de sermone dumtaxat nossent, pauere, & veluti quemdam pudorem pati, ne fortè apud callidos homines risui efficeretur sancta simplicitas. Persistit tamen Senior, & hinc mouit sermonis exordium: In nomine, inquit, Iesu Christi Philosophe audi quæ vera sunt: Deus vnus est, qui fecit cælum & terram, quiq; homini, quem de terræ limo formauerat, spiritum dedit, vniuersa, quæ videntur & quæ non videntur, virtute Verbi sui creauit, & Spiritus sui sanctificatione firmauit. Hoc Verbũ ac Sapientia, quem nos Filium dicimus, humanos miseratus errores, ex Virgine nascitur, & per passionem mortis à perpetua nos morte liberauit, ac Resurrectione sua æternam nobis contulit vitam, quem & expectamus iudicem omnium quæ gerimus esse venturum. Credis hoc ita esse, ô Philosophe? At ille, velut si numquã vllum sermonem contradicendi didicisset, ita obstupefactus virtute dictorum, mutus ad omnia, hoc solum potuit respondere, ita sibi videri, nec aliud verum esse, quàm quod dixerat. Tum Senior, Si hæc, inquit, ita esse credis, surge, & sequere me ad Dominicam, & huius fidei signaculum suscipe. Et Philosophus conuersus ad discipulos suos, & ad eos qui audiendi gratiâ conuenerant: Audite, inquit, ô eruditi viri; donec verbis mecum gesta res est, verba verbis opposui, & quæ dicebantur dicendi arte subuerti; vbi verò pro verbis virtus processit ex ore dicentis, non potuerunt resistere verba virtuti, nec homo aduersari potuit Deo. Ideò si quis vestrûm potuit in his, quæ dicta

Mira Philosophi conuersio ad veram fidem.

sunt, sentire quæ sensi, credat Christo, & sequatur hunc Senem, in quo locutus est Deus. Ita Philosophus Christianus effectus, tandem se gratulatus victum. Apta quidem sunt literarum studia ad infidelium conuersionem promouendam, sed minimè necessaria. Et opus conuertendi animas ab erroribus in primis est opus Dei, non autem solius humani studij. Deinde hoc opus potest ni mediocre expectare auxiliũ à recto publicæ Hymnodiæ vsu, propter vim impetrandi maiorem apud Deum, de qua infrà agetur, & propter vim exempli apud ipsos infideles, qui audientes videntes Dei cultum opportuna expletum grauitate ac decentia, maiorem erga nostram fidem concipiunt veneration em; quemadmodum re ipsa euenit Imperatori Valenti, Arianæ hæresis insigni fautori, testantur Scriptores Ecclesiastici: hic aliquando ad Catholicorum Templum accedens vbi Magnus Basilius aderat Episcopus, ad diem festum Natalis Domini celebrandum, cùm audisset vidisset́que, quanto cum decore ac grauitate Psalmorum cantus ceteraq́; Ecclesiæ munia peragerentur, tam magna affectus est admiratione ac veneratione erga sanctum Episcopum, & erga Catholicos ritus, vt fuerit coactus eorum laudes celebrare, licet haud diu pòst, aduersariorum calumnia inductus, iusserit Basilium exulare.

Libro 11. cap. XIV.

Sozom. lib. 6. c. 16.

Vis Hymnodiæ rectè expletæ.

Has ob causas omnipotens Deus, qui humanas res mirabili disponit suauitate, vtrumq; istud munus, Hymnorum scilicet cantum & hæresum euulsionem, in plerisq; insignioribus Ordinibus coniunxit, & huiusmodi Religiosorum ministerio multis ab hinc sæculis est præcipuè vsus, ad infidelium peragendam conuersionem, vt ab ijsdẽ

&

& coleretur cantu Hymnorum, & defenderetur præsidio literarum. Hinc iure obseruarunt huiusce diuinæ suauitatis contemplatores, qui nos præcesserunt, constantem fuisse Dei morem, nouis exurgentibus in Ecclesiæ agro hæresum venenosissimis dogmatibus, præparare, inter alia validiora promptioraq; antidota, nouas Religiosorum scientias & chorum profitetium Ordines, ad Ecclesiæ suæ solatium & robur. Huius diuinæ prouidentiæ suauissimum effectum præsertim animaduerterunt nobiles Auctores in ortu Albigensium hæreticorum, qui Ecclesiam superioribus sæculis peruersis dogmatibus diu acriterq; perturbare conati sunt: nam contra istos eodem tempore excitauit Deus duos præclarissimos Ordines, S. Dominici ac S. Francisci; qui sicuti choro & scientijs operam strenuam præstare debebant, ita essent verum Ecclesiæ fulcrum, eam, ob hæreticorum impetum, pænè nutantem egregiè sustinentes, iuxta visionem Vicario Christi illius temporis exhibitam, quam infrà hoc eodem Libro describimus.

Ordines Religiosi, chorum & scientias profitentes sunt Ecclesiæ fulcrũ.

Idem ferè obseruare nobis licuit in ijs quæ acciderunt circa initium sæculi proximè elapsi, ab anno scilicet M. D. XVII. ad annum M.D.XXXVIII. nam tunc contra Ecclesiam in præcipuis Europæ partibus prauissimi exorti apparuere errores, qui eam funditus se euersuros minabantur. In primis Martinus Lutherus in Germania, vbi natus erat, verbo, scriptis operibusq; turpissimis non solùm plurimos euomuit pestilentissimos errores, sed insuper peperit alios hæresum variarum auctores nihilo seipso meliores. Andreas enim Carolostadius, Huldricus Zvvinglius, & Ioannes Oecolampadius,

Lutheranismi initiũ, & progressus.

lampadius, execrandissima tanti parentis proles, nouarum familiarum impiissima capita anno M. D. XXVI. prodierunt in lucem. Anno statim proximè sequenti ex eodem infecto stipite ortum habuerunt Balthasar Pacimontanus, & Bernardus Rothmannus, Anabaptistarum promulgantes hæresim. Prædictos Lutheri discipulos subsecutus est Philippus Melanchthon anno M. D. XXX Confessionistarum auctor. Post Lutheranismi huius tantam dilatationem, Henricus Rex VIII. in Anglia anno M. D. XXXV. à Romana Catholica deficiens Ecclesia, grauissimum enormissimumque schisma excitauit. Tandem in Gallia Ioannes Caluinus Ecclesiam anno M. D. XXXVIII. aliis perniciosissimis perturbauit dogmatibus. Cùm igitur tot tantaque exurgerent hæresum monstra, quæ Sacramentorum, Eucharistiæ præsertim & Pœnitentiæ, veritatem impugnant, Indulgentias negant, Purgatorij pœnas tollunt, summi Pontificis penitus euertunt auctoritatem, fideliſſimus Ecclesiæ sponsus Christus Deus, qui huic promisit perpetuam assistentiam, dicens, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi*, vt impietati pietatem, peruersisque magistris optimos opponeret Doctores, atque venenis antidota pararet, instituendos disposuit tres ferè simul ab vno eodemque Pontifice approbatos Ordines Regularium virorum, choro & scientiis operam nauantium: vt sicut breui annorum interuallo contra Ecclesiam tot instruebantur validissimæ hostium copiæ, quæ in præcipuas tres turmas, Lutheranorum, Schismaticorum, Caluinistarum diuisæ, eam aggredi niterentur; ita Ecclesiæ adessent totidem virorum electorum

Anglicani schismatis initium.

Caluinistica secta ortus.

Matth. 28.

acies

acies ordinatæ, & ab vno eodemque summo Pontifice, qui fuit Clemens VII. approbatæ, breui annorum interuallo, ad eiusdem Ecclesiæ tutelam & amplificationem, Ordines isti fuere, Clericorum Regularium, qui Theatini appellantur, anno M. D. XXIV. Capucinorum sancti Francisci, anno M. D. XXVIII. Clericorum Regularium sancti Pauli, anno M. D. XXXIII. ex quibus proditrent egregij sanctique viri, qui verbo, scriptis, exemplo & opera vim tuerentur ac promouerent Sacramentorum, Catholicamque fidei nostræ doctrinam sustinerent omnibus neruis. Quod egregiè factum videmus. Nam Theatini in Italia omni genere insigniorum virtutum & doctrinarum floruerunt florentque, & Ecclesiæ insignes præbuerunt Cardinales & Episcopos. Capucini & Paulini tum in Italia, tum in Gallia & in Germania enixè strenueque laborant, non sine piarum animarum in omni virtutum genere confirmatione, peccatorumque ad meliorem frugem reductione, hæreticorumq; ad veritatem vnitatemque Catholicæ Romanæ fidei conuersione. Ad quod præclarum opus sæpè sæpiùs destinantur ab ipsis summis Pontificibus pro tempore Dei Ecclesiam regentibus, qui ad hunc finem erexerunt in Vrbe insignem grauiorum Prælatorum Congregationem, quæ dicitur *De propaganda fide*, inuigilantem huic idoneorum ministrorum pro Catholicæ fidei propagatione laborantiũ electioni ac missioni. Patet igitur, quòd Hymnorũ cantus sicut diuino conuenit cultui tum exercendo tum amplificando; ita haud rectè dici potest minimè necessarius hisce temporibus specie zeli erga hæresum euulsionem, cùm sit compertum, vtrumque istud

Theatinorum, Capucinorum, Paulinorum approbatio à Clemente VII.

Congregationis De propaganda fide *in Vrbe officium.*

munus in Ecclesia Dei à multis Ordinibus Religiosis fideliter expletum per sæcula multa, atque expleri in dies magna felicitate. Neque enim superioribus sæculis fuit Ecclesiæ ager à prauo errorum semine omnino immunis: neque item hisce tantùm temporibus apparere incipiunt in agro isto mala zizaniorum germina, vt idcircò quis possit dicere, tunc tantùm vsum debuisse publicæ Hymnodiæ admitti, omissis scientiarum studiis, nunc autem solis esse vacandum litteris, & à chori frequentia abstinendum. Caueant qui ista sibi ex ore permittunt excidere, ne viam iterùm aperiant errori iam damnato tum Hilarij Ariani, tum Ioannis Wiclefi, dicentium, in cantibus Ecclesiasticis frustrà conteri tempus, Sacerdotesque in Ecclesia cantantes esse Sacerdotes Baal, valdè namque affinia sunt isti errori prædicta pronuntiata; quæ licet non animo proferendi errores, sed zelo facilioris errorum destructionis dicantur, viam tamen sub specie zeli sternunt erroribus. Dicamus itaque, Hymnorum cantum maximè conducere ad cultus diuini insignem protestationem atque dilatationem, neque vmquam in Ecclesia Dei cessaturum, imò semper duraturum in æternum, & vltrà, cum perpetua lætitia cantantium, inter quos dignetur benignissimus Dominus Scriptorem ac Lectores aliquando connumerare.

CA-

CAPVT III.

Hymnorum cultus omni electæ victimæ præstat.

Hymnorum vsus magni æstimatur à Deo.

AD Hymnodiæ comprobandam dignitatem plurimùm conferet cognitio æstimationis ipsius apud Deum: quæ enim à Deo, qui vniuscuiusque rei veram possidet notitiam, habentur in æstimatione, magna esse & dicere oportet. Si sacros consulimus Libros, in quibus testata reliquit Deus sui cordis arcana & sensus, reperiemus Hymnodiam apud Deum præstare dignitate & valore omnibus cuiuscumque generis Sacrificiis, victimis, holocaustis, oblationibus & donis. Imò innuere videtur Deus ipse, nil aliud à nobis sibi posse gratius reddi quàm Hymnos & laudes. Id protestatur per Hymnographum dum ait, nec vitulos, nec hircos, nec iumenta, nec volatilia sibi placitura æquè ac Hymnos & laudes: & cùm omnia singillatim Sacrificiorum genera expressisset, in quibus anteà se iucundissimè delectari indicabat, concludit, quòd, etiamsi omitterentur illæ oblationes, & sola ei offerretur laudatio sincera, ipse hac sola contentus, nil aliud ab homine exigeret, aut expeteret ad sui honorem. Verba ipsius aperta sunt & clara: *Immola Deo Sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua. Invoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me.* quod iisdem iterùm verbis, ad maiorem animi sui expressionem, & ad validiorem in nobis impressionem, concludens totum Psalmum, asserere non dedignatur, *Sacrificium laudis honorificabit*

Hymnodia omnibus præfertur Sacrificiis à Deo.

Psal. 49.

rificabit me. quasi dicere volens, hunc solum honorandi modum esse verè vnicum, verè sibi pr omnibus dilectum & carum, imò instar om nium qui ad Dei honorem possent ab homine ex cogitari.

D. August. in Psal. 55. Expendebat sanctus Augustinus ad hanc rem illud Dauidicum pronuntiatum, *In me sunt Deu vota tua, quæ reddam, laudationes tibi*; docebat que ex hoc textu, magis esse placitas Deo laudationes quæ de ara cordis caritate accensi offeruntur, quàm omnia externa, licet magna & pretio-

Iob Hymnis Deum coluit & Sacrificiis. sa: suggerens casum sanctissimi Iobi, qui licet dum viueret felix, quotidie Deo solitus esset offere Sacrificia insignia, numquam tamen apud Deum ipsum tot laudes & merita sibi est consecutus, quot, postquam diaboli astu & opera spoliatus omnibus bonis, ex arca sancti pectoris, quam fur diabolus non inuaserat, diuitiis interioribus plena, laudes Deo gratissimas pro Sacrificiis obtulit

Iob 1. dicens: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* & ob istas laudes tantam apud Deum æstimationem acquisiuit, vt propositus sit tamquam præcipuorum Heroüm idea & exemplar.

Nullum illustrius diuinæ complacentiæ pro recta Hymnodia testimonium potest afferri quàm

Psal. 68. illud Dauidicum: *Placebit Deo super vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas.* ostendit namque, quòd selectiora Sacrificia comparari non valent Hymnorum oblationi. Licet gratissima essent Deo Sacrificia ex pinguibus vitulis adhuc lactentibus & pubescentibus, vt verbis vtar diui Augustini, qui legit, *vitulum pubescentem*, nam à solis ditioribus huiusmodi electa animalia

poterant

poterant reperiri; nihilominùs cariora sibi declarat Deus Sacrificia Hymnorum, quæ à lætis cantoribus sibi offeruntur. Quòd namque ibi sermo sit expressus de Hymnorum cantu, à nemine id potest in dubium reuocari, cùm sit luce clarius meridiana: nam immediatè ante ista verba, *Placebit Deo super vitulum nouellum*, &c. promiserat Hymnographus sanctus conceptis verbis iugem diuinarum perfectionum cantum, dicens: *Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude.* Proinde sanctissimus Dauid multus est ac frequens in huius mystici Sacrificij adhortatione, modò asserens opus psallendi esse Deo bonum, *Confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est*; Psal. 53. modò addens non solùm esse bonum, sed & decorum & iucundum: *Laudate Dominum, quoniam bonus est Psalmus, Deo nostro sit iucunda, decoraque laudatio.* Psal. 146. quod clariùs ab aliis legitur: *Quoniam bonum est canere & psallere Deo nostro, quoniam decora & iucunda est laus.* Congrua sunt quæ scripsit ad hoc institutum Lactantius Firmianus, cuius sententiam non pigebit summatim colligere. Ait itaque, non ebur Deo castum donum esse (sicuti etiam à Platone asserebatur) non picta & texta pretiosa, non quidquid surripi corrumpíve potest, non incorporeo corporea munera conuenire. Non immolationibus & sanguine multo (vti aduertebat etiam Seneca) colendum Deum, sed mente pura, bono honestoque proposito. Addit, si quis templa, vestes, gemmas, & alia quæ habentur à nobis in pretio, putaret Deo cara, istum planè nescire quid sit Deus. Concludens itaque asserit, Deo offerendum esse donum integritatis animi in perpetuum, & Sacrificia ad

Lactant. Firm. l. 6. c. vlt.

Omnia pretiosiora externa postponuntur Hymnorum oblationibus.

tempus,

tempus, non animalium, sed Hymnorum & laudationum; quod auctoritate comprobat Trismegisti, qui tradebat, Deum præcipuè coli & adorari gratiarum actionibus & benedictionibus. Tandem docet, summum Dei cultum in eo situm esse, quòd iustus homo ore & Hymnis Deum concelebret.

Philol. de Vict. offeren.

Pulchrè in eamdem rem Philo scribit, Deum non gaudere Hecatombis, cùm sit cunctarum rerum Dominus, nec vllius rei sit indigens, sed magis velle pias mentes, quæ offerant Hymnos in gratiarum actionem. quantò namque præstat aurum lapidibus communibus, & adytum est excellentius vestibulo, tantò est acceptior suffitus gratiarum actionis, quàm mactata victima. Tanti æstimatur à Deo hominis Hymnodia, vt asserere audeam, nos homines conditos ab omnipotente Creatore ad hunc præcipuum finem fuisse vt illius operum mirabilium effecti spectatores Hymnis celebraremus & coleremus eius maiestatem, omnipotentiam, sapientiam, bonitatem & naturam. Fauet huic sententiæ S. Patris Chrysostomi elegans doctrina, quam tradit in Psalmum 116. his verbis: *Nihil à nobis æquè requirit Deus ac laudes & gratiarum actiones; propterea enim animam nobis inspirauit, rationales nos fecit, & à brutis lingua discreuit, vt eum laudemus, celebremus & iugiter glorificemus: non quòd ipse opus habeat nostra laudatione, sed vt nos doceat gratos esse, & agnoscere tantorum bonorum suppeditatorem, & vt, quidquid lucri ex ista celebratione fit, ad nos redeat, & dignos faciamus semper maioribus subsidiis.*

Homo creatus est vt Deum laudaret.

S Chrysost. Homil. in Psal. 116. apud Sixtum Senens. in Bibl.

Non erit abs re huc transferre quamdam lepidissimam

dissimam fictionem descriptam à Philone, quam ipse appellat fabellam antiquam, quoniam licet fabula sit & figmentum ingeniosum, non carebit tamen vtili aliqua doctrina ad rem nostram valdè opportuna. Ait itaque, se audiuisse circa mundi huius visibilis formationem hanc narrationem, quòd cùm Deus absoluisset totam mundi machinam, aduocarit ad se vnum ex Prophetis, illum interrogãs, an aduerteret aliquid adhuc creandum desiderari; cui respondit Propheta acutè, desiderari vnum laudatorem. Fictio inquam est, sed à veritate non discrepat omnino; desiderantur enim laudatores, quando homines aliqui non respondent fini suæ conditionis, nec opera Dei considerant, nec Deum patratorem optimum Hymnis celebrant & colunt.

Philo l. de Plantat. Noë.

De mundi creationis fine elegans fabella antiqua.

Dixerim quasi, quòd videns Deus suam intentionem in plerisque hominibus irritam succedere, ideò conuerterit animum ad genus hominum peculiare, quos eligeret, & quasi speciali quadam noua creatione formaret, vt eius decantandis laudibus, quibus vehementer delectatur, perpetuò vacarent. Homines istos nouiter creatos dico Ecclesiasticos ministros, qui ratione status ad Hymnodiæ frequentem vsum sunt deputati. De quibus felicibus hominibus non incongruè intelligi potest locutus Deus per Prophetam Isaiam, dicens: *Populum istum formaui mihi, laudem meã narrabit.* quæ Prophetica prædictio nulli populo commodiùs potest aptari quàm Ecclesiasticis personis, præsertim Religiosis Ordinibus Hymnodiæ studiosis. Hos videtur formasse sibi Deus noua ac peculiari creatione, nempe noua ac singulari vocatione, dum eos illuminauit & elegit,

Ecclesiastici sunt à Deo electi ad suas laudes sustinendas in terris.

Isaiæ. 43.

gir, vt ſibi ſtatuerent tamquã præcipuum mun
Hymnodiæ vſum, & publicum cantum in cho
& noctes dieſq; Hymnis decantandis vacare
O verè felicem populum, qui talem merui
Deo omnipotente formationem ſeu electione
populum dignum benigna Dei protectione,
lectione & fauore! proteget abſque dubio De
diliget, fauebit, & fouebit, ſi muneri noſtro
tenti nos Religioſi numquam laudes eius deſe
mus. Non deſerit Deus, niſi ipſe priùs deſera
à nobis.

Benedictiones diuinæ ſuper pios pſallentes paratæ.

Nec ſolus Iſaias de hoc felici populo eſt loc
tus, ſed prior prædixerat eiuſdem priuilegia ſi
ctus Hymnographus, deſcribens benedictio
diuinas ſuper iſtum populum paratas, quan
munus Hymnodiæ rectè expleſſet. Primò n
rat, oculum Dei benignum futurum ſuper qu
dam homines, nec vmquam vacuam futuram
rum orationem; deinde proſequitur ipſorum
mam fore celebrandam omnibus venturis ſæc
lis; tandem eos inſignit nomine populi nou
creati ſiue formati ad diuinas laudes celebrand

Pſal. 101.

Reſpexit Dominus in orationem humilium, ecce
ſpectus oculorum benignus; *& non ſpreuit*
cem eorum, ecce orationis fructus. *Scribantu*
in generatione altera, en famæ euulgatio; *popu*
qui creabitur, laudabit Dominum, ecce deſigna
& nomen eorum de quibus eſt ſermo.

Clerici vnde nomen ſumptum.

Hanc felicitatem cognoſcentes, magnum re
tant beneficium ſe electos eſſe in ſortem eoru
(quod ſignificat nomen Cleri ijs datum qui ſu
Deo in Eccleſia conſecrati; cleros enim Gra
Latinè ſors dicitur) qui ad laudes Dei celebra
das ſunt deſtinati. Quod inde maius excreſci

ad hanc sortem electi in ea confirmantur in perpetuum, ne deficiant, néve vmquam in ea defatigati lassentur. Nouimus Hymnographum nostrum Deo altissimo peculiares reddere gratias & laudes, ob hanc sibi collatam firmitatem, & concessam gratiam perseuerandi in Hymnis & confessionibus sine fastidio aut tædio offerendis in perpetuum, quemadmodum asseuerat in conclusione Psalmi 65. qui cùm totus sit in celebranda potentia, sapientia & bonitate Dei, concludit tandem solemni benedictione ad Deum directa, quia in ipso laudando & exorando numquam se lassum cognouerit, pronuntians se id ab eius gratia & misericordia acceptum cognoscere: *Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam & misericordiam suam à me.* Vir iste omni memoria dignus sicut Hymnodiæ præstantiam possidebat, ita erga illius vsum & in se ipso & in alijs omni studio fuit semper frequens. Nec solùm auctor voluit esse Hymnorum futuris temporibus decantandorum, sed quamuis esset Rex tam glorioſus & bellicosus, non tamen dedignatus est ad Dei honorē designare ministros, qui in Templo mox futuro Hymnos perpetuò decantare deberent, imò nec dedignatus est docere Leuitas musicas modulationes Hymnis suis opportunas; quod obseruauit & luculenter descripsit, tamquam rem in maximo Rege verè magnam, Iosephus his verbis: *Dauid perfunctus iam bellis ac periculis, & in altissima pace degens, instrumentis musicis comparatis, docuit Leuitas ad pulsum eorum laudes Dei decantare tam in Sabbatis diebus quàm in ceteris festiuitatibus.* Mira certè & exemplaris dignatio in Principe magno, qui verum di-

Magnũ est beneficium electio ad Dei laudes frequentãdas.

Psal. 65.

Dauid docuit Leuitas Psalmorum cantum.

Ioseph. l. 7. Antiq. c. 10

uini honoris zelatorem se mundo ostenderet
declararet.

Deus igne comprobare solitus erat Sacrificia antiquorũ.
S. Hier. S. Chrys. Procop. in Gen. cap. 4. Theodot.

Solebat quondam Deus signa visibilia ostend
re super Sacrificijs priscorum Patrum, vt cor
sui complacentiam declararet, signumq; frequ
tius erat ignis emissio è cælo, quo certè sign
credunt pleriq; Doctores sacri declarasse Deu
suam voluntatem super innocentis Abelis Sacr
ficio, de quo dicitur: *Respexit Dominus ad Ab
& ad munera eius.* vnde Theodotion ibi legi
*Inflammauit Dominus super Abel, & Sacrificiu
eius.* Eodem signo pluries deinceps vsus est sup
alijs Sacrificijs sibi gratis, vti Gedeonis, Manu
Aaronis, Eliæ, Dauidis, Salomonis, Nehemiæ.

Iudic. 6. & 13. Leuit. 9. 3. Reg. 18. 1. Par. 21. 2. Paral. 7. 2. Mac. 1.

in nostra Ecclesia, quando non figuram, sed v
ritatem apertam possidemus, declarare solet De
suam voluntatem & complacentiam erga Hym
nodiam non mysticis, sed apertis signis & expre
sis effectibus. Nam de Paulo Apostolo & Sil
eius socio proditũ est, quòd dum alta voce Hym
nos Deo dicerent inuicem in carceribus positi, ca
tenæ & vincula resoluebantur, & ostia omn
carceris reserabantur. Singulare quoque signum
erga psallentes Religiosos voluit exhibere De
para Virgo Maria. Dum enim Religiosi in Ec
clesia Hymnum illum deuotissimum *Salue Re
gina* cantarent, quando ad ea verba, *Eia ergo ad
uocata nostra*, perueniebatur, videbat quidam
vir Religiosus beatam Virginem flexis genibus
commendantem Filio suo Ordinem, quemadmo
dum referre solebat Humbertus Ordinis Prædi
catorum Magister, vir pietate & religione insi
gnis. Quis itaque dignitatem & præstantiam hu
ius Hymnodiæ non admirabitur ac diliget?

Actor. 16.

Comprobat Deus Psalmorũ vsum varijs signis.

Humbert. l. 6. Instit. p. 4. cap. 8.

Beata Virgo Deipara signum beneuolentiæ exhibet pijs cantãtibus Salue Regina.

Tantam

Tantam dignitatem cognouerunt, qui omne ſtudium in recto illius vſu collocate non omittebant. S. Benedictus, Monachorum in Italia ac in toto Occidente egregius reparator, & magnus propagator, Hymnodiã appellabat *opus Dei*; Monachiſque ſuis ſuadebat quibuſcumq; alijs rebus præferendum, vti re ipſa, non ſine magno Eccleſiæ fructu, in illo Ordine præfertur. Qui autem non agnoſcunt hanc dignitatem, ſicut eius nec deguſtare poſſunt ſuauitates, ita durum ſibi reputant impoſitum onus ſoluendi aut grauem pẽſionem, aut vectigal intolerabile, quando ad chorum accedere tenentur. Iſtis ego ſuaderem, vt frequenter Deum exorantes, vſurparent breuem illam orationem ab Hymnographo traditam, *Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum, quia iudicia tua iucunda*; tamdiu eam iterantes, donec à Deo cæleſti colluſtratione & auxilio dignentur. Nam verè ſola oneris ſuſpicione affliguntur, cùm tamen re ipſa onus non ſit Hymnodia, ſed iucunditas & conſolatio, & munus altiſſimum, imò Angelicum, vt mox videbimus.

Graue trinotum reputatur Hymnorum cantus ab aliquibus.

Pſal. 118.

CAPVT IV.

Hymnodiam opus eſſe Angelicum.

DE Dauidicis Hymnis loquens D. Baſilius, vt illos commendet, inter alia encomia tandem profert: *Pſalmus eſt Angelorum opus.* Quod pronuntiatum ſicut eſt verũ, ita promptas facileſq; habet probationes, quas in hoc Capite perſtringemus. Angelorum itaq; opus dicemus Hymnodiam, quia ab Angelis vſurpata; & quia ab

D. Baſil. Proœm. in Pſalm.

Angelis ad homines deriuata; demum quia Angelorum induunt officium Hymnodiæ ſtudioſi.

Angeli vſi ſunt Hymnis.

Ab Angelis itaq; primò vſurpatam dixi Hymnodiam: nam conſona eſt omnium ſanctorum Patrum & Doctorum Græcorum & Latinorum ſententia, quòd Angeli ſtatim ac conditi fuere cùm propriam pulchritudinem contemplati eſſent, ceteraq; Dei opera contuiti, orbis præſertim cælorumq; & aſtrorum mirabilem conſtructionem & concentum, non ſolùm obſtupuerũt ſed præ admiratione Hymnos voceſq; gratulatorias & plauſus edere cœperunt. Id colligunt ex confeſſione Dei cum ſuo patientiſſimo Iobo loquentis, & dicentis: *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ*, ecce prima orbis fundatio; *cùm me laudarent aſtra matutina*, en aſtrorum & cælorum concentus; *& iubilarent omnes filij Dei?* en Angelorum laudes: de Angelis enim loqui intelligitur nomine filiorum Dei, vti clariùs exponitur tum à Chaldæo vertente, *& iubilarent omnes actus Angelorum*; tum à Septuaginta legentibus, *& iubilarent Angeli mei.* quaſi dixerit Deus Iobo: Nondum erat homo vllus, quippe qui poſt omnes creaturas fuerit vltimo loco formatus, aderant tamen Angeli laudantes & celebrantes meam magnitudinẽ & perfectionem (nam, iuxta omnium Theologorum ſententiam, vnà cum ſublimioribus corporeis ſubſtantijs cælorum fuere Angeli à Deo producti;) iſti Hymnis me celebrarunt, iſti ſunt primi cantores mearum laudum. Nec vnquam deinceps aut deſtiterũt aut defecerunt Angeli beati, ſed ſine intermiſſione perſeuerant in omnem æternitatem, concinentes triſagion Hymnum, *Sanctus, ſanctus, ſanctus*, vti audire licuit

Iob. 38.

Angeli creati ſunt ante hominẽ.

Angeli sũt primi cantores diuinarum laudum.

Iſaiæ 6.

ſanctiſſimo

sanctissimo Prophetæ Isaiæ in veteri Testamento; & post multa sæcula ostensum fuit dilecto Christi discipulo Ioanni in sua Apocalypsi, qui obseruauit irriquietos esse in hac Hymnodia Angelos sanctos: *Requiem*, ait, *non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus.* Irrequietos eos vocat in Hymno dicendo, quia, vti optimè addit D. Damascenus, *hæc erat ipsorum requies.* Quasi dicere volens, quòd Angeli non laborem, sed requiem experiebantur in continua Hymnodiæ perseuerantia. Quia autem Hymnus iste à Seraphinis prolatus audiebatur, D. Cyrillus Ierosolymitanus loquens de eo, ipsum vocabat Seraphicam Theologiam hominibus communicatam ad nostram vtilitatem. *Propterea*, ait, *traditam nobis hanc Seraphicam Theologiam, Sanctus, sanctus, sanctus, recitamus, vt in illa cælesti Hymnodia cum supramundana militia communicemus, per huiusmodi Hymnos nos sanctificantes.*

Apoc. 4. *Angeli sine requie cantant Hymnos Deo.*

D. Damas. l. 1. Fidei cap. 16.

D. Cyril. Catech. 5. Mystagog.

Hinc omnes Patres sumpserunt occasionem dicendi ab Angelica Hierarchia ad Ecclesiasticam nostram Hierarchiam, quod secundo loco probandum asserebam, esse deriuatam Hymnodiam alternis choris vsitatam. Nam Seraphini illi apud Isaiam auditi sunt alter ad alterum canentes, *Sanctus, sanctus, sanctus*, inuicem se ad Dei laudes prouocantes. Quæ forma canendi cœpit in nostra Ecclesia frequentari libentiùs, ob aliam Angelicam Hymnodiam in visione communicatam sub initiũ ferè nostræ Ecclesiæ sancto Ignatio illustrissimo martyri, Antiochensi Episcopo, sancti Ioannis Apostoli discipulo, qui cum alijs Apostolis non semel habuit cõsuetudinem. Huic præclarissimo viro ostensi sunt Angeli cælestes

Alternus cantus ab Angelis primò auditus.

Alternus cantus inter homines Christianos quando cœptus.
Georg. in Vita S. Chrysost. Socrat. l. 6. cap. 8. Trip. l. 10. cap. 9. Niceph. l. 13. cap. 8. D. August. l. 9. Confes.

canentes Dei trini laudes alternis vocibus, vti celebriores Historiæ prodiderunt. Ex qua visione motus Apostolicus vir Ignatius, formam illam canendi in Angelis cognitam obseruandam tradidit suis Antiochenis, quibus præerat, indeque paullatim fuit per Orientem propagata, & ex Oriente in Latinam Ecclesiam ab Ambrosio primùm, ad suæ Mediolanensis Ecclesiæ religiosiorem institutionem, vti refert S. Augustinus, fuit translata, posteà ad ceteras Occidentis Prouincias, tandem ad vniuersam Ecclesiam fuit decreto Damasi Pontificis maximi dilatata.

Imò, si res ista subtiliùs examinetur, forsè multò ante modò narratam D. Ignatij visionem reperiemus, Angelos sanctos iam fuisse nostræ Ecclesiæ primos communis Hymnodiæ instructores ac exemplar, haud sine approbatione, meliùs dixerim, haud sine expresso Regis Angelorum & hominum, nempe summi Dei, decreto. Quòd namq; initio nascentis Ecclesiæ sancti Angeli exemplum præbuerint cantus Hymnorum in honorem & laudem Dei, facilè constabit, si recolamus suauissimum illum ac summa exundantem lætitia Hymnum, *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*; quem eadem nocte, qua prodijt ex purissimo sanctissimæ Virginis genitricis vtero vnigenitus æterni Patris nostra carne indutus, nouimus cantatum non ab vno solo Gabriele, qui fuerat pastoribus annuntiator nati Saluatoris, sed vnà à ceteris omnibus, qui eidem Gabrieli adiuncti & in choros diuisi canere cœperunt, *Gloria in altissimis Deo*, &c. quemadmodum luculenta narratione describit S. Euangelista dicens: *Et subitò facta est cum Angelo*

Angelicus cantus in Christi Nativitate.
Luc. 2.

gelo multitudo militiæ cæleſtis, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altiſsimis Deo, & in terra, &c. Animare voluerunt Angeli ſancti naſcentem tunc Eccleſiam ad ſuſtinendũ pijſſimum illum Hymnodiæ publicæ vſum, quem feliciter cœptum ſuſtinuerat ac coluerat antiqua Eccleſia. Quòd item decretum approbantis, imò iubentis Dei, non defuerit, ſed adfuerit, teſtatum nobis reliquit fideliſſimus arcanorum Dei cognitor & nuntius Paulus Apoſtolus, dum de hac Verbi diuini temporali Natiuitate differẽs ſcripſit in hæc verba, *Cùm iterùm introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent* (ecce decretum) *eum omnes Angeli Dei.* Heb. 1. Cuius decreti verba olim prę-uiderat, ac prædixerat Hymnographus canens: *Adorate eum omnes Angeli eius.* Pſal. 96. Adorauerunt, inquam, & coluerunt Angeli ſancti, audientibus hominibus mortalibus, Filium Dei incarnatũ Hymnis & confeſſionibus gratiſſimis. Neq; dubium cuiquã eſſe debet de forma Angelici huius cantus, num ſcilicet fuerit alternis expletus choris, id namq; apertè colligitur ab illa voce *militiæ*, vſurpata à S. Euangeliſta. Hæc vox apud rei militaris peritos infert ordinatam acierum diſtributionem, alioquin non militiæ, ſed multitudinis nomine rectiùs diceretur. Verùm adhuc omnem aufert rei huius dubitationem communis ſenſus Eccleſiæ, quæ læta recolens in Natalitijs annuis Domini noſtri Ieſu Chriſti hos Angelicos cãtus, declarat chori formam adhibitam fuiſſe: nam, introducens paſtores cuidam factæ interrogationi reſpondentes, vſurpat hæc verba: *Natum vidimus, & choros Angelorum laudantes Dominum.* Quod itaq; Euangeliſta aſſerüit verbo *militiæ*,

explicat Ecclesia nomine chori; quia videlicet singuli chori cuiusque Hierarchiæ Angelorum, modò vnus, modò alter, modò omnes dicebant

Lucæ 2. *Gloria in altissimis Deo*, &c. aliasque lætitiæ laudes concinebant. Quo cantu prouocarunt Angeli sancti ipsos pastores, quamuis rudes, ad similium laudum prosecutionem; reuertentes enim ad proprios greges, præ lætitia laudare Deum eumque glorificare audiebantur, vt narrat sacra Historia.

Psallentes Angeli esse deberent imitatione. D. Chrysostom. in Psal. 112.

Et sicut Angelos imitamur in forma cantus, ita Angelum esse oporteret Hymnodiæ studiosum, Angelum inquam non natura, cùm id fieri nequeat, sed imitatione vitæque puritate, vti egregiè tradebat beatus Chrysostomus dicens: *Oportet Angelum fieri, & ita laudare: ante os nostrum vita nostra Deum laudet.* Expendebat aliquando sanctus Doctor causam cur Psaltes Regius, dum vellet Deum maximè laudatum, inuitando ad opus omnes omnino creaturas, vti Psalmo 148. explere conatur, initium sumat primò ab Angelis in cælo residentibus, deinde creaturas alias cælestes materiales, tandem creaturas quascumque sub cælo degentes, dicens: *Laudate Dominum de cælis* Angeli & Virtutes, deinde sol, luna, stellæ cæli; tandem descendit ad terræ dracones, abyssos, populos, Reges, &c. cùm potiùs debuisset initium sumere ab inferioribus, & paullatim procedere ad superiora, iuxta naturæ ordinem. Respondet beatus Chrysostomus, voluisse Dauidem ab Angelis ducere principium, vt inde intelligerent homines se non posse dignè vsurpare diuinos Hymnos, nisi priùs habeant Angelos sibi propositos ad imitationem.

Psal. 148. *Angeli primi omnium inuitantur ad diuinarum laudum cantum.*

Hymnodiam itaque piè rectèque exercentes homines

homines Angelorum nomine decorantur, Angelorum item societate dignantur in ipso opere Hymnodiæ; non enim cum psallentibus mortalibus dedignantur ipsi immortales vnà psallere, aliquando etiam præcinentes prouocare nos ad psallendum. Testatur hoc insigne priuilegium diuus Bernardus imitans Dauidem dicentem: *Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus*. Quem locum intelligit de Angelis nomine Principum; quia veri sunt Principes cælestis Monarchiæ. Expendebat sanctus Doctor illam dictionem *coniuncti*, quæ vnionem importat, quia Angeli vnà cum psallentibus hominibus vniantur; deinde aliud verbum, *præuenerunt*, quo significantur Angeli quandoque ductores esse Hymnodiæ, prouocantes ad psallendum. Concinit visio illa, de qua scribit Cassianus de Angelo qui inter Monachos conspiciebatur, vt eos psallere doceret: à quo Psalmi duodecim, per totam Ægyptum in horis nocturnis & diurnis vsurpati, fuerunt tunc traditi. Eidem veritati præbet testimonium diuus Chrysostomus dicens, *Psallentibus adstare Angelos magno audientes cum silentio, & postquam cessauerit Psaltes, applaudantes, laudantes, adorantes*. Imò alibi expendens verba illa Hymnographi, *In conspectu Angelorum psallam tibi*, vim facit in illa dictione *in conspectu*, quam textui Hebræo insistens interpretatur *è regione*; vt sensus sit: Tibi psallam è regione Angelorum, qui quasi vnum faciant chorum ex altera parte canentes, dum homines alterum chorum ex alia parte respondentes efficiunt. Quod agnoscens Ecclesia, vt Hymnos suos gratiores Deo queat offerre, sicuti optat hanc sanctorum Angelorum dignationem & vnionem, ita

Angeli cum psallentibus hominibus psallunt.

Psal. 67. D. Bern. Serm. 7. in Cant. & Epist. 78.

Cassian. l. 2. Instit. cap. 5.

Angelus inter psallentes visus.

D. Chrys. in Psal. 4. & 137.

Angelorum societatem in precibus postulat Ecclesia.

ita ſupplex quotidie exorat Deum, vt digna reddatur vnà cum hiſce ſociis decantare & prædicare Hymnum diuinæ gloriæ, dicens: *Cum quibus & noſtras voces, vt admitti iubeas, deprecamur.* aliàs autem, tamquam admiſſa ad hanc ſocietatem, dicit: *Ideò cum Angelis & Archangelis, cum Thronis & Dominationibus, cumque omni militia cæleſtis exercitus Hymnum gloriæ tuæ canimus, ſine fine dicentes, Sanctus, ſanctus, ſanctus.*

Appello nunc vos quotquot Deo noſtro laudes pſallendo canitis, voſque felices prædico; quia digni eſtis cæleſtium Spirituum ſocietati adiungi in opere tam ſublimi, quale eſt munus laudandi Deum omnium Dominum Hymnis & cantu. Appellabo in poſterum Angelos mortales carne circumdatos, cum Angelis immortalibus & immaterialibus ſancta æmulatione contendentes in Hymnis & confeſſionibus Deo deorum concinendis. Quoties Eccleſiaſticorum pſallentium capitula, Religioſorum præſertim vtriuſque ſexus Ordines, conſidero, tot mihi videor aſpicere agmina Angelorum terreſtrium agminibus aſſociata cæleſtium Spirituum, qui communi Deo deſeruientes, Eccleſiam à malignorum ſpirituum inſidiis & conatibus tueantur illæſam, eamque pulchriorem ac venuſtiorem reddant, iuxta illud Epithalamicum elogium: *Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum?* Quod de Eccleſia in terris militante & Deum laudante intelligunt Doctores ſub nomine Sulamitis, quæ perfectam ſignificat. In hac Sulamite tot ſunt chori caſtrorum, quot Religioſi Ordines vtriuſque ſexus in choro alternatim Deo pſallentes.

Chori pſallentium agmina ſunt Eccleſiæ.

Cant. 7.

Multis profectò nominibus laudandi ſunt Religio-

ligiosorum Ordinum Auctores, ob multiplicia bona ab institutis eorum Ordinibus in Dei honorem exhibita; sed ob id præcipuè eos veneror, quia huiusmodi institutione tot Angelos terrestres Deo genuisse videntur, quot personas ad perfectam vitæ præscriptæ rationem perducere studuerunt, quæ diuinas laudes die noctuque cantu celebrarent. Ego ob hanc causam præcipua veneratione colui Antonium Mariam Zacariam nostri Ordinis Auctorem, vnà cum duobus sibi adiunctis eiusdem consilij & sanctitatis sociis, Iacobo Antonio Morigia & Bartholomæo Ferrario, quem non solius honoris causâ, sed veritatis amore, Angelicum virum appello; tum propter Angelicas vitæ suæ dotes, proinde etiam Angelis cælestibus valdè familiarem, quia, sicut proditum est, ipsi primum sacrum Mysterium ad Altare facienti visi sunt Angeli cælestes lumine singulari coruscantes adstare; tum quia ineunte sæculo proximè elapso consilia & operam direxit ad hanc nostram Regularem Clericorũ Congregationem Mediolani sub propriis statutis & constitutionibus (vt fuit rectè obseruatum ab Episcopo Scalensi, non autem sub Regula diui Augustini, vt nonnulli ex aliis Ordinibus, qui de alienis rebus, quas minimè nouerunt, aliquando scribunt) instituendam sub nomine D. Pauli Apostoli, quæ vtrumque vitæ genus, actuosæ scilicet & contemplatiuæ, complectens, sicut prædicando, docendo, Confessiones audiendo, Sacramenta ministrando, proximos ad vitam æternam adipiscendam adiuuaret, ita oratione, contemplatione & Hymnodia Deo vacaret, prouidens, ne alterutra exercitatio vmquam langueſceret, ſicuti, Deo dante,

Religionum Institutores Angelorum terrestrium mysticam generationem fundaruni.

Clericorum Regulariũ S. Pauli institutio, & Fũdatores.

In Vita icocinibus impressa.

I. Felician. Episc. Scalens. in Enchirid. tit. de Priuil. cap. 10.

Ordo Clericorum Regulariũ S. Pauli confirmatus fuit à Clemente VII. *anno* M. D. XXXIII.

dante, ad hanc vsque diem, centesimo suæ prim Apostolicæ confirmationis anno proximam, flo ruit in sui Ordinis alumnis, qui à vulgo dict sunt Barnabitæ, ab Ecclesia sancti Barnabæ, apu quam præcipuum fuit Ordinis istius domicilium adeoque inualuit hoc vulgare nomen, vt alteriu Paulinorum, quod vnicum esse debebat, non so lùm vsurpauerit consortium, sed ferè obtinuer primatum; tum insuper quia non contentus ve nerabilis Vir huius Clericorum institutionis, eo dem tempore Virgines ad eamdem vitæ Regul ris formam instruxit & direxit, præsertim sacr Hymnodiæ impensè assiduas, quas, nomine a præclarum animi sui consilium accommodan voluit appellari Angelicas; prout hodie, appellan tur, angelicè viuentes apud D. Pauli Cœnobium non sine magno vrbis Mediolanensis exemplo & ornamento, à quibus aliæ deinde Moniales An gelicæ, tamquam riuus ab eodem fonte deriua tæ, sub directione eiusdem instituti condecoran Cremonam, eiusdem Angelici beati viri patriam, apud diuæ Marthæ Cœnobium. Instituit tande etiam laicorum hominum Societates, qui perfe ctioris vitæ cupidi, Festis diebus conuenire stu derent ad pia in nostris domibus virtutum & humilitatis exercitia, præsertim ad pias laudes & Hymnos Deo & beatæ Virgini Matri alternis choris offerendas, vt Angelorum occupationes æmulantes, sanctè excolerent ac transigerent die rum festiuitatem. Hisce operibus præclarus Vir à Deo electus, ab anno trigesimo tertio, & citra, supra millesimum & quingentesimum ardenti studio deditus erat, insigniorum hominum illius temporis sibi concilians admirationem & amo-

Antonius Maria Zacaria Angelicas Moniales dirigit.

rem;

rem; ita vt de ipso, tamquam de nouo Sidere non solius militantis in terris, sed & triumphantis in cælis Ecclesiæ, pronuntiare non dubitauerit Seraphinus Firmanus, ex Ordine Canonicorum Regularium, qui suæ ætatis dicebatur, & verè fuit, Concionator Apostolicus, & piissimorum Operum Scriptor insignis, pronuntiare, inquam, non dubitarit, vti de intimo amico, imò & in spiritu Patre, quòd post mortem iam exornaret cælestium Beatorum patriam, quemadmodũ mortalis priùs exornabat viatorum terram. Huiusce egregij viri suauissimam recolere libuit memoriam, tum ne Parenti optimo ingrati videamur, quando rei opportunitas ad illum quodam modo cogat, dum de Religiosorum Ordinum Institutoribus incidit sermo; tum vt nos ipsos ad vitæ Angelicæ imitationem aliquando prouocemus; tum denique, vt ex huius nostri Institutoris descripta conditione, quilibet alius Religiosus, cuiuscumque sit Ordinis, ad suos Parentes gloriosos recordationem & animum reflectat, cùm omnes fuerint à Deo electi ad eiusdem manifestandam gloriam, & Ecclesiæ suæ sponsæ mirabilem varietatem stabiliendam & amplificandam.

Seraphin. Firm. initio Probl. de Orat. *Seraphinus Firmanus Canonicus Regularis vir fuit Apostolicus.*

Eniti igitur studeamus, vt quorum sumus in spiritu filij, actionum etiam & virtutum Angelicarum assequamur aliquando imitationem. Sæpè nobis ipsis tandem suggeramus, quòd in Hymnodiæ vsu sicut sumus Angelorum cælestium socij, & Angelorum subimus officium; ita par est ad Angelicas contendere perfectiones, certi, quòd ab ipsismet Angelis tamquam socij cognoscemur, & ad omne bonum incitabimur & adiuuabimur, vt ab Hymnodia terrestri ad cælestem Hymnodiam

diam perpetuò continuandam cum ipsis felicer & læti transeamus.

CAPVT V.

Altissimas Dei laudes exercet Dauidica Hymnodia.

Vates Græci quando floruerint.

MVLTI fuere ex priscis Vatibus qui in Græcia circa Dauidis tempora Hymnos scripserunt, vti Linus, Amphion, Orpheus, Museus, potiùs Theologi quàm Poëtæ habiti, qui Hymnis Dei laudes cecinerunt. Hymnus ex dim

D. August. in Psal. 72.

Augustinus, *est cantus Dei laudes continens; si laus, & non Dei, non est Hymnus; sit sit laus, Dei laus, & non cantetur, non est Hymnus.* Sicut itaque Græci illi Hymnos scripserunt, ita Dei cecinerunt laudes. Verumtamen omnibus Hymnographis præstat sanctus Dauid solus tum numero, tum origine, tum materia Hymnorum.

Dauid omnibus præstat Vatibus.

Psalmorum Dauidicorum numerus.

Numerus Dauidicorum Hymnorum, frequentiori Doctorum calculo, comprobatur ad centum quinquaginta in Psalterio contentos pervenire, ad quem numerum nullus priscorum Vatum accedere valuit; quod eò magis admirandum iudicabitur, si vera esset D. Chrysostomi opinio dicentis, plures alios Psalmos fuisse à Dauide compositos, quos S. Athanasius ad numerum trium millium perducit, putans id colligi posse ex libris Paralipomenon, sed temporum iniuria, ait D. Chrysostomus, vel amicorum Ezechiæ Regis opera, ait Athanasius, plures eorum interiisse.

D. Chrysost. Prol. in Psalm.

D. Athan. in Synopsi, sub finem.

Psalmorum origo à Deo.

Hi Hymni originem suam cognoscunt & trahunt

hunt non ab humano sensu, quemadmodum Hymni Græcorum Vatum, sed ab eodem vnico fonte Deo, à quo omnes sacræ Scripturæ deriuantur; nam Spiritus Dei summi lingua vtebatur Dauidis tamquam instrumento, siue, vt cum ipso Dauide loquamur, tamquam calamo ad promendas Dei laudes electo: *Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis.* vbi glossa D. Basilij rectè explicat, quòd lingua ista tincta fuerit non atramento, sed Spiritu Dei viuentis. Numquam Hymnos loquebatur Dauid, nisi Spiritu actus diuino, ea tantùm eructans quæ propinante Deo altè hauriebat. Ideò Christus Dominus, Dauidis testimonium ex Psalmis producturus, vt mysterium, de quo agebat, Iudæis comprobaret, ait Dauidem locutum esse in Spiritu, dicens: *Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo?* Apostoli quoque dum eiusdem sententias adducere vellent, addebant, quòd Spiritus sanctus per os eius fuerit locutus. Ad maiorem certioremque huius rei veritatem ipse Dauid profitetur, quòd ad psallendum semper à Spiritu Dei fuerit directus & excitatus: *Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam.* Verùm etiamsi hoc de se ipso non expressisset Dauid, Spiritus nihilominùs in Hymnis eius inclusus ex se prodiret & proderet auctorem, multò meliori ac perfectiori ratione quàm Mineruæ scutum, à Phidia celebri Sculptore mira arte effectum, suum prodebat auctorem. Nam de eo scribitur, quòd licet nullum in eo appositum esset auctoris nomen, tamen cognoscebatur auctor ex eiusdem imagine in eo scuto tali arte exsculpta, vt deleri offendive non posset,

Dauidis lingua fuit calamus Spiritus sancti. Psal. 44.

Matth. 22. Psal. 109. Actor. 1. & 4. Hebr. 4.

2. Reg. 23.

Cic. Tusc. 1.

Minerua scutũ mira arte à Phidia effectũ.

posset, quin totum opus penitus destrueretur. Tot scatent arcanis cælestibus Dauidici Hymni, vt solus Deus ipsorum auctor queat dignosci.

Psalmorum materia & subiectum sunt diuinæ perfectiones.

Materia sunt Deus, diuinaque attributa & perfectiones; & quamuis aliquando moralis et iam siue ethica, historialis & prophetica adh materia, nullus tamen vix reperiri poterit Psa mus omni prorsus vacuus laude diuina. Imò nu lus tanto cum decore scripsit de diuina substa tia, maiestate & magnitudine, sicut Hymnogra phus noster. Ipse nihil vile, nihil indignum, sc omnia alta, pura, perfecta proloquitur; quib conferri nequaquam possunt cantata & scripta

Vates Græci multa de Deo scripserunt vilia.

Vatibus Græcis. Nam saltem superstitiosa erun si minùs impia, quæ isti dicunt, pluralitatem ad mittentes numinum, potentiam infirmam diuin tati tribuentes, indigniora etiam non recusante At Dauid celebrat Dei substantiam ab omni con cretione liberam, ab omni compositione imm nem, ab omni impuritate alienam: *Quoniam sa ctus Dominus Deus noster.* Prædicat potentiam i ne infirmitate: *Omnia quæcumque voluit, fecit i cælo, in terra, in mari, & in omnibus abyssis.* Im mensitatem absque limite: *Quò ibo à spiritu tu & quò à facie tua fugiam? si ascendero in cælum, illic es; si descendero in infernum, ades. Si sumpse pennas meas diluculo, & habitauero in extremis ma ris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebi me dextera tua.* Durationem absque principio & absque fine: *Regnum tuum regnum omnium sæcu lorum, & dominatio tua in omni generatione & ge neratione.* Vnitatem sine societate: *Qui facit mi rabilia magna solus.* Magnitudinem sine mensura *Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus* supe

Psal. 98.

Psal. 134.

Psal. 138.

Psal. 144.

Psal. 135.

Psal. 94.

ſuper omnes deos. Sanctitatem ſine limite: *Magnificaſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum*. Immutabilitatem abſque viciſſitudine: *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient*. Miſericordiam ſuper omnia: *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius*. Nullus tam altè & verè ſcribere nouit de diuina ergo hominum res prouidentia, ſicut Dauid in ſuis Hymnis, qui omnes euentus tam felices quàm infelices, ſiue mortis ſiue vitæ, bellorum, victoriarum, periculorum, ſtudiorum & omnis generis effectuum Deo acceptos refert, nihil vmquam aut propriæ prudentiæ aut caſui aut fortunæ tribuens, ſed ſemper ad Deum, omnium euentuum auctorem & moderatorem, ſe conuertit vel auxilium quærens, vel gratias referens, ſemper laudans & benedicens: *In manibus tuis ſortes meæ*.

Pſal.137. Pſal.101. Pſal.144. *Dauid nec fortunam nec caſum admittit.* Pſal 30.

Nullus tam humiliter quam verè, de gratiæ diuinæ, deque eiuſdem auxilij neceſſitate ad omnes hominis actiones vmquam eſt locutus, ſicut Dauid in ſuis Hymnis, qui omnes animi ſui motus, ſiue liberos ſiue naturales, Deo ſoli, tamquam primario auctori, imò & conſummatori, adſcribit. Ipſam digitorum compoſitionem ad fundam circumducendam in famoſa illa monomachia cum gigante Philiſthæo commiſſa, vt in illius frontem abſque errore collimaret, Deo ſuo acceptam reddit dicens: *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum; miſericordia mea, & refugium meum, & liberator meus*. Pedum item velociſſimum curſum, ad longa itinera ſine defatigatione peragenda, ipſi Deo refert: *Qui perfecit pedes meos tamquam ceruorum, & ſuper excelſa ſtatuens me*.

Gratiæ diuinæ neceſſitatem prædicant Pſalmi. 1.Reg.17. Pſal.143. Pſal.17.

Suauitatis diuinæ præcipuus est laudator, illius expertus in se miros effectus, modò in illius celebrationem Hymnos decantans integros; modò in singulis ferè Hymnis aliquam eius memoriam recolens, vel sub proprio suauitatis nomine appellans Deum suauem & dulcem, vel sub nomine misericordiæ, quam appellat benignam, longanimem, multam & excedentem.

Psalmi Deo laudes offerunt perfectas.

Vnico verbo omnia dicam. Quicumque Dei laudes cupit aptas proferre, solos Dauidis Hymnos potest consulere & vsurpare. Quamuis Deus magnus sit & laudabilis nimis, nostrasque semper superet laudes, tamen incitamur à diuinis Litteris, vt omni quo possumus modo, enitamur maiores semper offerre Deo laudes ob hanc ipsam causam; quia nobis numquam assequi licebit perfectam Dei sublimitatem & dignitatem, cùm ipse maior semper sit omni laude, quemadmodum suademur ab Auctore Ecclesiastici dicente: *Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis, maior enim est omni laude; exaltantes eum replemini virtute. ne laboretis, non enim comprehendetis.* Deinde pergit ibidem Scriptura requirere à mortalibus non quamlibet laudum summam, sed conatum quemdam & diligentiam in augenda virtute, vt meliori & perfectiori modo laudetur Deus. Idem innuere voluit Dauid, dum post integram Hymni consummationem in suadenda variis modis laudatione Dei secundùm multitudinem magnitudinis eius, inuitans omnem spiritum ad hoc opus adiuuandum, tandem concludit verbo illo Hebraico *Alleluia*, quod significat *Laudate Deum.* Quod aduertens Genebrardus, præsertim quia in libro Psalmorum iste

Dei magnitudo superat omnem laudem hominis. Eccli. 43.

Psal. 150. Alleluia *quid significet.* Genebr. in Psalm. cit.

ponitur

ponitur vltimus Hymnus, asserit significari nobis, quòd neque, etiam quando est absolutum Psalterium à Dauide compositum, sit nobis cessandum à Dei laudibus, sed iterùm ac iterùm à capite ordiendum. Ad Dauidicos Hymnos possumus tutum ac opportunum habere perfugium, certi, quòd nihil à creatura mortali, siue forsan etiam beata, poterit reperiri perfectius aut altius.

Beata Virgo Deipara Psalmos habuit in deliciis. S. Ignat. Mart. Ep. S. Anselm. l. de Excel. Virg. Andr. Cretens. de Dormit. Deip.

Hinc Ecclesia, à Spiritu sancto edocta & directa, Hymnos istos per hebdomadam ita distributos offert vsurpandos, vt omnes septem dierum circulo compleantur. Hinc beata Virgo Deipara, quæ Christianæ Religionis magistra & exemplum à sancto Ignatio martyre in quadam Epistola fuit dicta, eosdem habuerit in deliciis, inciens puerula in templo illorum frequentiam & vsum, & prosequens vsque ad vitæ finem. Horum Hymnorum decantatione & vsu decoratur, imò perficitur omnium Templorum maiestas & amplitudo, dixerim quasi sacrorum Templorum erectiones non futuras Deo gratas, quando in ipsis vel nulla vel non recta exerceretur Dauidica Hymnodia. Asserere saltem licebit, quòd in primi Templi fundatione à Deo ipso hominibus præscripta nouimus euenisse. Nam cùm Dauid, cui à Deo commissum est opus huius erectionis, fuerit à Deo ipso prohibitus opere explere ædificationem, ob sanguinis humani multam effusionem, quia vir bellicosissimus fuit, conatus saltem est, dum adhuc viueret, ferè omnia ad fabricam necessaria præparare & ordinare; post quæ totus fuit in ordinandis ministris, iisque instruendis ad cantum Hymnorum, ratus, Templum il-

Templorum sacrorum perfectio ab vsu Psalmodiæ pendet.

lud futurum imperfectum, si in eo perpetui Hymni non frequentarentur.

Templa itaque nostra sicut multis nominibus sunt verè insignia, ita præcipuè ob Dauidicam Hymnodiam in eis expletam redduntur insigniora & festiuiora, imò & Deo ipsi gratiora. Vnde dicere libuit sancto Chrysostomo: *In Ecclesiis pernoctantibus, & primus, & medius, & nouissimus est Dauid; si diluculo quæruntur modulationes, & primus, & medius, & nouissimus est Dauid: si pompa in funeralibus defunctorum, primus, & medius, & nouissimus est Dauid. In Monasteriis, sanctis choris Angelicarum acierum, & primus, & medius, & nouissimus est Dauid. In Cœnobiis Virginum gregus Mariam imitantium; & primus, & medius, & nouissimus est Dauid. In desertis viri crucifixi colloquentes Deo; & primus, & medius, & nouissimus est Dauid.* Huic sensui concinit diuus Gregorius Nyssenus, dum de Domini nostri solemnissima festiuissimaque Ascensione differens statuit, eam reddi solemniorem festiioremque ex Dauidicis Hymnis; quia scilicet isti Hymni & de ipsa loquuntur, & ad eamdem celebrandam vsurpatur ab Ecclesia: *Hodiernam celebritatem*, ait, *satis per se magnam Propheta Dauid maiorem effecit, dum illi gaudium è Psalmis adiungit.* Nouit semper Ecclesia sublimitatem & sanctitatem Dauidicorum Hymnorum, ita vt nihil illis melius possit in Dei sui laudem aut adhibere aut frequentare.

D. Chrysost. 6. de Pœnit.

D. Gregor. Nyssen. Orat. de Ascens. Domini.

Beati in patria Psalmos vsurpabunt.

Quídni dicam, etiam in cælo Beatorum, vbi perpetuæ sine fastidio aut labore decantantur diuinæ perfectissimæ laudes, nihil forsan Dauidicis Hymnis sublimius ab illis felicibus creaturis posse

se vsurpari? Potero saltem afferre quod dixit sanctus Hilarius expendens illa verba Dauidis, *Psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi, vt reddam vota mea de die in diem*; vbi cùm videretur adesse magna difficultas circa effectum huius promissionis & voti, quia Dauidis ætas non esset semper duratura, difficultatem absoluit dicens, tale votum adimplendum fore in cælo Beatorum, vbi à Dauide ipso & à Beatis perpetui decantabuntur Hymni. Nec ab huius sancti Doctoris sententia discrepat communis & recepta Theologorum doctrina, qui vnà cum diuo Thoma, Theologiæ Scholasticæ vero Principe, sustinent, futuras esse in patria cælesti post corporum resurrectionem veras laudes vocales, à Beatis cum articulato verborum sono proferendas, vt non solo animo, sed etiam corpore Deum infinitum celebrent & colant. Si itaque ad cælestem illam felicitatem, ad quam humile nihil nihilve leue potest ingredi, erunt transferendi Dauidici Hymni, perfectas vtique concludendum est in illis contineri laudes diuinas, quibus maximè delectatur Deus à nobis laudatus.

D. Hilar. Psal. 60.

D. Thom. 2.2. q. 13. art. 4.

Beati in patria laudes vocales adhibebunt.

CAPVT VI.

Christianæ Religionis præcipua mysteria celebrat Hymnodia.

QVI sublimitatem assequuntur Hymnorum Dauidicorum, concordi adstruunt sensu, ob mysteriorum copiosam multitudinem, esse compendium ceterarum Scripturarum, seu consummationem totius Theologicæ paginæ. Tanta

Psalmi sunt compendiũ omnium Scripturarum.

illustrationum copia fuit à Spiritu diuino decora
tus Dauid in suorum Hymnorum decantatio
inter ceteros Prophetas, vt, sicuti Propheta exti
tit inter Reges non sine maximo regiæ dignita
ornamento; ita Rex dici meritò possit inter Pro
phetas, quos omnes in cognitione mysteriorum
vberiori & clariori præcessit, quemadmodum Re
gia dignitas cuicunq; politico statui maiestate
auctoritate præcellit. Quod ab aliis Prophetis si
obscuritate figurarum & sub ænigmatum velam
ne profertur, id apertum ac manifestum traditur
Dauide, vt potiùs Euãgelista res præteritas descri
bens, quàm Propheta futura prædicens videatur.

Dauid in mysteriorũ descriptione potiùs Euangelista quàm Propheta.

Mysteria omnia ad Christum Dominum t
secundùm eius diuinitatem quàm secundùm h
manitatem spectantia, tanta describit clarit
Dauid in suis Hymnis, vt clariùs à nemine, si
Apostolo siue Theologo, possint proponi. In
quotquot nostræ Religionis mysteria validis v
luere sacrarum Scripturarum testimoniis confi
mare, è Dauidicis Hymnorum promptuariis
desumere coacti semper fuere; & quoties huius
modi adferuntur testimonia, tanta est eorum v
vt nullus ampliùs audeat repugnare aut contra
cere. Vnigenitus æterni Patris nostra indutus
ne, vt suam diuinitatem adstrueret, quam n
possent aduersarij oppugnare, produxit Dauid
testimonium ex Psalmo 109. *Dixit Dominus Do
mino meo, Sede à dextris meis.* quo audito, Pha
risæi obmutescentes admirati sunt. Quæcumq
ad huius Verbi incarnati vitam, actiones & g
gestas spectant, tam aperta nobis proferuntur,
omnibus illis videatur Dauid adstitisse præsen
generationi tam æternæ quàm temporali, præd
cationi

Psalmis vsi sunt Christus & Apostoli ad confirmanda fidei dogmata.

Psal. 109.

cationi, passionibus omnibus, in prætorio, in palatiis & caluario, morti, Resurrectioni, Ascensioni & Spiritus sancti missioni, ita vt Apostoli de iisdem dogmatibus differentes, vel scribentes, vnicum producant Dauidem in testimonium omni exceptione maius. Sanctus Apostolus Paulus Hebr. 1. ad comprobandam diuinitatem Verbi in æternitate geniti, omnem Angelorum sublimitatem in immensum excedentis, profert ex Psalmo 2. illa verba: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Aliàs Psal. 2. item ex eodem vrget textu testimonium, ad ostendendam Hebræis veritatem Resurrectionis eius- Actor. 13. dem Domini nostri Seruatoris. Tanta est sensuum vbertas in sacris Scripturis à Spiritu sancto posita, vt vnicus locus plures complectatur diuersos sensus. Obuiàm sunt Psalmi, qui sicut toti sunt in describenda Christi Domini vita, ita passim proferuntur ab Apostolis in confirmationem mysteriorum. Omnes Apostoli vno loquentes ore Actor. 4. Dauidis Psalmum 2. recitarunt, comprobaturi Hebræis, in Christum, præceptorem omnium Ordinum & Magistratuum, coniurationem secutam; quia in illo Psalmo mira perspicuitate ponitur ab oculos commota persecutio Herodis, Pilati & Sacerdotum aduersus Iesum, qui vulgato nomine ibi describitur & appellatur Christus: *Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania aduersus Dominum, & aduersus Christum eius?* Psal. 2. Quod nomen Christi licet aliquando aliis etiam viris fuerit datum in sacris Litteris, tamen ex Apostolorum declaratione cognoscitur, non alij à Dauide fuisse tunc applicatum, nisi Dei Filio incarnato, quem proprio vocant nomine Iesum. Quæ declaratio non fuit ab Hebræis impu-

Sacra Scriptura plures continet sensus.

Vita Christi in Psalmis ad amussim descripta.

Christi nomen quando soli Dei Filio in Scripturis tribui cognoscatur.

gnata; quia notum erat omnibus illius ætatis Doctoribus, in eo Psalmo sermonem esse de Messia. Ad quam rem optimè facit ille Canon, quem tradit in hunc locum Michaël Aiguanus Commentator doctissimus, sub Incogniti nomine duo celebris, qui tamdem opera, diligentia & auctoritate venerabilis Patris Basilij Angussolæ, auunculi mei, redditus est toti mundo cognitus, non sine magno totius Ordinis sui Carmelitici augmento decoris. *Quandocumque* (ait hic Doctor) *Scriptura loquitur de Christo absolutè, intelligitur de Christo in lege & Prophetis promisso, nisi in littera præcedente vel sequente manifestè appareat, quod de alio loquatur Christo; quia Filius Virginis antonomasticè Christus dictus est.* Sic enim adducentes Apostoli huius Psalmi 2. initium, sua ipsorum paraphrasi illustrarunt: *Conuenerunt enim vere in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum quem vnxisti, Herodes, & Pontius Pilatus, cum Gentibus, & populis Israël, facere quæ manus tua & consilium tuum decreuerunt fieri.* Ecce quomodo effectus ad amussim fuerit tot antè sæculis Spiritu Dauidis prænuntiatus.

Actor. 4.

Psal. 21. *Christi passio in Psalmis prænuntiata.*

Addere nunc libet Psalmum 21. qui absque controuersia cognoscitur non prædixisse futuras Christi passiones, sed descripsisse iam secutas. Prima verba illius Psalmi eadem fuere, quæ Dominus noster, existens in cruce, ad Patrem conuersus pronuntiauit, à sancto Matthæo & sancto Marco narrata, *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Ibi tota series passionum, ab initio capturæ in horto vsque ad affixionem Christi in cruce, ad vnguem descripta videtur. Et ne aliqua posset oriri dubitatio de veritate horum mysterio-

Matth. 27. Marci 15.

rum,

rum, duo præcipui Euangeliſtæ hanc paſſionem deſcribentes, nimirum Ioannes & Matthæus, dum ſortem à militibus miſſam ſuper eius inconſutilem veſtem narrare vellent, ſtatim monuerunt hunc etiam euentum, qui, ſi ad ſolam corticem attendatur, omnium minimus eſſe dicetur, fuiſſe à Dauid prænuntiatum: *Vt impleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* Quid dicam de nuptiis diuinæ naturæ cum humana celebratis? Iſtæ meliùs à Dauide in ſuis Hymnis deſcribuntur quàm ab vllo ceterorum Scriptorum, quemadmodum grauiter notauit diuus Ambroſius Sermone vltimo de Epiphania citans Pſalmum 44. qui promeritus eſt ſibi illum titulum ſublimem ab Auguſtino primò prolatum, à poſterioribus deinde Doctoribus approbatum, *Epithalamicum carmen*. Priuilegium id fuit ſanctiſſimi Hymnographi, vt quemadmodum ipſe ſecundùm carnem extitit parens Chriſti Domini, ita etiam ſpiritu viderit & prædixerit eiuſdem actiones, myſteria, vitam, mortem, Reſurrectionem & Aſcenſionem. Hinc ſanctus Gregorius Nyſſenus de Aſcenſione Chriſti Domini loquens, digreditur ad Dauidis laudes, expendens quanta perſpicuitate ille ſit locutus de glorioſo illo triumpho, quaſi præſens adfuiſſe fuerit dignus, imò quaſi conſtitutus fuerit triumphatori Domino miniſter maximæ auctoritatis, dum inuitat, imò, ait Nyſſenus, imperat Angelis, vt aſcendenti Domino præſtò adeſſent, & portas reſerarent. Conſiderabat ſanctus Doctor illa verba Pſalmi, *Attollite portas principes veſtras*, quæ vim habent imperandi; ideò declarare

Ioan. 19. Matth. 27.

D. Ambr. Serm. de Epiph. Pſal. 44.

Dauidis laus quanta.

D. Gregor. Nyſſen. Orat. de Aſcenſ. t. *Aſcenſioni Chriſti Domini videtur fuiſſe præſens Dauid dum loquitur in Pſalmis.*

rare non timet, Dauidem quodam modo, salt
in opere isto, Angelis maiorem atque super
rem. Verùm, ne longiùs immorer in omnibus
censendis particularibus mysteriis quæ in Da
dicis continentur Hymnis, vnico verbo dica
quòd animus Hymnodiæ studiosus in illis re
rit ac deguſtat præcipua Christi Domini myst
D. Hilar. Prolog. in Psalm. in Euangeliis fusè descripta. Vnde D. Hilar
credidit, Christum Dominum in Apocalyps
ctum fuisse clauem Dauid, quia adimplen
sua persona quæ in Psalmis prædicta sunt, q
clauis mysteria illa reserauit & mundo manife
Iacob. Val. in Psal. 56. uit. Libuit ad hanc rem Episcopo Christopol
no non ingratam adhibere tropologiam super
lud instrumentum Dauidi frequens, quod in
tu Psalmorum & adhibebat & suadebat, dict
Psal. 32. Psalterium decem chordarum: *In psalterio dec*
Psalterij decem chordarum præclara allegoria. *chordarum psallite illi.* Sicut erant huius instr
menti ad psallendum opportuni decem chord
ita decem, ait Episcopus Valentia, sunt Euang
licæ legis insigniora mysteria nobis credenda
Psalmis proposita, nimirum Trinitatis, Incarna
tionis Christi, Natiuitatis, Baptismi, doctrin
Passionis, Resurrectionis, Ascensionis, Spiritus
sancti missionis, iurisdictionis seu potestatis u
uersalis. Qui itaque Hymnodiæ huius vel omn
vel aliqua penetrat mysteria, is quasi manu pulsa
chordas Psalterij.

Psalmorum meditatio confert & gustum & lumen. Asserere item non verebor, quòd animus con
templatiuus, si rectè Hymnodiæ studuerit, pote
rit quasi apis argumentosa ex tot floribus, qua
sunt mysteria in Hymnis contenta, colligere sib
mel & ceram. Mel ad gustum, ceram ad lumen
quia & declarationes & illuminationes non pau-

cas

cas nec paruas inde hauriet. Quod de omnibus sacris Litteris obseruauit Philo Carpathius ad ea verba Canticorum, *Fauus distillans labia tua*, id præcipuo modo asseri debet de sacris Dauidicis Hymnis. Obseruauit hic pius Doctor, fauum dicta esse labia Sponsi, non autem mel; quia in fauo mel & cera latent, quorum altero pascimur, altero lumen accendimus. Qui Psalmodiam deuotè exercent, nouas semper illustrationes experiuntur, nouosque sensus eliciunt. Nam aliqui Psalmi sunt adeò mystici, & tot arcanis sunt copiosi, vt de vno asseruerit D. Hieronymus, vel quicumque alius sit Auctor in Psalmos nomine Hieronymi, quòd Psalmus 77. quasi campus omni florum varietate refertus, tot ornetur floribus quot litteras continet, nec solos dies, sed nec menses quoque ad illius plenam intelligentiam sufficere. Hinc conciliabimus quamdam pugnam quæ adesse videtur in adhortationibus Dauidicis. Sæpè hortatur ad nouos Hymnos decantandos, *Cantate Domino canticum nouum*; & tamen nouerat, Ecclesiam semper frequentaturam hos Hymnos antiquos, imò & perantiquos. Quomodo igitur exequi potest Ecclesia hortationem traditam, si re ipsa eosdem semper antiquos Hymnos adhibet? Hæc pugna facili negotio conciliatur, si attendamus nouitatem affectuum & cognitionum, quos in dies experiri contingit in eorumdem Hymnorum vsu: talis enim nouitas affectuum reddit nouos Hymnos decantatos. quæ enim nos maximè delectant, dicere solemus, quòd noua nobis videantur.

Philo Carpath. in Cant. 4.

Sacrarum Scripturarum vis mira.

Nouitas affectuum reddit Psalmos nouos. Ps. 32. 39. 95. 97.

Omnes quidem Hymni Dauidici copiosis scatent deliciis affectuum & arcanorum, sed omnium

nium sanctior, suauior & copiosior semper hab
tus fuit à sanctis viris alphabetarius Psalmus 11
à Dauide compositus in laudem & celebratio
nem diuinæ legis, quæ sub variis aliis nomini
ad rem accommodatis proponitur, siue iudic
rum siue mandatorum, modò iustificationu
modò testimoniorum, aliquando sermonu
eloquiorum, veritatis & similium. De hoc Ps
mo permultæ prodierunt à sanctis Patribus
lustres commendationes, sed omnium ingeni
sior mihi probatur illa D. Ambrosij, qui hu
appellauit Solem Psalmorum, quasi alij Psal
emicent in Ecclesia sicut stellæ, hic verò sicut
meridianus copiosus sit lucis & ardoris. Iteri
ab eodem sancto Doctore dictus est Paradi
pomorum & Apotheca Spiritus sancti; & pro
de quasi aromaticam speciem paradisi, quæ sem
per nouos proferat gustus, quotidie ruminari
Ecclesia. Nec fuit ingrata visio, quam circa Hym
num istum dicitur habuisse D. Augustinus, vt
eius frequentem vsum maiori ardore accederet
Is vidit pulcherrimam arborem viginti duobu
ramis ornatam, quilibet ramus octo alios emi
tebat ramusculos, ex istis dulcissimæ guttulæ
rantes cadebant. De qua visione suspensus sa
ctus vir, dum cogitaret quid sibi vellet, declara
tionem statim accepit, quòd arbor ista esset Psal
mus 118. viginti duabus alphabeti Hebraici lit
teris distinctus, cuius vnaquæque littera octo
versus sub se comprehendit suauissimis mysteriis
refertos, in quibus animus pius delectatur. Hic
Psalmus omni hominum statui est valdè oppor
tunus; quia purgat incipientes, illuminat profi
cientes, inflammat perfectos.

Psalmus 118. plurimis nominibus est commendandus.

Ex Durādo l. 5. Ration. c. 5. n 5.

Ex S. Bonau. Serm. 17. de Luminar.

Eiusdem Psalmi insignia mysteria.

Mysteria

Mysteria ista non degustant, qui ad Hymnodiam vel inuiti vel malè affecti accedunt; isti enim in pœnam suæ tepiditatis priuantur intelligentia & gustu mysteriorum sub literæ cortice contentorum. Non habitat sapientia, quæ est sapida scientia, in corpore subdito peccatis, & in animo ad res diuinas non probè apto. Vnusquisque profectus sui cupidus omni studio animi munditiem obtinere cõtendat, & sæpè vsurpare illam orationem Hymnographi, quam ad nostram informationem omnibus proposuit: *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Nam quàm dulcia reddita sint Psalmorum eloquia iis, qui aliquando Hymnodiam fastidiebant, postquam ad gratiæ diuinæ recipiendas motiones se præparare studuerunt, nouimus ex variis Historiis fide dignis. Vti de sancto Petro Damiani proditum est, qui sicut lectionis Poëtarum, Oratorum, Philosophorum tanto deperibat amore, vt sacrarum lectionem Scripturarum fastidiret; ita postmodum, diuino cælitus Spiritu visitatus, magis gaudebat vnius Dauidici Hymni recitatione quàm suauissimis Musarum carminibus & floscul is. Verba ipsius sancti Doctoris & dignissimi Ecclesiæ Cardinalis subiicere libet, vt ex eius ore audiamus, qualis felicitas sit dignè psallentibus parata: *Olim mihi Tullius dulcescebat, blandiebantur carmina Poëtarum, Philosophi verbis aureis insplendebant, & Sirenes vsque in exitum dulces meum incantauerant intellectum; Lex, Prophetæ, Euangelium, Epistolæ, & omnis gloria sententiarum Domini mei & seruorum eius, aut parua videbantur, aut nulla: nescio quomodo quid dulcius immurmurat filius Iesse, qui vario sermonum & sententiarum*

Psallentes inuiti priuantur gustu & intelligentia Psalmorum.

Psal. 118.

Gustus Psalmorum excedit omnem gustũ tum Poëtarum, tum Philosophorum.

D. Petrus Dam. Ser. de Christi Natiu.

Petri Damiani mira mutatio ad Psalmorum suauitates degustandas.

tentiarum concentu omnes illos quos diligere con
ueram, ineloquentes reddit & mutos. En qua
tum bonum à Psalmis hauriebat Cardinalis P
trus. Idem nobis quoque euenire potest, si n
ipsos ad illud recipiendum præparemus. De
itaque, qui omnibus dat affluenter, enixè pos
lemus, vt sua nos visitatione dignetur, sæpiuse
dicamus: *Reuela oculos meos, & considerabo mi*
bilia de lege tua Domine; seu, vt legit P. Hiero
mus, *videbo mirabilia tua Domine.*

Dispositio cordis ad psallendum à Deo exoranda.

Psal. 118.

CAPVT VII.

Maximas gratiarum actiones Deo reddit Hymnodia.

Gratitudinis necessaria obligatio.

NECESSITATIS & obligationis arctissimo v
culo tenemur Deo perpetuas reddere gr
tias, ob multiplicia eius in nos deriuata dona
beneficia; ob ea præsertim quæ maiora illustri
raque existunt, qualia sunt quæ animæ salute
respiciunt æternam, nimirum incarnationis, mo
tis & redemptionis Domini nostri. Si quispia
esset, qui tantæ obligationis oblitus Dei benefi
cia numquam recoleret, iste non solùm grauis
simæ culpæ efficeretur reus, sed turpem ingra
notam sibi inureret, nullo vmquam remedi
abolendam. Qui studuerunt animi grati signifi
cationem exhibere Deo Hymnos offerentes, no
solùm à præfato immunes reatu euaserunt, se
Benefactori infinito altissimum præstiterunt ob
sequium, gratissimumque obtulerunt Sacrifi
cium: illud nimirum, aiebat D. Bernardus, q
quo Hymnographus, potiùs dixerim, ipse Dei

Ingratitudinis nota turpis.

D. Bern. Serm. 10. in Cant.

F

per Dauidem, pronuntiauit, *Sacrificium laudis honorificabit me*; asserere volens, se honorem & gloriam suam sitam agnoscere in nostris Hymnis, quos ei in gratiarum actionem decantantes offerimus, illius celebrantes magnificentiam, liberalitatem, misericordiam, amorem, suauitatem. Psal. 49.

Gratiarum actio expletur Sacrificio Hymnorum.

Hoc Hymnorum Sacrificium, addit D. Bernardus, est mysticum illud vnguentum incarnato Verbo adeò carum, vt ore proprio maximis extulerit præconiis coram discipulis effusum à proficiente Magdalena super caput eius. Pretiosum quidem fuit & omni suauitate redolens primum vnguentum effusum ad eiusdem Domini nostri pedes in alio solemni conuiuio ab eadem muliere tunc pœnitente, sed pretiosius & fragrantius & carius fuit declaratum alterum ipsius mulieris non iam pœnitentis, sed maximè proficientis in diuini amoris ardore & disciplina perfectionis, effusum super caput, dum ad cœnam recumberet Christus Dominus, non in aliena domo sed in propria, vnà cum Lazaro & Martha germanis; inde autem pretiosius, quia non pedes, sed caput perfudit. Caput enim Christi hominis est diuinitas Verbi, ait Paulus. Caput istud vnguento liniunt pretioso, qui, Deo gratias reddentes, ipsi, tamquam omnium donorum auctori, omnia referunt accepta. Quod tunc altè expletur, quando Dauidica Hymnodia ad huiusmodi finem dirigitur: quod facilè potest expleri, quia nullus ferè poterit reperiri Psalmus, in quo vel altissimæ non referantur gratiæ Deo, vel insignia non recolantur beneficia & dona à Deo deriuata tum in se tum in alios.

Magdalena bis effudit vnguentũ ad pedes & ad caput Christi.

1. Cor. 11.

Gratiarum actiones in Psalmis reperiuntur singulares.

Sicut fuerat à Deo sanctus Dauid peculiaribus donatus

donatus fauoribus, ita ſtudioſiſſimus gratitud
Gratiarum actionum ſtudioſiſſimus Dauid. nis eſſe curauit. Imò tale excitabatur in hoc ſa
cto viro ſtudium Deum ſuum laudandi & cel
brandi, quoties aliquo nouo vel auxilio vel do
ornabatur, vt continere non valeret os, geſtu
& manus, aiebatque ſe velle exultare, cantar
pſallere; corpore toto commouebatur ſaliens
tripudians, ore canebat iubilans, manu pulſa
pſalterium & citharam. Animam propriam al
quens quadam proſopopœia non ingrata, qu
alteram perſonam inuitans, eam vocabat & pr
uocabat ad gratiarum actiones & ad benefic
rum iugem memoriam, ad Deum benedice
dum, laudandum & celebrandum. In quo
dio præſertim reſplendet Pſalmo 102. quem
Pſal. 102. abrupto incipit: *Benedic anima mea Domino,*
omnia, quæ intra me ſunt, nomini ſancto eius. Be
dic anima mea Domino, & noli obliuiſci omnes
tributiones eius.

Iuſti ex vſu gratiarum actionum cognoſcuntur. Ex hoc ſtudio gratitudinis quiſpiam dixe
cognoſci & diſtingui virum iuſtum ab impi
Saltem aſſerere ſine hyperbole licebit, quòd v
iuſti quaſi vim ſibi inferri ſentiunt ab accep
beneficiis, vt in laudes Benefactoris emu
pant. Nullum præterire patiuntur donum, etia
naturale & omnibus commune, quod non p
tent ſibi particulare & proprium, & pro quolibe
ipſorum non referant ex animo gratias. Hoc ſtu
dium obſeruauit Hymnographus eſſe iuſtorum
propriam conditionem Pſalmo 64. vbi enume
rans omnia beneficia naturalia, quæ Deus ratio
ne ſuæ prouidentiæ omnibus viuentibus largi
quotannis non deſiſtit, nempe vbertatem ſege
tum, ouium fecunditatem, paſcuorum abun
dantiam,

dantiam, aquarum opportunitatem, victus omnis abundantiam, dierum noctiumque viciſſitudinem felicem, dicens: *Exitus matutini & veſpere delectabis. Viſitaſti terram & inebriaſti eam; multiplicaſti locupletare eam. Flumen Dei repletum eſt aquis, paraſti cibum illorum; quoniam ita eſt præparatio eius. Riuos eius inebria, multiplica genimina eius; in ſtillicidiis eius lætabitur germinans. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ; & campi tuæ replebuntur vbertate. Pingueſcent ſpecioſa deſerti, & exultatione colles accingentur. Induti ſunt arietes ouium, & valles abundant frumento.* Tandem concludit, quòd iuſti inde excitati Hymnos arripient, vt Deum donatorem omnium bonorum concelebrent: *Clamabunt, etenim Hymnum dicent.* Pſal. 64.

Quamuis communia omnibus ſint beneficia, iuſti tamen tantum ſibimetipſis aſſumunt onus, ac ſi tantùm ſibi Deus mundum, creaturas, vitam, redemptionem tradidiſſet. Nec diſtat à veritate hic iuſtorum affectus; nam verè Deus ita ſingulum quemque hominem diligit, ſicut diligit vniuerſum orbem. Hinc illa Theologorum ſuauis doctrina, talem eſſe in Deo caritatem, vt ob vnius ſalutem Verbum æternum ita in mundum venerit factus homo, vti propter homines omnes; quemadmodum mirabili celebríque viſione dignatus eſt declarare Dominus noſter Epiſcopo Carpo, quam ſanctus Dionyſius Areopagita ad Demophilum ſcripſit. Cùm hic ſanctus vir maximo zelo exardeſceret in duos ſcandaloſos peccatores, oſtenſíque illi eſſent in viſione, quòd ſtatim eſſent in infernum detrudendi, non ſolùm gaudij ſignum exhibebat, ſed extenſa nitebatur

Grati animi perfectio beneficia communia reputat ſibi propria.

Verbũ Dei factus eſt homo tam pro vno quàm pro omnibus hominibus. D. Dionyſ. Epiſt. ad Demoph.

Mira Carpi viſio de caritate Dei erga homines.

tebatur manu eorum accelerare impulsum, vt ci
tiùs ex hoc mundo tollerentur. Tunc descende
Dominus noster Iesus è cælesti sede, se posu
medium inter Carpum & illos iuuenes, & a
Carpum adhuc manum habentem extensam con
uersus dicebat: Percute me, impelle me, paratu
sum enim iterùm pro istorum salute mori. Hin
illa vsurpatio pronominis *mei*, quòd solent vi
iusti Deum alloquentes frequentare, quemad
modum obuiàm habemus passim in Dauidic
Psalmis, vbi dum Psaltes alloquitur Deum, ap
pellat *Deum meum*, non *Deum nostrum*, quia
Deum ita comparatur affectus, sicut in aliis r
bus etiam communibus, quas impensè amam
quibusque maximè delectamur, vt eas dicere
leat affectus suas.

Iusti ex affectu appellant Deum *suum, non* Deum nostrum.

Pronomen meum *est vox affectus.*

Seraphicus Franciscus, qui Deum intensissi
diligebat, sicut Hymnorum cantus in choro
studiosissimus, ita in suis priuatis orationibus
aliud frequentius ore vsurpabat quàm illa verb
Deus meus, & omnia. Feruentissimus quoq
Apostolus Thomas, quando ex Vulnerum seue
catricum Saluatoris Domini contactu exarsit e
amore, exclamans dixit: *Dominus meus, & De
meus.* Puto quòd iste Apostolus tunc mente co
fusus remanserit, expendens infinitam Dei R
demptoris & dignationem & caritatem, vt pro
vno voluerit iterùm apparere, quemadmodu
ceteris omnibus Apostolis simul apparuerat; co
noscens hinc eum esse erga se ita affectum, vt,
opus esset, ipse nouas plagas, nouam mortem e
set subiturus, ideò vt tanto responderet amor
tacitè se obtulit suppliciis, tormentis & morti, v
si minùs pares, saltem quas posset maiores repe

Ioan. 20. *Verba dilecti Thomæ Apostoli,* Dominus meus, & Deus meus, *plena sunt miris affectibus.*

dere

deret grates, & exclamauit, *Dominus meus, & Deus meus*; quasi dicens: Tu pro me morti te ipsum exposuisti, ecce ego pro te me ipsum eidem morti trado, suscipe me Dominus meus, & Deus meus.

Deum suum appellarunt etiam profani, à quo beneficia non leuia hauserunt. De quodam cecinit Poëta:

Virg. Ecloga 1.

Namque erit ille mihi semper Deus. ——

Simili parœmia vsi semper sunt iusti & sancti viri dicentes, se in posterum habituros Dominum in Deum, quando ab ipso custodirentur, regerentur, protegerentur. Celebre est ad hanc rem votum à sanctissimo Patriarcha Iacobo emissum, qui Deo spopondit, se illum in Deum suum semper habiturum, *Erit mihi Dominus in Deum*, si ab ipso custodiam, victum, vestitum, reditumque felicem in patriam obtineret. Hac vsus est locutione sanctus vir, non quia aliquando ei fuerit alter Deus, cùm ab ipso ortu fuerit illi semper Dominus in Deum, sed, vti optimè explicat Caietanus, quia specialiori maiorique cultu statuebat, gratitudinis ergô, in posterum colere & venerari Deum, soluendo nimirum decimas omnium rerum suarum ad illius honorem, tum etiam ibidem erigendo lapidem quasi aram, templumque dicando ad illius honorem. Sanctorum virorum tum veteris tum noui Testamenti hoc fuit semper proprium institutum, quando beneficia aliqua insignia obtinebant à Deo, statim nouos colendi modos promittere, Hymnos & Cantica concinere. Hymnum dixere post beneficia Moyses & Maria post transitum Maris rubri; Anna nato Samuele; Debora cæso Sisara; Iudith

Iacob Patriarcha quando beneficiis augebatur, maiorem spondebat sanctitatem. Gen. 28.

Iusti post beneficia in gratiarum erumpunt actiones.

trucidato Holoferne ; Tobias hoſpite recep
filio ; Zacharias nato Ioanne ; beata Virgo De
para conceptoVerbo Dei ; Simeon viſo Chriſt
Dauid noſter quoties nouo aliquo beneficio v
ſitaretur, nil aliud ſpondere ſolebat benefactr
Deo, non aurum, quo copiosè abundabat, no
vitulos ſaginatos , quos poſſidebat innumer
Pſal.143. ſed non niſi Cantica noua & Hymnodiam : *De*
Canticum nouum cantabo tibi, in pſalterio decem
chordarum pſallam tibi. Quod ſæpè alibi promi
tit, & ex ſexcentis id tantùm profero quod Pſa
mo 70. declarat, vbi, cùm narraſſet multas ſp
ritus conſolationes à Deo acceptas, ſpondet h
Pſal.70. tim perpetuum Hymnodiæ vſum : *Nam & e*
confitebor tibi in vaſis Pſalmi veritatem tuam.
Deus pſallam tibi in cithara, ſanctus Iſraël. Exu
tabunt labia mea cùm cantauero tibi, ſed & lingu
mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam.

Magna profectò vis beneficiorum in Dauid
Ingratitudo eſt omnium vitiorum peſſima. animo, vt Deo ſuo Hymnos offerret in actione
gratiarum indefeſſam. Nouerat ſanctus vir in
gratitudinis vitium eſſe omnium vitiorum peſſ
mum, & ingrato nihil reperiri iniquius, vti poſ
D. Ambr. l.2. Offic. eà docuit & ſcripſit D. Ambroſius. Scimus ingra
2.Tim.3. tum recenſeri ab Apoſtolo Paulo inter illos ſce
leratos qui dominabuntur nouiſſimis diebus in
periculoſis temporibus. Imò, ſi rectè attendere
Beneficiorum obliuio eſt Deo odibilis. nouerimus, videbimus Deum nihil magis odiſſe
in hominibus mortalibus quàm beneficiorũ obli
Ierem.2. uionem. Hinc illa exprobratio tam acris in po
Deut.32. pulum Hebræum, quia oblitus eſſet Dei diebus
innumeris. Hinc illa inuectiua Moyſis tam ſeue
ra in eumdem populum, quia oblitus erat Crea
Pſal.103. toris. Hinc illa vehemens obiurgatio Dauidis in

eumdem,

eumdem, quia oblitus est Dei, qui saluauit eos. Quare aliquando non dubitauit Dauid omnem præcipuorum flagellorum, quæ à Deo, iustissimo nostrorum scelerum vindice, mortalibus immittuntur, originem ac causam huic ingratæ obliuioni adscribere. Narraturus enim in suis Hymnis populo Hebræo causam tot malorum quæ veteres Israëlitas in deserto afflixerunt, cecinit eam in primis fuisse diuinorum beneficiorum obliuionem: *Obliti sunt benefactorum* (beneficiorum) *eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis.* Etiam Seneca scribere non dubitauit, cùm ingratitudinis varij sint gradus seu species, omnium pessimam esse obliuionem beneficij. Qui familiares habent Dauidicos Hymnos, sicut maximè elongantur ab hoc turpissimo vitio, ita altissimas exercent gratiarum actiones, & præbent præclara grati animi indicia. Nec aptiora verba potest quis vsurpare quàm Dauidica à Spiritu sancto tradita. In Hymnis huius viri de Deo sublimis & magnificus fit sermo, maxima enarrantur beneficia, nostra vilitas ad rependendum cognoscitur & declaratur. Et quia in omnibus gratiæ sunt agendæ Deo, iuxta doctrinam Pauli, nimirum tam in morbo quàm in sanitate, tam in inopia quàm in copia, tam in desolatione quàm in consolatione, siue in tentatione siue in pace, siue in humiliatione siue in exaltatione, siue in aduersitate siue in prosperitate, siue in persecutione siue in dilectione; quia sæpè maius bonum est morbus, inopia, desolatio, tentatio, humilitas, aduersitas, persecutio, quàm alia quæ videntur bona. Imò quia gratiarum actiones in aduersis pretiosiores sunt & propriæ animi Christiani, iuxta doctrinam di-

Psal. 77.

Psalmorum verba sunt aptissima ad gratias Deo agendas.

1. Thes. 5.

Gratiarum actio tam in bonis quàm in malis est vsurpanda.

Gratiarum actio in aduersis est propria Christiane.

D. Hieron. in c. 5. ad Ephes.

ui Hieronymi dicentis: *Christianorum propriũ e virtus, etiam in his, quæ aduersa putantur, refer gratias creatori: nam in beneficiis Dei, quæ nobis a cidunt, gratulari, hoc & gentilis facit, & Iuda sed, iuxta Apostolum, hæc virtus est maxima, in ipsis periculis atque miseriis Deo gratiæ refera tur, & semper dicamus: Benedictus Deus; minu nescio sustinere, quàm mereor: hæc ad mea pecca parua sunt: nihil mihi dignum redditur. Hic a mus Christiani est, hic crucem suam tollens sequa Saluatorem; quem nec orbitas, nec damna deb tant; quem, vt Flaccus ait,*

3. Carm. Ode 3.

Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

Expendebat tunc D. Hieronymus verba Apos li: *Implemini Spiritu sancto, loquentes vobis ipsis in Psalmis, & Hymnis, & Canticis spiritu libus, cantantes & psallentes in cordibus vestris D mino, gratias agentes semper pro omnibus, in n mine Domini nostri Iesu Christi, Deo & Patri,* eò Hymnodia Dauidica apta est & opportu Nam adsunt Hymni ad vtrumque euentum a commodati, quos canebat Dauid non solùm tem pore prosperitatum, sed etiam persecutionum pressurarum, eaque semper erat conditione co dis paratus, vt in omni euentu, tempore & loc benediceret Deum: *Benedicam Dominum in om ni tempore, semper laus eius in ore meo.*

Psal. 33.

Gratiarum actio disponit ad gratias recipiendas maiores. Deus erga gratos est liberalior.

Huius cælestis Hymnodiæ studeamus esse fre quentes amatores; quia non solùm Deo debit rependemus gratias, sed insuper ad maiora rec pienda beneficia nos hac sancta exercitatione p rabimus. Deus noster erga animos gratos ea af citur voluntate, vt libentiùs eos maioribus c

mul

mulet gratiis & donis. Præclarum est illud quod ad hanc rem adducere solebat D. Bernardus, expendens illa verba Ecclesiastæ, *Ad locum, vnde exeunt flumina, reuertuntur vt iterùm fluant.* Vrgebat hoc pronuntiatum ad prouocandum nos ad gratiarum actionem frequentandam propter nostram maiorem vtilitatem, aiebat enim: *Sicut aquæ per subterraneos recursus mare repetunt, vt iterùm inde rursus erumpant ad nostros vsus; ita etiam spirituales riui gratiarum, vt arua mentium rigare non desinant, debent proprio fonti sine fraude & sine intermissione reddi.* & ideò vertit verba: *Ad locum vnde exeunt reuertantur flumina gratiarum, vt iterùm fluant.*

D. Bernard. Ser. 13. in Cant. Eccle. 1.

Effectum insignem huius veritatis obseruauit Augustinus Torniellus in casu sanctissimi Patriarchæ Noë, qui ex speciali Dei gratia duas in se ipso participauit mundi ætates, alteram finiens, alteri verò initium tribuens. Conspicere licet in hoc viro sanctam & piam æmulationem, Dei videlicet dona largientis, & Noë gratias semper nouas reddentis. Notum est omnibus, hunc virum maximis à Deo fuisse cumulatum donis ante diluuij vniuersalis exterminationem, dono nempe sanctitatis insignis, dono item filiorum piorum, nam dictus est vir iustus in generationibus suis; dono item præseruationis à communi omnium excidio, dono tandem primi renouatoris humanæ generationis post diluuium. Hic vir, qui semper fuit Deo gratus, magis magisq; excitatus est ad gratias singulares reddendas post egressum ex Arca, ob tantæ præseruationis beneficium insigne. Altare Deo erexit, quod forsan à nemine ante ipsum fuerat erectum, & obtulit super illud

Aug. Torniel. anno 1667. nu. 7. *Noë ob grati animi erga Deũ significationes, maioribus fuit beneficijs à Deo cumulatus.*

holocaustum in testimonium animi grati, quod adeò carum fuit ipsi Deo, vt asserat Scriptura Deum habuisse illud in odorem suauitatis, quod idem est, ac pergratum ipsi fuisse; & in signum acceptæ consolationis, præstitit deinde illi Deus eiusque familiæ multiplicia & maiora felicitatis beneficia ac dona. Verè itaq; & grauiter asserit S. Bonauentura, recordationem frequentem acceptorum donorum esse veluti tubæ sonitum qui diuinas pulsat aures, & excitat Dei cor dulcissimum ad maiora dona nobis elargienda. O vere felices Hymnodiæ studiosos! quia sine labore habent promptas & frequētes ad manum altissimarum gratiarum actiones, quæ si rectè ad Deum dirigantur, maiora & insigniora obtinebūt beneficia.

D. Bonau. in Theol. myst. p. 1. cap. 3. *Gratiarum actio est quasi tuba pulsans Dei aures.*

CAPVT VIII.

Perfectam orandi formam Hymnodia exercet.

SANCTISSIMVS maximusque Pontifex Innocentius III. vt Dauidicorum Hymnorum declararet eminentiam, scribere non dubitauit, quod post Dominicam orationem, inter perfectiores orationes sint enumerandi Dauidis Psalmi, eò eam rationem, quia perfectam orandi formam exhibeant. Hanc orationis sublimitatem assequuntur in Psalmis, qui orationis regulas à sanctis Patribus traditas possident. In primis docebat D. Ambrosius, ordinatam orationem inchoare à laudibus Dei, idq; confirmat ex modo orandi tradito à Domino nostro Apostolis suis, cuius prima verba sunt altissimæ laudes: *Pater noster,*

Innoc. III. Proœm. in Psa. Pœnit.

D. Ambr. l. 6. de Sacr. cap. 5.

noſter, qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum. Hanc regulam fuiſſe Dauidi in primis familiarem conſpicimus. omnis enim Pſalmus deprecatorius, niſi aliud poſtulet vrgens aliqua ratio, ſemper à laudibus Dei ſumit exordium. Nullus eſt Pſalmus, qui Dei perfectiones, maieſtatem, potentiam, clementiam, bonitatem non celebret & extollat. Proinde Pſalmus & Hymnus ſynonyma ſunt, quia vterque laudem continet. Hæc orandi forma vim poſſidet magnam ad perſuadendum & obtinendum quod poſtulatur. S. Baſilius ſuggerebat artem illam Oratorũ, qui numquam narrationem aggrediuntur petitionis, niſi priùs beneuolum ſibi ſtudeant conciliare animum ſiue Iudicis, ſiue Principis, ſiue populi, apud quos perorant, ordientes à laudibus ipſorum.

Bona oratio à laudibus Dei exordium ducit.

Dixi, *Niſi aliud poſtulet vrgens ratio aliqua,* quia, vt experientia conſtat, aliquando abſq; laudum exordio, &, vt aiunt, ex abrupto voces emittuntur deprecatoriæ, imò & cum aliqua animi anxietate, vti Pſalmo 73. *Vt quid Deus repulisti in finem, iratus eſt furor tuus?* & Pſalmo 68. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſq; ad animam meam.* & alijs multis. Quibus orandi modis ſatis oſtendit Dauid, vel iam alium præmiſſum eſſe Pſalmum ad normam ſolitæ laudationis, vel aliqua neceſſitate compulſum vrgeri & premi ad ſic ordiendum. Hoc certè modo poſſe etiam à nobis orari Deum, docuerunt ſancti Patres, non ſecutis ſcilicet regulis præmittendi exordia, ad Dei beneuolentiam magis conciliandam; ſicuti neq; Oratores in grauibus negotijs exordia præmittunt, ſed ab ipſa facti narratione

Pſalmi quidam initiũ ſumunt ex abrupto.

Pſal. 73.

Pſal. 68.

In oratione poſſunt omitti præludia.

incipiunt, præsertim quando agunt cum Iudice de causæ statu iam edocto.

Non omnes Psalmi orant, sed diuersi generis effectus habent.

Addidi quoque, quòd omnis Psalmus deprecatorius sub hac orandi forma à Dauide dicatur, quia, vti notum est, non omnes Psalmi orationem deprecationémve continent, sed varias exhibent materias. Alij toti sunt in genere demonstratiuo laudes Dei præcinentes, iustorumq; fauores & dona enarrantes. Alij in genere iudiciali vindictam à Deo contra improbos pertinaces exposcentes. Alij in genere didascalico, amorem Dei, legis obseruationem, virtutum exercitia docentes. Alij sunt historiales, siue beneficia Dei siue populi facinora, tam bona quàm mala, suæ seriem gestorum describentes. Alij in futurorum prædictione toti, præsertim circa nostræ Ecclesiæ mysteria & euentus. At quando orat Dauid & precatur, vt plurimùm laudes præmittere solet.

Oratio laudibus coniuncta est gratior Deo.

Hanc orationis formam, quæ habet laudes coniunctas, volens Deus signis ostendere sibi gratam, vt Ecclesia nostra eam libentiùs amplecteretur & imitaretur, dignatus est mira visione comprobare, dum ciuitas Constantinopolitana magna premeretur afflictione, ob quasdam minas ei diuinitus factas, nisi condignam offeret satisfactionem. Indicta namq; supplicatione communi ab Archiepiscopo Proclo, populus oraturus accessit ad Ecclesiam, dubius de orationis effectu. Dum tota vrbs in vnum congregata conueniisset ad orandum, ecce repentè coram omni multitudine raptus est in cælum puer è populo; qui ab Angelis edoctus Hymnum quemdã proferre, in quo laudantur præcipua Dei attributa, nimirum sanctitas, maiestas, potentia, & du-

Oratio tradita ab Angelis ad Deum placandum.

ratio,

ratio, his verbis: *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis.* mox reddito puero, & quod edoctus fuerat annuntiante, omnis multitudo vna voce cantarunt sæpiùs eumdem Hymnum; quo dicto, illatæ minæ statim cessauerunt. Refertur hæc historia à D. Ioanne Damasceno. D. Ioann. Damasc. lib 3. Fidei, cap. 10.

Verùm ne ab instituto nostræ Hymnodiæ longè discedere videamur aliena quærentes exempla, obseruare licebit in ipso Hymnorum Auctore magnam æstimationem huius generis orationis, quæ coniunctas habet diuinas laudes: nam videmus eum ex huiusmodi orationis genere sibi certò promittere omnis euentus felicitatem. Id conspicimus præcipuè in Psalmo 17. vbi, narraturus Dauid futuris hominibus modum ac viã, quibus se facillimè potuit feliciter expedire à tot insidijs & persecutionibus potentissimorum hostium, quibus ante coronæ & sceptri consecutionem fuit haud rarò ad mortis certissimum discrimen perductus, non aliud sibi validius efficaciusq; effugium fuisse declarat, quàm refugium ad suos Hymnos laudibus diuinis refertos, quorum cantui & vsui maximè fidebat. Verba ipsius ad maiorem fidẽ dictorum audiamus: *Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero.* Psal. 17. Vide quod in primis sibi statuebat genus orationis, nempe non solius cordis seu mentis, sed mentis & vocis simul coniunctæ; nec tantùm simplicis orationis cum sola inuocatione, sed coniunctæ laudibus, de more, idcircò ait: *Laudans inuocabo Dominum.* Euentum deinde sibi promittit certum: *Et ab inimicis meis saluus ero.* Et, quod caput est præcipuum, quidquid sibi fidenter

Dauidis fiducia in suis vocalibus orationibus.

ter spondebat, tanta obtinebat velocitate, vt sæpè videretur priùs obtinuisse postulata, quàm postulationem expleuisse. Hinc in eodem Psalmo, statim ac sibi præscripsit sanctus Hymnographus istud genus orationis, prosequitur narrationem suarum angustiarum quibus valdè premebatur:

Psal. 17. *Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferni circumdederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis.* tum subdit gratiam liberationis à Deo obtentam in ipso momento: *In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui; & exaudiuit de Templo sancto suo vocem meam, & clamor meus introiuit in aures eius.* O miram auctoritatem orationis vocalis in Hymnis Dauidicis decantatis ex corde prolatæ!

In oratione primò petenda sunt spiritualia.

In Dauidicis Hymnis item exercetur illa orationis forma, quam laudauit & iussit Dominus noster Saluator dicens, vt primò à Deo postulentur spiritualia ad Regnum Dei spectantia, quæ magis necessaria sunt, & quæ sunt vera bona:

Matth. 6. *Quærite primùm Regnum Dei, & iustitiam eius.* Dauid multus est in postulanda Dei misericordia, benedictione, cognitione, amore & fruitione. Expendebat ad hoc institutum D. Ambrosius orationem illam verè perfectam, quam ipse vocat absolutissimam, Psalmi 66. *Deus misereatur nostri, & benedicat nobis; illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.* Vbi postulat sibi & alijs omnem benedictionem ad animæ profectum opportunã. Hunc Psalmum valdè æstimabat S. Athanasius, eumq; suggerebat Marcellino, vt quoties diuinam misericordiam esset imploraturus, ipsum vsurparet, & caneret. Eumdem

D. Ambros. li. de Abel & Cain. Psal. 66.

In suis orationibus petebat Dauid animi benedictiones.

adhibet

adhibet Ecclesia quotidie, nec ab illo vmquam cessat. De hoc Psalmo pronuntiabat D. Hilarius, & D. Hieronymus, quod breuis quidem sit, sed omni Euangelica doctrina refertus; quia omnis Scriptura, siue Prophetarum siue Apostolorum, in ipso contineatur. Nam si Prophetæ Vnigenitũ Dei venturum annuntiarunt, & Apostoli eumdem venisse prædicarunt, vtrumq; asserit in hac breui oratione, & confitetur Psaltes: *Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum.* en secuti aduentus narratio. *Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum.* en futuri aduentus prædictio. Non ideò tamen omittebat Dauid postulare in suis Psalmis & precibus bona temporalia, liberationem à persecutionibus, quas multas est expertus, Regni felicitatem populiq; lætitiam, imò & bona illa, quæ Deus, vti Naturæ Rector, omnibus prouidere non desinit, pluuias, rores, fruges, & huiusmodi; quemadmodum Psalmo 64. fieri videmus. Probè nouerat sanctus Rex, quòd, etiamsi decreuerit Deus nobis hæc bona conferre, sit nihilominùs exorandus; quia vnum ex medijs, propter quæ daturus est Deus naturalia bona, præcipuum sint preces & orationes cum humilitate oblatæ.

Psal. 66.

Ibid.

Tẽporalia possunt peti in oratione.

In oratione petenda sũt bona naturæ.

Hanc orandi formam voce alta & canora à Dauide frequentatam, & ab omnibus Sanctis approbatam & commendatam, attendant ij, qui, solam mentis orationem tacitè expletam putantes Deo acceptam, abstinent ferè ab omni vocali oratione, tamquam à re vel omnino inutili, vel saltem feminis tantùm ac rudibus apta. Dauid vir sanè fuit egregius summoque præditus ingenio, contem-

contemplationisq; diuinorum apprimè gnarus, tacitæq; meditationi ita familiaris, vt potuerit liberè testari, se huic generi meditationis aliquas noctis horas frequèter tribuisse, & in diuinorum operum, tum præteritorum tum futurorum, meditatione, & in sui ipsius cognitione ac discussione se exercuisse: Psal. 76. *Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum.* & post pauca: *Memor fui operum Domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor.* Hic tamen tantus vir frequentiores suas preces alta, clara ac canora maluit explere voce, quàm sola cordis tacita meditatione. Id testantur tot insignes Psalmi, quorum plerique sunt omnino deprecatorij, explicantes varios affectus cordis, vel ad Deum anhelantis, vel à Deo poscentis gratias, dona, virtutes, auxilium, vel diuinam legem Deiq; attributa & perfectiones colentis, eiusdemq; beneficia recolentis. Huiusmodi precationes & voces, quia ex cordis vehementia per linguam cordis nuntiam prodibant, sicuti à Rege sancto frequentabantur, ita à Deo, cui erant valdè acceptæ, semper & ad propriam ipsius orantis & ad communem Reipublicæ, pro qua fundebantur, incolumitatem felicitatemq; exaudiebantur, vt fusè per totum hunc Librum ostenditur. Hinc ipse Dauid, priusquam in nuper allato Psalmo verba faceret de tacita sua mentis meditatione, testatos voluit certissimos vocalis suæ orationis effectus: Psal. 76. *Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Deum, & intendit mihi*; vel, vt in Hebræo textu habetur, & auru

Vocales orationes ex animo expletæ sunt gratissimæ Deo.

aures mihi præbuit. Numquam enim aut irritæ aut vacuæ redibant eius deprecationes, sed benignè audiebantur & exaudiebantur ab eo qui aures exhibebat intentas. Vocales istas orationes in Dauidicis Psalmis dispositas non solùm adhibuerunt Sancti omnes tum in veteri tum in nouo Testamento, sed & ipse Sanctus Sanctorum & Seruator noster Christus Iesus vsurpauit, ad nostram informationem. Quamuis enim pauciſſima, sed feruidiſſima, eiusdem Domini nostri verba in vltima oratione vocali, quam in horto Gethsemani fudit ad Patrem, habeamus ex sacris Euangelijs; quia tamen, referente S. Luca, prolixiùs orauit, &, secundùm nonnullos Interpretes, propter illa verba eiusdem Domini ad discipulos, *Non potuistis vna hora vigilare meum?* putatur ad integram horam produxisse eam orationem, ideò S. Anselmus in libro de Passione, sub initium, refert plura verba ex Psalmo 68. à Christo Domino vsurpata. Et extra omnem dubitationem scimus, quòd ipse existens in cruce extremas ad Patrẽ direxerit vocales orationes ex Dauidicis Psalmis depromptas: *Deus Deus meus vt quid dereliquisti me?* ex Psalmo 21. *In manus tuas commendo spiritum meum*, ex Psalmo 30. Non sunt itaq; spernendæ vocales orationes, neq; dicendæ aut vanæ aut ineptæ. Licet enim sint minimè necessariæ voces oris, vt Deo innotescant cordis affectus, sunt tamen effectus ipsorum, qui in animo nostro residēt, affectuum; nec affectus istos illi aut impediunt aut minuunt, sed adiuuant perficiuntque. Deinde quæ sunt ab incarnato Verbo diuino vsurpata ad nostram informationem, ea non debet quisquam aut erubescere, aut spernere.

Luc. 22.
Matth. 26.
S. Anselm. lib. de Pas.
Psal. 21.
Psal. 30.

Ad

Ad hanc rem faciunt opportunè quæ luculenter
D. Auguſt. Tract. 104. in Ioan. ſcripſit D. Auguſtinus, dum expenderet eam o rationem alta & clara voce expletam, quam Do minus noſter coram diſcipulis prolixè fudit a Patrem in cœnaculo, *Pater, venit hora, clarifi Filium*, &c. *Poterat Dominus noſter*, ait S. Augu ſtinus, *orare ſilentio, ſed ita ſe Patri exhibere v luit precatorem, vt meminiſſet ſe eſſe noſtrum D ctorem: proinde eam quam fecit orationem pro bis, notam fecit & nobis; quoniam tanti magiſtri m ſolùm ſermocinatio, ſed etiam oratio, diſcipulor eſt ædificatio.*

Qui orandi modus per Hymnos perfectior redditus ex forma vſui Pſalmorum tradita ab Hymnographo, qui ſeptenis vicibus in die hor
Pſal. 118. ſeruabat modum, ſicut de ſe ipſo ſcribit: *Septi in die laudem dixi tibi.* quam formam liberal amplexa eſt & tenet noſtra Eccleſia in ſuis pu blicis quotidianis precibus. Magna profectò e hoc numero adiungitur noſtræ orationi perfectio tum quia hoc numero ſeptenario aptiùs à Deo exoratur eius gratia, quæ per ſeptiformẽ Spiritũ cordibus noſtris diſpenſatur: nam ſeptem eſt
Iſai. 11. Spiritus sãcti chariſmata nouimus ex Iſaia; tum etiam quia oratio non ſemel dirigitur ad peccato
Prouer. 24. rum obtinendam veniam. Sicut igitur ſepties in die peccare dicitur iuſtus; ſeptem item dicuntur
Marci 18. Luc. 8. peccata capitalia, quæ ab Euangeliſtis appellan forſan fuere ſeptem dæmonia; ſeu etiam ſunt ſe
Prou. 26. ptem illæ nequitiæ, de quibus Auctor Prouerbio rum ait, *Septem nequitiæ ſunt in corde illius*: in ſepties ordinata eſt Pſalmorum oratio, vt antidot tum præberetur opportunum ad vitia vel ani lapſum vitanda, vel poſt lapſum delenda. Vtc

Orationis ſeptenarius numerus in die magnis myſterijs ſcatet.

Horæ Canonicæ quare ſint ſeptem.

riũ

riùs, quia ſeptem docuit Chriſtus Dominus faciendas in Eccleſia petitiones, traditas in illa forma precandi, quam commendauit Matthæi cap. 6. quæ inde dicta eſt oratio Dominica, in qua quidquid piè peti poteſt à creatura mortali, vel ad finem vltimum conſequendum, vel circa media opportuna, ad eiuſdem finis conſecutionem expoſtulatur; ideò, ad eiuſdem doctrinæ imitationem, imò ampliorem dilatationem, vt eaſdem petitiones ſæpiùs feruentiuſq; iteremus, quotidie inſtitutæ ſunt ſeptem Horæ precandi. Addere deniq; alijs libet, quòd ſicut Deus Optimus Maximus ſeptem diebus opus abſoluit creationis; ita par eſt, vt homo, in cuius gratiam omnia ſunt condita, nomine omnium creaturarum Hymnos in laudem & gratiarum actionem conditori Deo ſepties in die perſoluat. Nec ſuo vacarent oppor- tuno myſterio eædem preces Hymnorum, ſi ab aliquo cõtenderetur non ſeptem tantùm, ſed octo eſſe enumerandas, ob eam rationẽ, quia aliquãdo in Eccleſia cõſuetudo fuit Nocturnos ſeparatim à Laudibus concinere; nam etiam iſte octonarius numerus in ſacris Literis inueniretur præcipuis decoratus arcanis, quæ diligenti ſtudio collegit & deſcripſit Bartholomęus Gauãtus initio ſui Octauarij, ad communem pſallentium commoditatem editi. Verumtamen quia nunc paſſim & vbique. Nocturni cum Laudibus recitari ſolent, & pro vnica habentur hora; ideò etiam frequentiori sãctorum Doctorum & Theologorum calculo ſeptenarius tantùm numerus harũ Hymnodiæ precum comprobatur & celebratur. Vrgeri præcipuè ab omnibus ſolet exemplum ſancti Dauidis, primi celebrioris Hymnodiæ Auctoris, qui ſe-

Horæ Canonicæ à quibuſdam octo recenſentur.

pties in die Hymnos Deo offerebat. Quam sep-
nam formam Angeli cælestes miris & suauiss-
mis signis non destiterunt comprobare; concin-
re non semel volentes vnà cum mortalibus eos-
Hymnos ijsdem vicibus septem. Nobile fu-
huius dignationis Angelicæ experimẽtum illu-
quod cum Seraphica Magdalena, in eremo Ma-
siliensi vitam victu asperam, sed oratione, prec-
bus & contemplatione suauissimam degente, p-
triginta continuos annos numquam intermis-
runt. Dum enim hæc sanctissima mulier per s-
ptem statas horas dilecto Deo Hymnos offer-
quotidie, toties ab Angelis visitata, eorum-
manibus in æthera subleuata, audiebat cæle-
Angelicos concentus eamdem Hymnodiam a-
oblatam suauissimè præcinentes.

Angeli cum D. Magdalena septem Canonicas concinebant Horas.

Pet. de Natal. lib. 6. c. 124.

Non omittendum est beneficium singula-
quod ex hac orandi septenaria forma percipit E-
clesia, ad monita Domini nostri exequenda. Na-
per hæc orandi spatia tam verè quàm suauiter ex-
pletur in Ecclesia illud Domini nostri Saluato-
celebre monitum: *Oportet semper orare, & no-
deficere.* Verba ista non ad Mathematicum rigo-
rem sunt indiscretè trahenda, quasi omnibus om-
nino momentis orationi sit vacandum, quemad-
modum sumebantur à Messalianis hæreticis, qu-
tam indiscretè conabantur insistere orationi, vt
teste S. Augustino, ad incredibilitatem vsq; ad-
mirabilem vim sibi ipsis inferrent: nam tum ra-
tio, tum natura huic violentissimæ intelligentiæ
cõtradicit. Aliæ enim curæ cum oratione propri-
sumpta minimè reperiri possunt, & sunt omni-
no necessariæ nostræ naturæ, quas omittere absq;
culpæ reatu non liceret: vt si quis, ne ab oratione
de-

Oratio quomodo possit esse sine intermissione.

Luc. 18.

Verba Domini, Oportet semper orare, *quomodo expleantur ab Ecclesia.*

D. Aug. de Hæres. ad Quoduultdeum.

desisteret, curam domesticorum omitteret, is, ex Pauli sententia, habendus esset infideli deterior. 1. Tim. 5. Item necessarius est somnus vitæ sustentationi, quo tempore orationis attentio, imò & omnis rationis actus omnino impeditur. Dominus quidem noster Saluator hoc gaudebat priuilegio propter scientiam infusam, vt dormiens orare posset, ac si vigilasset, iure ea vsurpans verba: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Verba igitur à Domino nostro, qui erat non tantùm verus Deus, sed etiam verus homo, prolata, & hominibus orationis studiosis tradita, humano modo sunt accipienda, eo scilicet modo quo homines in alijs similibus studijs solét similia proferre verba. Sicut de hominibus siue literarum siue ludi, siue venationis siue picturæ studiosis communiter pronuntiamus, quòd semper siue studijs siue ludo, siue venationi siue picturæ operam continuam præstant, nec vnquam ab illis desistunt, cùm tamen non omnibus omnino momentis huiusmodi studio sint intenti, absq; alijs tum naturæ tum status necessarijs officijs, hoc enim repugnare & falsum omnino esse omnes nouerunt; sed quia præcipuas diei horas, ab alijs curis liberas, ille literis, iste ludo, hic venationi, alter picturæ tribuunt. Hoc sensu, qui est vsui humano & rectæ rationi conformis, sumpta verba Domini nostri mira suauitate explentur perfectissimè à nostra Ecclesia, dum per septem Horas Canonicas, alias nocturnas, diurnas alias, Hymnorum orationi sollicita incumbit per ministros ad id munus deputatos. Quod non minùs grauiter quàm verè assertum est primò à S. Eligio, deinde à Venerabili Beda his verbis: *Quis autem potest semper*

Christus Dominus etiam dormiens orabat. Cant. 5.

Impossibile est omni momento orare. S. Eligius Homil. 11. in Cœna Domini Venerabil. Beda in Luc. c. 18.

orare, ac sine defectu & intermissione precibus in-sistere, vt nec alimentum sumendi nec dormiendi tempus habeat? cui ergo dicendum est, Oportet semper orare, & non deficere, nisi ei qui Canonicis Horis quotidie, iuxta ritum Ecclesiasticæ traditionis Psalmodiis, precibusque consuetis Dominum laudare & rogare non desistit?

Hæc consideratio vrgebit vehementiùs a rem nostram, si spectetur Dominicum illud monitum, tamquam ad Ecclesiam eiusdem Domini nostri sponsam in primis directum. Eccles sicut non in vno tantùm resident loco, sed vbiq per totum terrarum orbem viuit, congregatu fidelibus tamquam ex membris; ita potest in-ctissimi sui sponsi præclarum monitum etiam rè ad rigorem perfectum explere. Cùm namq ordinatam horarum distributionem in publ Hymnorum cantu præcipuæ tum Collegiatæ s culares tum Regulares Ecclesiæ, per totum te rarum orbem dispersæ, diu noctuque obseruet euenire facilè poterit, propter horizontis vari tatem, vt in Operis ostendimus Præfatione, quo omnibus ferè horis diurnis nocturnisque De ab Ecclesia sponsa sua indesinenti oratione v rè realiterque colatur. Huiusmodi prærogati haud mediocriter commendat præstantiam inst tutionis & vsus publicæ Hymnodiæ, imò dixe rim, eiusdem ostendit in Ecclesia necessitatem Nam per verbum *oportet*, à Domino nostro Se uatore vsurpatum in suo ad discipulos monit indicatur aliqua necessitas, non autem sola con gruentia orandi semper sine intermissione. Dum itaque verè suauiterque per vsum publicæ Hym nodiæ illud obseruatur Domini nostri monitum

In Ecclesia quomodo oretur omni tempore.

clari

clarè colligitur quasi necessitas eiusdem publicæ Hymnodiæ. Similis profectò diuini moniti executio nequit exactè reperiri in aliis eiusdem Ecclesiæ precibus priuatim expletis, siue voluntariis, siue debitis. Nam cùm priuatæ preces statas ac firmas minimè seruent horas, sed quilibet pro libito suo accedat ad orandum quandocumque ipsi placuerit, minimè quoque poterunt omnem diurni nocturniq; temporis complecti ambitum; sed plurima diei spatia facillimè inuenientur orationibus omnino vacua, alia omnino plena, cùm id videatur necessariò consequi ex hac libertate accedendi siue ad orationem, siue ad alia opera.

In oratione vicissitudo iuuat animi attentionem.

Suauitas ista magis augetur in hac septenaria forma; quia cùm animus noster eius sit conditionis, vt vni eidemque rei semper vacare non queat, sed ad alia facillimè, etiam nolens & inuitus, diuertere cogatur, vicissitudo & varietas cùm Psalmorum tum Horarum studium attentionis meliùs fouere valet, & adiuuare. Nec est vicissitudo & varietas omnino libera, quæ sua libertate possit animum faciliùs in exterioribus curis semper retinere, sed est temporibus alligata, vt animus ad statas horas orandi excitetur, vnde & nomen Horarum Canonicarum huic orationis formulæ est meritò tributum. Nam sicut hora significat temporis spatium determinatum, nempe vigesimam quartam partem diei naturalis; ita Canonica dicitur, quia regulariter obseruanda traditur, nam Canon Græcè Regula redditur Latinè.

Horæ Canonicæ vnde dictæ.

Gratian. ex Isid. Canon. Reg. dist. 3.

Sectarij licet Psalmos adhibere nouerint aliquando in suis conuenticulis, eos tamen nulli adstrictos legi aut obligationi volunt, sed ad vo-

luntatis libitum eligunt. Et ſicuti præcipuis virtutum actionibus ab Eccleſia Romana approbatis ſunt ſub ſpecie pietatis maximè infenſi; ita aſſerere non erubeſcunt, vt ſe ipſos à Canonicarum prædictarum precum penſo eximant, hunc numerum ſeptenarium precum eſſe vanum ac ſuperſtitioſum, quaſi non debuerint diuinæ laudes coarctari ad certum numerum, aut ad determinatum tempus, cùm ipſemet Hymnographus ſpondere ſoleret eaſdem laudes abſque vlla lege
Pſal. 33. aut numeri aut temporis: *Benedicam Dominum in omni tempore; ſemper laus eius in ore meo.* Verùm huic impudentiſſimæ calumniæ occurrit ipſemet ſanctus Hymnographus ab illis perperam allatus: nam alibi declarans, quomodo ſponſionem illam à ſe factam, ſemper & in omni tempore benedicendi ac laudandi Deum, explere, ait ſe ſtata tempora adamuſſim obſeruaſſe, nimirum ſeptem vicibus ac horis per ſingulos dies offerendo Hymnos Deo. Huiuſce veritatis amplif-
Pſal. 118. ſimum teſtimonium extat Pſalmo 118. *Septies in die laudem dixi tibi.* Non igitur numerus Hymnorum, nec determinatio horarum ſeu temporum (niſi aliunde vitietur) poterit ſuperſtitionis argui; præſertim quia nititur publica ſanctæ matris Eccleſiæ auctoritate, & ſancti Dauidis exemplo, hanc laudandi & orandi Deum formulam approbantium. Imò huiuſmodi numerus aſſeri debet maximè commodus humanæ imbecillitati, quæ, vt iam diximus, poteſt idcircò orationi perpetuæ vacare ſtudioſiùs atque perfectiùs.

Habemus itaque à Dauide in eius Hymnorum vſu perfectam ex omni parte orandi formam, imò & materiam copioſam; nam & verba ipſe

tradit

tradit ad hanc rem opportuna, siue ad gratiarum actionem, siue ad placandam diuinam iram, siue ad misericordiam exorandam, siue ad gratias postulandas, siue ad Dei perfectiones celebrandas absque vllo timore vel periculi vel erroris, cùm certi omnino simus, omnia verba Psalmorum esse à Deo auctore. Ex his desumunt viri spirituales illas breues orationes, quæ à iaculis efficaciter operantibus dictæ sunt iaculatoriæ, quibus conceptum in oratione & contemplatione feruorem faciliùs conseruant. Quare D. Basilius commendabat vsum Psalmorum viris virtutis studiosis: quia sicut magno sunt adiumento, tum ad obtinendum quod desideramus, tum ad mala auertenda, tum ad gratias Deo reddendas; ita copioso abundant diuino Spiritu, ignemque continent ardentem, qui ruminantes & proferentes illos inflammat. Verus, vt tandem concludam, bonæ orationis magister & doctor extitit Ecclesiæ in suis Psalmis sanctus Hymnographus; ita vt qui orare nesciret, ex solo Psalmorum vsu frequenti edisscere possit perfectam orationem, & omnes orationis actus præcipuos, cordis humiliationem, animi compunctionem, sui ipsius oblationes, Dei collocutiones, postulationes, laudes, exclamationes, lacrymas & desideria, quia omnium affectuum exempla passim inueniuntur in Psalmis.

Orationes iaculatoriæ ex Psalmis eruuntur.

D. Basil. Proœm. in Psalm.

Orationis magister est Dauid.

CAPVT IX.

Contemplationem nutrit Hymnodia.

Vita contemplatiua dignitas.

NOBILISSIMA contemplatiuorum vita, q in Ecclesia militante primum dignitatis h vendicat locum, iuxta Domini nostri Seruato sententiam, qui Mariæ otium prætulit Mart negotiis, pronuntians aurea illa verba, *Ma optimam partem elegit*, à Dauidicis Hymnis o portunum expectare profitetur alimentum. S enim huiusmodi contemplatiui puram exerce contemplationem absque communicatione & cietate actionis, cuiusmodi erat vita Mariæ, q de Marthæ negotiis nihil conscia, ad pedes mini vacabat dulcedini verbi, qualis exercet multis Religiosorum Ordinibus, qui toti sun diuinorum contemplatione positi: siue conte plationis studio coniungant actionis occupati nes, quales sunt præcipui Regularium Ordin qui perfectioris vitæ cupidi, non sola actio contenti nec sola contemplatione, vtramque seipsis complectuntur, modò ad istam exeun modò ad illam redeuntes, neutram aut on tentes aut dimittentes, imitatores sancti Patri chæ Iacobi, qui duas sorores, pulchram Rach lem & lippam Liam, habuit sibi fideles vxore quarum illa contemplationis, ista actionis typu gerere dictæ sunt à communi sanctorum Patru sensu; imitatores etiam Angelorum cælestium qui ab eodem Patriarcha visi sunt ascendentes descendentes per scalam, qui etiam in nouo Te stamento dicti sunt ascendentes & descendent

Luc. 10.

Vita mixta ex contemplatione & actione, qua.

Gen. 29.

D. Gregor. l. 2. in Ezec. Homil. 15.

D. Bern. Serm. 41. in Cantic.

Ioan. 1.

Angeli contemplationem actioni coniungũt.

supe

super Filium hominis. Qua ascensione & descensione, in sensu allegorico, intelligit diuus Bernardus operationes contemplationis & actionis, dicens: *Ascensio propter se, descensio, vel potiùs condescensio, propter nos; ascendunt per contemplationem Dei, descendunt per compassionem tui, vt custodiant te in omnibus viis tuis; ascendunt ad vultum eius, descendunt ad nutum eius, quoniam Angelis suis mandauit de te.*

D. Bern. Serm. 11. in Psalm. *Qui habitat.*

Huius præclarissimæ vitæ mixtæ illud aureum pronuntiatum frequentare solitus erat Venerabilis noster Institutor, Antonius Maria Zacaria, in suis Aphorismis spiritualibus: *Hæc vita est otiosa in opere, & operosa in otio, vita, inquam, potiùs Angelica quàm humana: quia sicut Angeli eodem temporis momento & Deum contemplantur, & nostræ cooperantur saluti; ita vitam exercentes mixtam, & manum operi & mentem Deo intentam habent.* Vtrique igitur gradus contemplatiuorum Hymnodiæ vsum, tamquam escam propriam contemplationis, prosequuntur.

Ant. Maria Zacaria in Aphor. v. *Vita mixta.* n. 12. & 13.

Huius præclari vsus luculentissimum nobis præbuit testimonium Philo Alexandrinus, qui fuit non solùm Apostolorum synchronos, sed & Petri aliquando amicus. Hic scribens librum de Vita contemplatiua, inter cetera huic vitæ magis familiaria, commendat precum & Hymnorum frequentem vsum; & ibi per errorem, suorum putans Hebræorum gesta insignia describere, teste sancto Hieronymo, narrat veterum Christianorum mores sub Euangelistæ Marci disciplina, referens eos quotidie bis conuenire solitos ad Hymnos & orationem, manè scilicet & sub vesperam: oriente sole petebant diem felicem, vt-

Philo Hebræus l. de Vita contempl.

D. Hieron. de Script. Ecclesiast.

que mentes eorum cæleſti replerentur lumine occidente autem ſole, vt, anima exonerata ſenſibus in totum moleque rerum ſenſibilium, veritatem veſtigarent in conſiſtorio domeſtico.

Contemplatio prouocat Pſalmodiam, & Pſalmodia fouet contemplationem.

Quamuis tota ratio contemplationis non in ſolo Hymnorum vſu ſita eſſe dignoſcatur, ſed in aliis quoque ſimilibus occupationibus, inter quas inſigniores ſunt, ſacrarum Scripturarum lectio, oratio & meditatio; nihilominùs nemo non fateri cogetur, quòd in ſacra Hymnorum frequentia & vſu animus faciliùs Deo vniatur dum eius laudes celebrat & recolit. Dum canit lingua, cor intus tunc exultat, totuſque homo interior & exterior, quaſi cithara dulciter ex duobus chordis temperata, ex animo ſcilicet & corpore, ſumma perfruitur delectatione. Hinc anima Canticorum, quando in Dilectum ſuum maiori rapiebatur impetu ob vim contemplationis, inuitabatur ab ipſo Dilecto ad canendum vocis exteriori: *Sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis.* Cant. 2. En quomodo contemplatio prouocat ad cantum Hymnorum; ſicut Hymnorum cantus contemplationem nutrit atque fouet, ob multitudinem tum arcanorum, tum myſteriorum tum operum diuinorum, quæ in illis Hymnis abundant, copioſam. Modò Dei celebrantur attributa; modò geſta diuinæ potentiæ narrantur; modò dulcedines diuinæ benignitatis & miſericordiæ recoluntur; modò opera diuinæ bonitatis, iuſtitiæ, prouidentiæ & ſapientiæ recenſentur; modò diuinæ legis encomia, fructus, præmia, ſiue etiam pœnæ decantantur, ex quibus vberem materiæ ſegetem haurit contemplatio.

In

In iis obuiàm habet vterque contemplatiuorum oculus obiecta opportuna, ita vt modò is, modò ille, modò vterque oculus simul suas expleat visiones. Vtrumque dico oculum; quia contemplatiuorum mens appositè describitur à nostro Zacaria, duos habens oculos, sinistrum & dexterum, sicuti duo sunt genera obiectorum contemplationi apta: *Sinister oculus*, ait, *respicit obiecta lumine naturæ cognoscibilia, veluti substantiam Angelorum, creaturarum ordinem, Dei prouidentiam, bonitatem, & id generis attributa, ad quæ naturæ lumen pertingere potest. Oculus dexter altiùs ascendens, penetrat secretiora diuinitatis arcana & sacramenta; quæ non nisi lumine gratiæ altiori possunt attingi.*

Duos oculos habent contemplatiui.

Ant. Maria Zacaria in Aphor v. *Contemplatio.* n. 23 & 26.

Dum animus his verbis voce cantatis attendit, assurgit paulatim in diuinum amorem, imò aliquando sensim in Deum ipsum mirabili modo transformatur vsque ad ecstasim & deliquium. Hymnographum in hac re possumus attendere, qui sicut animo meditabatur quæ exultans decantabat, ita non solùm magna iucunditate afficiebatur, sed aliquando ecstasim patiebatur; quemadmodum de se testatur Psalmo 76. vbi enumerat varios affectus ex Hymnorum meditatione hausios: *Memor fui Dei, & delectatus sum*, en delectationes quas hauriebat; *& exercitatus sum*, en facilitas ad omnem virtutis actionem; *& defecit spiritus meus*, en ecstasis & deliquium. Inde hauriebat alios affectus, vti alacritatem ad nouos semper Hymnos, etiam tempore noctis intempestæ decantandos, *Anticipauerunt vigilias oculi mei*; sufferentiam in aduersis, *turbatus sum, & non sum locutus*; sollicitudinem maiorem erga

Psal. 76. *Contemplatio plurimos effectus operatur vsque ad ecstasim.*

proprij

proprij cordis culturam, *Meditatus sum nu cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spu tum meum*; sponsiones noui profectus in v Dei, *Et dixi nunc cœpi*; nouas promissiones i gis contemplationis & cantus Hymnorum, *M mor fui operum Domini, quia memor ero ab ini mirabilium tuorum, & meditabor in omnibus op ribus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor*; se vti legit diuus Hieronymus, *& adinuentiones tu loquar.*

Contemplationi quilibet hominum gradus est aptus.

Ab experimento huius contemplationis Hymnodia nullus personarum gradus iustè p test se excusare, siue illæ doctæ sint siue idi siue viri siue feminæ; omnibus enim comm est contemplatio, nisi obicem ipsi ponant. Na ad contemplationem perfectam, quatenus di liberam mentis humanæ intentionem in specu diuinæ Sapientiæ cum admiratione suspensa

Richard. de S. Victore lib. 1. de Contempl. cap. 4.

prout describitur contemplatio à Richardo S. Victore, quilibet animus, qui à Spiritus dini ni impetu agatur, est opportunus, nec attendi tur, qualis ille sit vel viri vel feminæ, vel doc vel idiotæ; solùm attenditur si variis & mult plicibus pœnitentiæ, mortificationis & humili

Contemplatio exigit animum à passionibus purgatum.

S. Gregor. l 6. Moral. cap. 27. D. Thom. 2. 2. q. 182. art. 3.

tionis actibus sit à passionum tumultu expurg tus, tunc enim poterit magna tranquillitate Deum ferri. Hoc est quod docent sancti Patres dicentes, contemplationem decere animos in v ta actuosa anteà valdè probatos circa passionu moderationem. Si sumatur contemplatio magi temperata, quatenus dicit considerationem diu norum per aliquot temporis spatium non modi cum, sed mediocriter prolixum, hæc omni per sonarum generi est communis, sicuti commun est

est animus aptus ad considerationem. Imò nouimus ex sacris Litteris, & ex historiis, idiotas aliquando fuisse in humili eorum contemplatione raptos à Deo ad secretiora Spiritus diuini sacramenta; & introductos in cellaria diuinorum arcanorum vnà cum sponsa Canticorum, quæ femina erat, & diuinorum ignara, antequam contraheret cum Sponso familiaritatem & consuetudinem. Nam quando narrat hanc suam introductionem in cellaria Sponsi, tunc erat in ipsis initiis suæ felicis sortis. Deus itaque, modò inueniat corda pura & nitida, quamuis simplicia & rudia, illis se largissimè effundit atque communicat. Imò magis aliquando delectatur animo simplici quàm docto & sapiente; quemadmodum alloquens Patrem suum dixit Dominus noster: *Confiteor tibi, Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita Pater; quoniam sic fuit placitum ante te.* Matth. 11.

Simplices idiotæ in contemplatione proficiunt.

Quot mulieres idiotæ, quot etiam simplices viri in Ecclesia, ob puritatem animi, fuere à Deo ad altissima cælestia arcana sublimesque diuinas cognitiones euecti, vt potuerint deinde aliis eructare quod ipsi abundè hauserant. Testes sint tot Oracula rudium virorum, qui Prophetæ effecti sunt; & vaticinia simplicium feminarum, quæ Sibyllæ appellatæ sunt. Testes sint Volumina plurima altissimarum sententiarum à Senensi Catharina, à Baptista Genuensi, à Teresia Hispana, à Magdalena Florentina, & aliis feminis conscripta, quæ præ admiratione animos doctiorum hominum suspendunt.

Plurimæ mulieres idiotæ in contemplatione diuinorum excelluerunt.

Non est necessarium, ad mentem occupandam in contemplatione Hymnorum, vt verba recitata intel-

intelligantur. Magna quidem est perfectio pl
lentis, intelligentia verborum, sed non est n
Mulieres rudes piè vtuntur Psalmis Latinis. cessaria. Noui sectarios improbare vsum nos
Catholicæ Ecclesiæ concedentis virginibus Sa
ctimonialibus, & aliis rudibus personis, vt ora
tes adhibeant Psalmos Latinè conscriptos, q
non intelligunt. Sed quidquid blaterent isti,
falsò effutiant, clarè constat, hunc esse vs
Lib. 11. c. XVIII. pium, & Deo acceptum, vti fusiùs Libro s
quente ostendetur. Nam etiamsi Latinam l
guam non calleant mulieres, possunt tame
illis recitandis attentionem habere ad Deum
oratur, laudatur, & benedicitur. De sensu
borum satis suo faciunt muneri personæ id
D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 13. si eum intendant, quem docti, præsertim Ec
siæ Rectores & ministri, nouerunt. Quam
tentionem & attentionem declarant sufficien
omnes Catholici Doctores. Imò dari contin
perfectissimam orationem, etiamsi non inte
gantur verba prolata. Referebat ad hanc re
Cassianus Coll. 9. cap. 31. Cassianus pulchram doctrinam D. Antonij A
batis, dicentis, in perfectissima oratione aliqua
do animum ita absorberi à Deo, vt orans n
In oratione animus potiùs ad Deũ quàm ad verborum sensum respicere debet. intelligat verba sua. Hinc ortum est illud sanct
rum Patrum commune proloquium, quod
oratione attendere magis expediat, quem o
mus, quàm quid orando petamus, ita vt ocul
& mente ad Deum semper intendere sit non s
lùm sufficiens, sed meliùs. Insuper si quispia
siue doctus siue indoctus, dum Hymnos con
nit, mentem in Christi Domini mysteria & op
ra intenderet, quæ faciliùs & suauiùs ab vn
Lib. 11. cap. 11. quoque apprehenduntur, vt etiam dicemus L
bro sequente, quia, vti docebat diuus Bon
uentur

uentura, versamur circa res & actiones corporeas, quæ à rudioribus facilè percipiuntur; is certè occuparetur suauissima contemplatione, ad affectus animi commouendos opportuna. Imò quandoque etiam doctiores difficilè feruntur in diuinitatis perfectiones, & idcircò frequentiùs ad Christi Domini opera se conuertunt, indeque paulatim, & quasi sensim, ducuntur ad diuinorum sublimitatem. Nullus itaque status hominum, nullus sexus effectibus contemplationis in Hymnodia experiundis est impar, sed quilibet est opportunus & aptus. S. Bonau. lib. de Vita Iesu Christi cap. 51.

Quotquot in Ecclesia veræ contemplationis partes profitentur, Hymnodiæ vsum amplexi sunt, vti eiusdem contemplationis præcipuam escam. Ad eam tanta animi alacritate inhiant, quanta cerui solent ad fontes auidè properare; quod fortassis voluit innuere Dauid concinens: *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus*, nimirum ad Templum tuum, ô Deus, in quo singulari modo habitas, vt Hymnis & confessionibus te laudare queam. Notum orbi est huius Regis ardentissimum votum videndi Templum Deo erectum, vt in eo sibi liceret perpetuam collocare habitationem, quam prætulisset superbo palatio regia magnificentia & potentia constructo. Ipse de hoc suo voto scribens ait: *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluptatem Domini.* En quanti fiebat ab hoc Rege Hymnodiæ vsus in Templo oblatus. *Contemplatiui diligunt vsum Psalmodiæ.* Psal. 41. *Dauidis ardens votum psallendi in Templo.* Psal. 26.

Eumdem animi affectū erga cantum Hymnorum possident viri virtute insignes, qui mysticam

Theolo-

Theologiam sunt aliquando assecuti; imò quam-
libet occupationem curamque, licet grauis-
mam, dimittere soliti sunt, in aliud tempus ea
differentes, ne statis psallendi horis impedia-
tur ab hoc altissimo munere. Nec huius diligen-
tiæ exemplum nobis deerit siue in Dauide, siu
in aliis. Si Dauidem attendamus, mirabile pr
fectò studium nobis offerretur conspiciendu
qui licet inter summas delicias ab opulentissim
Regno, quando lætissima fruebatur pace, obl
tas dies noctesque explere potuisset, sicuti mu
Principum modò ad venationes, modò ad spe
ctacula & scenas, modò ad alia id generis obl
ctamenta libenter se conferunt, post grauiora
curarum expeditiones: qui etiam licet pluri
exegerit annos sub tentoriis inter militares stre
tus armorum, exercitus ducens, prælia agens,
triumphos reuehens, quando multi duces vix D
& diuinorum recordantur; nihilominùs sta
psallendi orandique horas, quæ plures erant
die, numquam aut dimisit aut remisit, sed se
per retinuit & frequentauit, qualibet sepositâ c
ra exteriori: *Septies in die laudem dixi tibi.* Psal. 118.

Psallendi vsus statis horis numquam à Dauide remissus.

Si de nostris aliquid proferre non dedecet,
virum heroicæ virtutis nostri Ordinis me cons
ro. Nouimus Cosmam Dossenium, qui ob sin
gularem morum probitatem, & in rebus agend
prudentiam, non solùm in nostra Congregatio
ne suprema regiminis onera subiit, sed etiam
summis Pontificibus, Clemente VIII. & Pau
lo V. ad grauissima pro Ecclesiæ sanctæ seruit
munera adhibitus, præsertim quando in supr
mum Moderatorem Monachorum D. Bernar
Congregationis Fullienſis, & tandem ad Episc
pale

Cosmæ Dossenij mira virtutes.

palem insulam Derthonæ, insignis ciuitatis Insubriæ, vi bini præcepti fuit euocatus: nouimus, inquam, Hymnodiæ adeò studiosum, vt non solùm dum Religiosus viueret inter nos, vix numquam, nisi quando occupationes dilationem non paterentur, à chori disciplina abesse sit passus, primus semper chorum ingrediens, vltimusque egrediens, tam ad diurnas quàm ad nocturnas preces; sed Episcopus etiam cum suis Clericis & Canonicis diuina semper obire, imò diebus Festis bis Matutinas préces in choro persoluere, semel pridie vesperi vnà cum Capellanis, iterùm summo manè vnà cum Canonicis, numquã omiserit, nisi maxima premeretur aut necessitate, aut infirmitate. Hic beatus vir in se ipso illas conditiones explere studebat, quas D. Hieronymus in optimo Præsule requirebat, dicens: *Si quis vult Pontifex non tam vocabulo esse quàm merito, imitetur Moysem, imitetur Aaron, de quibus dicitur, quòd non discedunt de tabernaculo Domini.* Noster Episcopus non contentus nomine, voluit meritum Episcopi, voluit Hymnodiæ in Templo assiduus adstare. Religiosi Ordines ferè omnes, qui contemplationem aut puram ab omni actione aut cum actione coniunctam profitentur, Hymnodiæ vsum in choro omni studio colunt, & tuentur. Imò vbi plus contemplationis exercetur, maiori studio diligentioriq́ue disciplina retinetur Hymnodiæ vsus. Sicut non omnes Ordines, qui vtrumque vitæ genus, contemplatiuæ scilicet & actiuæ, complectuntur, sunt in contemplationis gradu pares, sicut nec in gradu actionis: nam alij plus habent contemplationis quàm actionis, alij plus habent actionis quàm

Episcopi conditiones quæ.

Contemplationis & actionis varij gradus.

contemplationis; ita plus minúsve habent stud
circa Hymnodiæ vsum. Imò si paullatim Hym
nodia deficere permittetur in aliquo Ordine, is
contemplationis ratio deficere conspicietur. Ne
que enim modicum tempus orationis priuatæ
factæ, neque priuata Psalmorum recitatio, con
templationis gradum insignem dicetur constitue
re, qualem constituere dicent omnes, Hymno
diam in choro ritè & rectè persolutam.

CAPVT X.

Miras delectationes præbet Hymnodia.

Delicia spirituales non possunt explicari.

CERTVM ac indubitatum esse debet, v
riis abundare delectationibus spiritualibus
Hymnodiæ vsum; sed quales illæ sint, mul
possunt quidem experiri, si à Deo illarum aucto
re & fonte donentur, nullus tamen sermone a
sequi valebit. Voluit misericors Deus, quòd d
illis aliquid innuerent sancti viri, vt nos ad e
dem perquirēda excitaremur, meliùs dixerim v
geremur. Vnum profero Hymnographum, q
eas experiens, sicut non poterat præ exultatione
seipsum à nouis semper Hymnis concinendis co
hibere; ita numquam describit, quas quantas
hauriret ex vsu Psalmodiæ delicias, eas nihilo
minùs celebrat maiores omni alio deliciarum ge
nere, vt nullam aliam delectationem his æqua
lem cognosceret, non venationum, non pisca
tionum, non theatrorum, neque ludorum, ne
que chorearum, neque conuiuiorum, non vinea
rum, non coniugiorum, neque musicarum, imo
omnes alias voluptates simul iunctas flocci fa-

Præstant ceteris mundi deliciis.

cien

ciens ac spernens, illas extollebat, dicens: *Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum; & dulciora super mel & fauum. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo!* sexcenta sunt pronuntiata in Psalmis, quæ declarant sanctissimi Regis erga has delectationes sensum singularem, sed omnia percensere nimis longum esset. Psal. 18. Psal. 118.

Præferebantur à Dauide omnibus delicijs à Regia potentia compositis.

Satis sit illud afferre testimonium, quo declarat, se pluris æstimare has delicias quàm Regiam ipsam dignitatem, quàm sceptrum eburneum, quàm thronum auro gemmisque contextum, quàm thesauros immensos diuitiarum, simul iunctis omnibus delicijs quæ à Regia potentia possunt aut obtineri, aut exquiri, tandem quid quid sub oculorum aspectum, imò & cordis imaginationem potest proponi. Hunc solemnem animi sui sensum non semel est prolocutus, præsertim Psalmo 72. dum in media delectationum Regiarum fruitione existens pronuntiauit: *Quid mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Vbi paucis verbis præfert spirituales delicias omnibus omnino sæculi diuitiis ac deliciis. Nec dubium vllum de veritate huius declarationis gigni poterit in animis eorum, qui aliquando meruerunt degustare vim vnius tantummodò harum deliciarum guttulæ; nam illa contenti, renuntiare visi sunt omnibus dignitatibus, honoribus, diuitijs, deliciis huius vitæ mortalis. Expendebat ad hanc rem Lyranus parabolam lignorum de Rege eligendo consultantium, vbi oliua, vitis, & ficus oblatum imperium spreuerunt, contenti sua pinguedine, Psal. 72. Iudic. 9.

Delicijarum spiritualium mira vis.

lætitia & dulcedine: & ex illa sensum moralem eliciens hic Doctor pius, tria hominum genera vult intelligi à tribus illis arboribus significatis. In pingui oliua repræsentatos putat homines cœlestis olei deuotione plenos; in vite humi repente, homines humiles fastum & arrogantiam deponentes, sed vinum lætitiæ possidentes; in fico dulcissimos fructus germinante, eloquij diuini studiosos, quia omnis sacra Scriptura miris abundat suauitatibus, vt dicitur in Canticis sub nomine Sponsæ: *Eloquium tuum dulce.* Qui itaque sunt huiusmodi præditi conditionibus, plurimi faciunt eas quas experiuntur suauitates à Deo sibi datas, quàm sceptra, & coronas & Regna mundo oblata: imò offerenti ij generosè respondent, se non posse deserere aut dulcedinem, aut pinguedinem, aut lætitiam, quibus in Dei cultu mulantur seruitio, & dicunt: *Numquid possum deserere dulcedinem meam fructusque suauissimos & ire, vt inter cetera ligna promouear?* En vis delectationum quanta, vt vincere queat illam dominandi cupiditatem, quæ in homine cum ipsa natura est congenita. Imperium certè & dominium Regium potiùs deponere, quàm Hymnodiæ quotidianum suauissimum vsum aliquando omittere voluisset Dauid. Hinc aliàs eamdem hanc suam degustatam delectationem præferens minimè dubitauit quibuscumque maximorum Regum opibus ac thesauris: *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis.* Omnes dixit diuitias, vt cognosceremus, non vnius tantùm Regni opes consideràsse Dauidem in hac sua comparatione, quam lætus decantabat, sed omnium Regnorum omniumque mortalium

Cant. 4.

Iudic. 9.

Vincunt dominandi cupiditatem.

Psal. 118.

talium hominum diuitias simul coniunctas expendisse; vt vim suarum deliciarum, quas à Deo, cui psallebat ac deseruiebat, haurire solitus erat, validiùs enarraret.

Hæc suauitas cogebat sanctissimum Regem ad vsum illius suauissimi pronominis *meus* passim vsurpati, quasi ad omne verbum, dum alloquitur Deum, appellans *Deum meum*. Nomen istud, cùm non tam amoris quàm familiaritatis sit, non videtur valdè aptum creaturæ mortali erga tantum Creatorem & Deum, quem potiùs deceret inuocari nominibus Maiestatis & Reuerentiæ. Quidam sancti viri, licet diuino æstuarent amore, verentes illud vsurpare, si quando vrgebantur ex interno aliquo affectu, excusationem præmittere non omittebant, quasi veniam deprecantes. Hanc reuerentiam libet obseruare in Areopagita Dionysio viro Apostolico ob merita præclara, imò & diuino ob altissimam Theologiam. Hic de Deo scribens, non ausus absolutè vsurpare pronomen *meus*, licet impelleretur ab affectu, vt affectui satisfaceret, & reuerentiam non amitteret, dicere solebat: *Deus, & si fas est dicere, meus*. Sola suauitas & delectatio, quæ sit maxima, occupans omnem discursum, nescit seruare decorum, præbet licentiam, & sine timore proloquitur, *Deus meus*. Tanta est delectationum à Deo immissarum vis, vt absorpta anima pereat sibi, & quasi in ipsas dulcedines transformata, eructet verba suauitatis plena. Vt aliquando ostenderet Hymnographus vim harum delectationum, eas comparauit primò ebrietati, quæ mentem euertit; deinde torrenti aquarum pleno, qui impetu suo omnia secum rapit, nec ab

Deus meus est nomen delicia.

Quidam Sancti non audebant vsurpare Deus meus, nisi præmissa excusatione. D. Dionys. c. 1. de Diuin. nom.

Deliciarum vi absorbetur animus.

Psal. 35. vlla potest impediri vi: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Vbi egregiè S. Augustinus aduertit has comparationes adhiberi, vt quod absolutè est ineffabile, aliquo saltem modo explicetur; & sicut magna est vis ebrietatis supra mentem, magna vis torrentium in impetu cursus; ita magna est vis delectationum ad mentem in Deum ipsum rapiendam, imò transformandam, vt nihil aliud præter Deum sapiat, nihil diligat: quia cùm acceperit fuerit illa ineffabilis lætitia, verbis loquitur Augustini, perit quodammodò humana mens & fit diuina, & inebriatur. Hac lætitia inebriati erant Martyres, qui ad passionem & mortem euntes, non agnoscebant suos, non vxorem hospitem, non filios, non parentes. De B. Ephræm proditum est, quòd tanta diuinarum consolationum copia aliquando perfunderetur, diuinis vacans contemplationibus, vt earum vim ferre non valens, cogeretur exclamare ad Deum, ne obrueretur torrente voluptatum. Imò & hoc seculo vltimo de sancto Francisco Xauerio, nuper Orientis Apostolo, & de sancto Philippo Nerio plurium Sanctorum in spiritu Patre, scitum est quòd talibus fuerint diuinis voluptatibus affecti, vt ad Deum exclamarent coacti, se illis succumbere, nisi eas ipse cohiberet, aut reuocaret.

Consolationes beati Ephræm.

S. Francisci Xauerij & S. Philippi Nerij quæ, & quanta.

Puritas animi delitiis recipiendis est apta.

Verùm non omnes psallentes ad hanc sobriam sanctamque ebrietatem admitti certum est, sed tantummodò illas sponsas electas, siue solas columbas puritate nitentes, feruore ardentes, amore langueſcentes, quæ in vineam Dilecti inuitantur, vt mustum dulce exprimere ac degustare valeant vnà cum Dilecto; sed tantummodò illæ

oues electas & prædilectas, quæ sub oculo diuini Pastoris ingredientes & egredientes, pascua vberrima dignæ sunt reperire & experiri, ingredientes per affectus animi interiores, egredientes per cantum & voces externas, quibus suauitas magis magisque excrescit. Deus noster quantò magis laudatur, tantò dulcior euadit, absque fastidio crescente appetitu & viribus eum semper magis laudandi, quemadmodum disertè scribit diuus Augustinus ad ea verba, *Laudate nomen eius, quoniam suauis est Dominus.* Hanc suauitatum copiam illi maximè sentire digni redduntur, qui, præter puritatis studium, nouerunt etiam subducere se à negotiis exterioribus, & ad interiora mentis se ipsos colligere, quasi ad locum solitudinis. His Deus suauis, in remunerationem illius voluntariæ segregationis ab omni externa voluptate, solet miras communicare internas suauitates, vti non obscurè significare voluit nobis sacra Historia, dum Moysis & primorum populi secessum quemdam ad montem Sina, vt oratione Deo vacarent, describit. Postquam montem conscendissent, & contemplationi cuiusdam miri obiecti à Deo ostensi vacassent, comederunt & biberunt. Si quis curiosiùs inquirat, ad quid epulæ & potationes post visionem diuinam, & post contemplationem? in promptu adest responsio, quòd non de epulis & compotationibus materialibus credendum est locutum esse Historicum sacrum, sed de mysticis & altioribus, quas rectè explicat Paraphrastes Chaldæus, dicens: *Et gauisi sunt in Sacrificiis suis, quasi comedissent & bibissent.* Ad explicandas suauitates in illo secessu degustatas, voluit adhibere sacer Textus nomi-

Psal. 99.

Segregatio voluntaria à tumultibus est deliciis apta.

Exod. 24.

Delicia spirituales describuntur in sacris Litteris nomine conuiuij.

na conuiuij & epularum; quia tales experti sc viri illi suauitates & dulcedines spiritus, quales conuiuiis opiparis sentiri contingit à fameſcen bus. Concinit huic explicationi declaratio, quam obtulit grauissimus Doctor Lipomanus, dicen *Sic Deus se illis videndum præbuit, vt gaudium maximum ex eius visione perceperint, quas spiritu les delicias per edere & bibere circumloquitur.*

Religionum status monti Sina similis.

Felices nunc cogor prædicare Religiosos, q ad vitæ Regularis sublimitatem, tamquam montem Sina, montem scilicet non solius di næ legis cultu, sed & diuinorum consiliorum seruantia celebrem, montem ad orationem quentiorem maximè aptum, montem cæles visionibus & contemplationibus familiare euocati à Deo, possunt faciliùs diuinas degus re delicias. Qui in hoc felici monte nouer iuxta Religionis suæ gradum, solitudinem s parare, nisi loci, saltem cordis, ab exterior tumultuum & negotiorum strepitu se remou tes, saltem statis horis, quando ad Hymnod euocantur, & quibusdam anni temporibus, quibus agetur ad finem Libri sequentis, isti ape res sunt ad comedendũ & bibendum coram D

Solitudo cordis necessaria viro Religioso.

Nec ab ista cordis solitudine poterit quisq se iustè excusare, cùm obtineri queat etiam media vrbium frequentia; imò quando sola lo solitudo adesset, absque cordis solitudine illa hil valeret, vti disertè docuit sanctus Gregor his grauissimis verbis: *Qui corpore remotus vu sed tumultibus conuersationis humanæ terrenor desideriorum cogitationibus se inserit, non est in s litudine; si verò prematur aliquis corporaliter p pularibus turbis, & tamen nullos curarum secul*

D. Gregor. lib. 30. Moral. cap. 12.

ra

rium tumultus in corde patiatur, non est in vrbe.

Quando videmus aliquos Religiosos vim harum delectationum non sentire in Hymnodiæ vsu, sed duritiam & asperitatem experiri, ita vt ad Hymnodiam accedant inuiti, quasi ad soluendum graue tributum & vectigal; tunc signum non obscurum adest, huiusmodi Religiosos plenos esse vel delectationibus sæculi, quæ omnino pugnant cum delectationibus spiritus, vel curis sæcularibus distrahi, quæ directè impediunt delectationes cæleſtes, ne concedãtur: quòd si etiam conderentur, impediunt curæ sæculares, ne sentiantur delectationes. Istis Deus iustè denegat, quod aliis Religiosis obicem non ponentibus liberalissimè apponere solet. Dicebat sanctus Bernardus, quòd Deus Religiosis personis, quæ sæculo ex animo renuntiarunt, solitus sit lac dulcissimum apponere, & oleum suauitatis elargiri, quibus suauia dulciaque reddantur omnia quæ geruntur in Ordine, cruces, vigiliæ, ieiunia, chorus, panni, labores, cibi, lectiones, obseruantiæ. His certè auxiliis lactis & olei carent, qui Hymnodiæ suauitatem non degustantes, eam reputant grauem ac molestam.

Delicia spirituales cur non ab omnibus sentiantur.

Religiosis feruidis lac & oleum concedit Deus. D. Bern. Serm. 1. Dedicat. Eccles.

Harum deliciarum vim experiri dignus fuit in vsu Psalmorum, dum caneret cum aliis Religiosis in choro, piissimus Thomas à Kempis Belga, ex Ordine Canonicorum Regularium. De hoc viro felici produnt Scriptores miros effectus huiusce suauitatis. Sicut enim summo studio curauit statis psallendi horis prompta hilaritate adesse vnà cum ceteris Monasterij Canonicis, primus ingrediens Oratorium, siue die siue nocte, postremus egrediens, cordis vociſque feruore psal-

Heribertus Rosvveyd. in Vita.

Thomæ à Kempis singularis in psallendo suauitas.

lens atque decantans, numquam sedilibus ac brachio aut tergo innixus, sed semper erectus ita tot tantisque à Deo, quem cantans laudabat cæleſtibus dignabatur ſuauitatibus, vt haud fa mel, imò ſæpè, aduerteretur extra ſe raptus oculis vultuque in cælum defixus, corpore iter reliquo ſic à terræ ſolo ſeiunctus, vt vix ſumm pedum digitis niteretur. Delectationes eximiæ nimum recreantes corpoream ſubleuabant mo lem verſus cælum, vnde ſuauitates deſcende bant. Accidit aliquando ad hanc rem lepidu euentus. Quidam, vt Thomam per iocum ſu laudaret, ſiue pungeret, ex vocum colluſione xit ſociis: Nullus miretur in Thoma tantam cis alacritatem animique pietatem, ac totius ho minis reuerentiam ſingularem tempore pſallen di, quippe Dauidici Pſalmi tot ipſi videntur ſal mones (piſces ſunt in Germania, Bohemia & Belgio notiſſimi, æquè ac delicati.) Huic incun ctanter reſpondit deuotus Thomas: *Ita eſt, gra tiæ Deo, Pſalmi mihi ſalmones, verùm haud ra mihi iidem vertuntur in nauſeam & mortem, qu ties ignauos rei præſenti non intentos & voci par centes conſpicio.* Veritati itaque per iocum pro tæ noluit venerabilis Thomas contradicere, ſed pigrorum ignauiam ſuauiter atque prudenter data occaſione inſimulare aggreſſus eſt, vt illos excitaret. qui pigri fortè aderant huic euentui. Quas autem experiri dignus fuit deuotus ille pſallens ſuauitates, eaſdem poſſunt deguſtare om nes chori ſtudioſi, qui ad cantum Hymnorum diſpoſiti accedunt.

Duo hîc ſcitu neceſſaria aduertere non omit tam. Primum eſt, quòd non licebit alicui pſallenti

has

has delectationes vel concupiscere, vel à Deo expetere, tamquam finem Hymnodiæ principalem, nam ob huiusmodi finem quis non esset minùs reus culpæ, quàm si solam delectationem sibi proponeret, & statueret pro fine in rebus ad vitam naturalem necessariis; vt si quis ad cibum vel somnum accederet, ob solam corporis & gustus delectationem. Finis primarius & præcipuus esse debet Dei gloria & laus; si deinde concedantur delectationes, tunc animus eas cum gratiarum actione suscipiat, vti mediâ apta ad Hymnodiam feruentiùs colendam & exercendam. Nam etiam sancti viri faciliùs vnà cum Hymnographo viam mandatorũ diuinorum percurrunt, cùm aliqua delectatione dilatantur in corde.

Delectationes non debent expeti tamquam finis Psalmodiæ.

Psal. 118.

Aliud est, quòd si quis à Deo donetur hisce delectationibus, non ideò credere debet se esse Deo magis gratum, aut in illis situm esse fructum Hymnodiæ præcipuum. Erraret iste, non sine periculo maioris iacturæ. Non enim ratio perfectionis dimetienda est ex qualitate maiorum vel minorum delectationum, seu consolationum, quæ in rebus diuinis exercendis aliquando sentitur, sed perfectionis mensura ex maiori minorive caritatis gradu desumenda esse traditur in sacris Scripturis. Nec semper delectationes signum sunt animi grati Deo, cùm non semel gratis à Deo concedi soleant etiam minùs perfectis, præsertim in via Dei iunioribus & nouitiis, vt tamquam lacte nutriti faciliùs assuescant virtutum actionibus, quas amplexi sunt. Consolationes autem pertinent ad genus gratiarum, quæ à Theologis dicuntur gratis datæ, quæ aliquando dantur etiam reprobis.

Delicia spirituales etiam ab imperfectioribus haberi possunt.

Perfectionis ratio in quibus rebus sita.

Huc

Huc spectat nobilis doctrina, quam tradit Richardus Victorinus, vir non solùm in Theolo-

Richard. de S. Victore in Cantic. cap. 6.

gia insignis, sed in vita spirituali apprimè versat & vitæ contemplatiuæ studiosus, dicens, consolationes teneras interdum magis afficere mini-

Consolationes tenera concedun-tur minùs perfectis in via Dei.

diligentem minusque perfectum. Non enim quilibet tantum diligit, quantum ei conceditur et periri de istis consolationibus, licet sibi fortè videatur multùm diligere; sed mensura dilectionis attendenda est ex profectu virtutum. Imò cauendum est ab occulto errore, quia affectus ner in Deum, qui etiam alio nomine dicitur deuotio tenera, seu sensibilis, aliquando, imò plurimum, carnalis est potiùs & fallax quàm fectus spiritualis gratiæ, est potiùs sensualitas quàm rationis. Multi putabunt se diligere Deum & tamen diligent sensualem consolationem, cuius signum est, quòd tamdiu durat dilectio feruor in opere incepto, quamdiu durat consolatio: si hæc tollatur, deficit quoque omnis feruor anteà degustatus. Huius generis affectus fortasse erat ille discipulorum Domini erga humanitatem Christi, qui ideò maxima impleti sunt tristitia quando eiusdem humanitatis breuî discessum nuntium acceperunt, vt illis Dominus coactè sit rationibus ostendere vtilitatem huius discessus: *Expedit vobis vt ego vadam; si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* Ex quibus verbis dignoscitur, discipulos magis dilexisse quod delectabat, quàm quod expediebat.

Deuotio sensibilis potest decipere multos.

Apostoli diligebant Christum nimis tenerè.

Ioan. 16.

Nec semper hæ delectationes à Deo ortum habent, sed aliquando à diabolo, aliquando à natura suggeruntur; & ad has cognoscendas opus est lumine cælesti. In quo genere cognitionis

sicut

sicut mirè excelluit venerabilis Zacaria, nostri Ordinis Institutor, ita præclara huius rei tradebat documenta in suis Spiritualibus Aphorismis; quorum præcipua sunt ista:

Antonius Maria Zacaria in Aphor. verbo *Compunctio.* num. 1.4.8.16. 19. & seq.

1. *Mentis dulcedo sensibilis aut à diabolo, aut à natura, aut à diuina oritur visitatione.*

2. *Hac dulcedine, quasi esca opportuna, decipit diabolus gulosos spirituales, & incautos.*

3. *Quæ à Deo est, conceditur tum ad stimulum operum virtutis, tum ad præmium bonæ voluntatis.*

4. *Hæc aliquando subtrahitur, vt animus tum humilitati studeat, tum alijs compati discat; tum se ipsum discutiat, an causam præbuerit subtractioni; tum ne in ea, tanquam in vero bono, sistat; tum denique, vt discernatur feruidus à pigro. Qui enim feruidus est, Deo seruire nouit, etiam tempore desolationis, ob virtutis amorem; piger autem, si tali priuatur dulcedine, illicò deficit in via Dei.* Hæc docebat præclarus vir, omnis mysticæ Thelogiæ insignis assecutor.

Perfectio animi non in consolationibus, sed in dilectione Dei sita.

Fundamentum perfectionis statuendum est in progressu dilectionis & caritatis. Quòd si vnà cum caritatis acquisitione iungantur consolationes, quales etiam à sanctis viris sæpè degustari contingit, tunc felicitas summa est; si verò denegentur à Deo, tunc nullus debet affligi, sed humiliter perseuerare in suo studio, donec iterùm redeat visitatio diuina. Non itaq; in hisce sistere debet animus psallentiũ, cùm non sint de se bonæ, sed earum bonitas tota sit in ordine ad maioris boni prosecutionem; vel bonæ sunt ex suppositione, quòd quis perfectioni substantiali studeat. Si quis ex lata culpa à Deo priuetur his voluptatibus, licitum erit, imò decebit, postulare

à Deo

Dauid oratione postulabat restitutionem pristinæ cõsolationis.

à Deo restitutionem pristinę cõsolationis, ad imitationem Hymnographi, qui cùm iustè se priuatum cognouisset consuetis delectationibus, quibus exultabat in Deum, quia se conuertisset a voluptates illicitas carnis, tradens se Bethsabee reuersus tandem ad seipsum, & deplorans amissionem præteriti gaudij, dum veniam deprecatur pro delicto, non cessabat postulare restitutionem ad pristinum statum consolationis, dicens maximo ardore affectus: *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* Veniam & nos à Deo postulemus de lata culpa, Deumque precemur, vt restituat solitas visitationes.

Psal. 50.

CAPVT XI.

Hymnodiæ studiosi vehemens habent futuræ gloriæ signum.

Terrestris hominum mortalium Psalmodia cum cælesti Beatorum mira consensio.

EA est nostræ Hymnodiæ, quæ in terris à mortalibus expletur, cum superna Hymnodia, quæ ab Angelis & Beatis exercetur in cælis, consensio, vel, vt à Græcis dicitur, sympathia, vt a terrestri ad cælestem facilis existat transitus & accessus; idq; licebit ex duobus capitibus cognoscere. Primò ex conditione loci ad Hymnodiæ vsum deputati in terris; qui si rectè attendatur, magnam habere cum Beatorum habitatione similitudinem conspicietur, imò & communicationem. Tali ordine videtur Deus statuisse nostræ salutis negotia, vt instar eorum, quæ in Salomonico Templo in terris instituto ex diuino gerebantur præscripto, euenire debeant, quæ in

Templo

Templo cælestis gloriæ erunt deinde exercenda, quasi ex typo ad prototypum directa. Hinc sæpè in sacris Scripturis, quando vsurpatur nomen Templi, multa dici de ipso contingit, quæ vtriq; loco propter similitudinem sunt communia. Vnicum satis sit recordari testimonium ex Dauide desumptum, quod tam de Templo Ierosolymitano quàm de Templo cælesti à sanctis Patribus intelligitur sine vlla violentia verborum. Ait Dauid Psalmo 28. *Et in templo eius omnes dicent gloriam.* Quia autem gloria Deo dicitur tam in Templo terrestri quàm in cælesti, & in vtroque laudatur, benedicitur & celebratur, hic textus modò adducitur à sacris Doctoribus loquentibus de Beatorum domicilio, modò à loquentibus de Templo terreno; quia tam in vno quàm in alio peculiari residet modo infinitus Deus; in Templis nostris ad ostensionem misericordiæ, in cælesti autem Templo ad ostensionem Maiestatis. Hinc S. Gregorius, expendens verba alia eiusdem Hymnographi, *Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius*, liberè dicit: *Templum Dei superna patria est.* Attendentes igitur ad ea quæ in Salomonico Templo gerebantur, videmus, quòd penetrate volentes ad intimam Templi partem, quæ solis Sacerdotibus & Leuitis patebat, tenebantur primò incipere laudes in portis; deinde easdem prosequentes, ad atrium interius se transferre; tandem ad intima, vbi solis Sacerdotibus fas erat manere, penetrantes, ibi plenam & perfectam confessionem Deo offerebant. Huiusce praxis circa diuinas laudes tali ordine descriptæ luculentissimum testimonium videtur tradere Psaltes, dum Hymnodiæ vsum suadens con-

Psal. 28.

In Templis terræ residet Deus ad ostensionem misericordiæ.

In Templo cæli ad ostensionem Maiestatis.

Psal. 10.

S. Greg. in l. 1. Reg. c. 3

Psalm. 99. concludit : *Introite portas eius in confessione*, q primus ingressus ; *atria eius in Hymnis* : *confi mini illi*, ecce prosecutio ad secundum situm v teriorem. *Laudate nomen eius, quoniam suauis D Dominus, in æternum misericordia eius*, en co summata plenaque laudatio vltimo loco obla Ab hac terrena praxi liceat nunc assurgere ad nagogiam non prorsus à vero sensu alienam, im valdè opportunam. Quicumque in portis hui vitæ mortalis, in ingressu scilicet & egressu cuiu libet diei, promptus est ad oblationem Hymn rum, sicut magna voluntate se transfert ad am id est ad Templa ; ita spem concipere debet c certam penetrandi ad gloriam cælestem, qu vltima pars sanctior omnis Templi. Hæc ana gia magis roboratur ex consideratione alter non iniucundæ anagogiæ circa promissionem Deo factam Principi Sacerdotum, si fideliter promptè munia ad Dei cultum in Templo sp ctantia persolueret. Promittitur illi ex speci priuilegio reseratio Orientis portæ, quæ mysti designat gloriæ futuræ felicitatem, vbi solus riens, qui occasum nescit, perpetuò durat. Ve

Ezech. 46. ba Dei per Ezechielem prolata sunt ista : *Cu autem fecerit Princeps spontaneum holocaustu aut pacifica voluntaria Domino, aperietur ei p quæ respicit ad Orientem.* Et verè munus qu incipitur in vno loco, in alio summa cum volupt te expletur ; nam ista duo loca electa sunt à De vti propria ad laudes Dei exercendas maiori cu tus decentia. De Templis in terra extructis a

Locus proprius diuinarum laudum est Tẽplum & cælum.

Psal. 64. Hymnographus : *Te decet Hymnus Deus in Sion & tibi reddetur votum in Ierusalẽ.* vbi mentio de Sion & Ierusalẽ, quia primum Templum e

Templum Salomonis extructũ in Sion.

struendu

ſtruendum erat in ea parte vrbis Ieruſalem, quæ dicebatur Arx Sion. De cælorum autem decore pronuntiauit idem Dauid: *Beati, qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorũ laudabunt te.* Pſal. 83.

Cùm igitur decora ſit laudatio Dei tam in Templis terræ quàm in Templo cæleſti, ideò laudes noſtrorum Templorum dici iure poterunt initia laudum cæleſtium; & qui in Templo terreno fideliter & rectè Hymnos Deo cantauerit, ſpem habet tranſeundi ad cæleſtes laudes ſine ceſſatione continuandas in cælis. Ad quam rem expendebat D. Auguſtinus illam temporis particulam, quam adhibet Dauid hortans ad Hymnodiæ vſum: *Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſerui Domini.* Expendit illud *nunc*, & ait per illud ſignificari, quòd laudantes hoc tempore Dominum tranſituri ſint ad æternitatis continuationem in cælis; & *nunc* huius vitæ reſpondere vult *tunc* æternitatis, dicens: *Qui tunc benedicturi ſunt ſine defectu, hîc incipiunt benedicere Dominum.*

Laudes noſtrorum Templorũ initia ſunt laudum cæleſtium.

D. Aug. in Pſal. 133.

Hæc ſpes futuræ gloriæ magis item excreſcere conſpicitur ex altero capite, nempe ex qualitate Hymnorum qui hîc à miniſtris vſurpantur, & decantantur frequentiores. Clarum eſt, quòd omnes ferè Dauidici Hymni, vt haud ſemel viſum eſt à nobis, copioſis ſcatent diuinis laudibus, Deum nimirum celebrantes, Deiq; attributa exaltantes. Clarum item eſt, quòd in futura cæleſti patria Beati, vnà cum Angelicis ſpiritibus, perpetuò immorabuntur in diuinis concinendis laudibus & Hymnis, vt Eccleſiæ prædixit Iſaias illis verbis: *Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.* Iſaiæ 51. Huic prædictioni concinunt ea, quæ poſt ſæcula multa ab Apoſtolo

Hymni Beatorum cum Hymnis mortalium ſunt eiuſdem rationis.

Hymni à Beatis in cælo ſemper vſurpandi.

Ioanne visa sunt in sua Apocalypsi; ibi namq; ad-
diuntur Beati cantu Hymnorum honorem & glo-
riam deferre Deo & Agno. Quemadmodum
itaque Psaltes, dum maiori arderet feruore cele-
brandi Deum, prædixit sibi & alijs iustis, quòd
esset in patria beata perpetuò decantaturus Psal-
Psal. 60. mos & Hymnos: *Sic Psalmum dicam nomini tuo*
in sæculum sæculi. Consideratione digna est illa
particula *sic*, quam rectè expēdit Incognitus nun-
cognitus, nam refertur ad priùs dicta de hereditate
æterna iustis concessa per merita Christi; ita
animus eorum, qui eorumdem Hymnorum
benter vsurpant cantum in hac vita, debet erig
spem aliquando perueniendi vnà cum ipso Hym-
norum auctore ad prædictam æternam hereditā-
tem, ibiq; prosequendi in sæculum sæculi eun-
dem cantum Hymnorum in hac vita frequenta-
tum.

Citharæ vsus frequēs erat Dauidi in psallendo.

Nec forsan incongruum erit reflectere animi
ad qualitatem instrumenti, quod frequentiùs ad-
hibebatur à Psalte, dum Hymnos Deo cantare
Video sæpè sæpiùs citharā exigere, imò & alijs
Psal. 42. suadere: *Cōfitebor tibi in citharā Deus Deus meus.*
Psal. 70. *Psallam tibi in citharā, sanctus Israel.* Aliquando
citharam alloquebatur quasi intellectu prædita,
vt ab otio excitaretur ad vsum, illam appellans
Psal. 56. & 107. nominibus amoris: *Exurge gloria mea, exurge*
psalterium & cithara. suadens alijs etiam citharæ
vsum, tamquam opportunum ad hoc munus di-
Psal. 32. uinarum laudum: *Confitemini Domino in citharā.*
Psal. 97. eamdem aliàs vrgens hortationem: *Psallite Do-*
mino in citharā, in citharā & voce Psalmi. Ad
quid potiùs citharæ vsus & prædicatio frequen-
tior, quàm aliorum instrumentorum, quæ etiam
aliquando

aliquando in eodem munere adhibebantur? Forsan ad declarandum, quòd ijdem Hymni erunt in patria beata decantandi, qui in hac vita mortali erunt frequentiores, sicut citharæ frequentior erat vsus. Ratio huius argumenti inde nascitur, quia in Apocalypsi, quando S. Ioannes describit felicitatem & occupationes Beatorum in cælis, sicut illis continuos Hymnorum cantus adscribit, vt mox dicebamus; ita non alia instrumenta recensет à se visa in manibus Beatorum, nisi citharas suauissimè pulsatas. Capite 5. vidit quatuor animalia, & viginti quatuor seniores coram Agno prostratos cum citharis in manu. Item capite 14. audiés symphoniam quadraginta quatuor millium Electorum, ait fuisse *sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis*. Iterùm capite 15. vidit triumphantes de magna bestia, *habentes citharas Dei, & cantantes* Hymnos. Ex quibus deducere libet, quòd sicut ex hac nostra terra conspicimus transferri Hymnos & citharas ad terram Beatorum; ita vrget argumentum ad fauorem cantantium, quòd sint ipsi transferendi ad eamdem terram. Hinc Hymnographus signa hominis iusti, seu beati, enumerans, illud in primis recensuit, quòd esset frequentaturus die noctéque vsum Hymnorum: *Et in lege eius meditabitur die ac nocte.* quod idem est ac si diceret, Beatum fore qui frequēs est in Hymnorum exercitio; nam nomine legis allatus à Christo Domino fuit liber Psalmorum in testimonium: *Vt adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est; Quia odio habuerunt me gratis.* Dicitur lex liber Psalmorum, quia in hoc libro strictim tota lex continetur. Beatus asseritur à Psalte animus ille, qui

Beatis in patria cithara vsus est proprius.

Apoc. 5.

Ibid. 14.

Ibid. 15.

Signa hominis iusti sunt laudes frequentes.

Psal. 1.

Liber Psalmorum nomine legis appellatur.

Ioan. 15.

frequens est ad huius libri exercitationem assiduam, vti legi posse ostendit Suidas; seu cantum, vt vertunt alij, quia in Scripturis *meditari* sæpè idem est ac *canere*, vti Isaiæ 38. videmus coniungi cantum cum meditatione: *Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt columba.* Isaiæ 38. sicut etiam in libro Prouerbiorum dicitur: *Veritatem meditabitur guttur meum.* Prou. 8. Beatus, inquam, Hymnodiæ studiosus asseritur, quia ad beatitudinem cælestis vitæ est transferendus. Et ob hanc fortassis rationem, non sine Dei altissimo consilio, hic Psalmus beati viri signa describens collocatus est primus in ordine omnium Hymnorum Dauidicorum, vt excitetur animus ad hoc præclarum studium, quod potest reddere studiosum planè beatum.

Laudũ diuinarũ frequentia est signũ prædestinationis.

Blasphemiæ vsus est signum reprobationis

Ego quidem nullum signum externum noui magis efficax, ad dignoscendum quis sperare debeat beatitudinem cælestem, quàm frequentiam Psalmodiæ. Sicuti ex procliuitate ad blasphemias euomendas, argumentum vehemẽs ducunt Sapientes æternæ perditionis & reprobationis, cùm stigmate reproborum sint notati blasphemi: nam blasphemia est cibus proprius damnatorũ ob peruersam ipsorum, & auersam à Deo & Sanctis voluntatem; ita ex promptitudine & inclinatione ad diuinas laudes, licet concludere magnum æternæ prædestinationis argumentum, quia laudes diuinæ erunt perpetuus cibus Beatorum in cælo; sicut & ex loquela cuiusque hominis, quamuis in aliena terra viuentis, facile est cognoscere illius nationem, & patriam.

D. Thom. 2. 2. q. 13. art. 4.

Psalmodiæ studiosiores altiorẽ gloriæ gradum obtinebunt.

Ausim dicere, quòd huius Hymnodiæ studiosiores maiori & sublimiori aliquo priuilegio in ipsa

ipsa beata gloria sint à Deo remunerandi: nec putarem id hyperbolicum, aut incongruum, cùm restatum omnibus sit, diuinarum laudum studiosos præcipuis alijs fauoribus & gratijs à Deo in hac vita decorari. cuius rei veritatem non in alio, quàm in ipso Hymnographo, conspicere possumus. Hic, sicut in Hymnorum decantatione fuit studiosissimus, ita insignes à Deo retulit felicitates, nimirum temporales, gratuitas, spirituales, & æternas. Inter temporales connumerandæ sunt victoriæ & triumphi de hostibus pluries reuecti, diuitiæ item immensæ auri & thesaurorum, proles numerosa, Regnumque florentissimum ac glorioſissimum. Inter gratuitas adest spiritus prophetiæ insignior præ ceteris Prophetis, quo præcipua nostræ religionis mysteria prædixit, & cecinit, potiùs quasi Historicus, seu Euangelista, quàm Propheta. Inter spirituales recensendus est meritorum sublimium cumulus, quibus meruit esse, quoad carnem, pater Christi Domini; quatenus iste ex illius regio sanguine fuit progenitus. Inter æternas tandem collocanda est anticipata resurrectio ante communẽ omnium resurrectionem. Censent insignes Ecclesiæ Doctores, vnà cum Christo ipso, cuius glorioſam Resurrectionem iam antè verbis apertis, & à sancto Petro in testimonium adductis, præuiderat, & prædixerat Psalmo 15. Dauidem resurrexisse, & præueniſſe aliorum resurrectionem. Quod priuilegium si verum est, profectò non modicum fuit. De cuius veritate non est hîc à me disputandum, cùm locus id non postulet, sed data hac hypothesi asserendum est, noluisse Deum, quòd instrumentum adeò nobile suarum laudum, quale

Dauidis felicitates & priuilegia singularia, ob studium Hymnodiæ.

Dauidẽ rẽsurrexisse cum Christo censent multi.

Actor. 2. D. Auguſt. Epiſt. 99. Sophrõ. de Assumpt. Virginis. Val. Episc. in Psal. 5. Pineda in Iob 19.

fuit corpus Dauidis, tam diu in terris expectare vitam perfectam æternam, sed quàm primùm transferri voluit ad easdem laudes continuandas.

Potero saltem asserere liberiùs, quòd in patria beata isti Hymnodiæ studiosi audientur adhibere Hymnos in terris decantatos, iuxta doctrinam Theologorum dicentium cum S. Thoma, in cælo post resurrectionem canendas esse à Beatis Dei laudes voce corporali, sicut etiam docet Hymnographus dicens: *Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis, exaltationes Dei in gutture eorum.* Nec dissentiunt visiones aliquando factæ mortalibus à vita functis Beatis. Vnum tùm afferam exemplum à Guilielmo Baldesano descriptum in Historia Thebæorum. Quædam nobilis matrona Agauni, vbi celebre monasterium & Templum extat S. Mauritio insigni Thebæorum Duci extructum, vnicum filium Monachis tradiderat educandum, & instituendum bonis moribus & doctrina. Puerulus ibi sicut ætate, ita in omni honesta disciplina progressus in dies faciebat magnos; imò & monasticum edoctus cantum, vnà cum illis Religiosis in choro Hymnos & preces canebat suauissimè. Ecce in ipso puentiæ flore febri correptus obiit. Mater afflicta sciebat quasi à Templo, vbi defunctus filius iacebat sepultus, auelli; saltem quotidie ad idem Templum veniens, super sepulchrum amarissimè flebat, tempore diuinorum præsertim officiorum veberiores emittebat lacrymas, quia inter cantantes Monachos in choro non ampliùs suauissimam filij vocem sibi audire licebat. Cùm diu perseueraſſet in hac fletus frequentatione, victa aliquando magnitudine afflictionis, somno correpta obdormi-

D. Thom. loco cit.

Psal. 149.

Guilielm. Baldesan. l. 2. Hist. *Puerorum institutio in Monasterijs.*

obdormiebat. In eo somno ecce sibi adstare videt S. Mauritium, illius Templi patronum, verba hæc proferentem: Cur affligeris mulier? cur tandem finem lacrymis non imponis? cui illa: A fletu numquam potero cessare, donec vita supererit, quia vnicum filium meum amisi. Addit S. Mauritius: Noli flere in posterum, quia filius tuus licet mortuus mundo sit, viuit tamen in cælesti patria, & hoc sit tibi signum: Crastina die studeas conuenire ad Preces matutinas, nam vocem filij inter Monachos cantantes obaudies; eodemq; poteris perfrui commodo, quoties ad diuina Officia in hac Ecclesia meo nomini dicata conuenire tibi licebit. His dictis euanuit visio, & excitata mulier domum reuertitur, expectans magno animi desiderio matutini temporis horam, sperans effectum hesternæ visionis. Ad primum campanæ ictum pro Officio matutino mulier veniens ad Ecclesiam, expectat initium Officij, & ad prima verba Antiphonæ audiens vocem filij suauissimam, reddita est certa de salute & beatitudine prolis, & ad frequentiorem diuinorum Officiorum assistentiam facta est studiosa, vt sæpiùs filij carissimi voce delectaretur. O Felices Hymnodiæ studiosos, quibus parata est beatitudo æterna, cuius pignus est cantus huius vitæ!

CAP. XII.

Dei cognitionem amoremque gignit augetve Hymnodia.

EX Hymnorum frequenti vsu plurima bona nobis spiritualia & temporalia prouenire sic-

ut certum est, ita non erit inter postrema collo-
D. Thom. 2. 2. q. 91. art. 1. candum illud quod ab Angelico Aquinate, dum de materia diuinarum laudum copiosè differi offertur, nimirum amor tum Dei tum mandato-
Amor Dei ex Hymnorum vsu cõparatur. rum ipsius; quia ex frequentatione laudum ina- descit animus, & excrescit affectus in Deum lau-
datum, iuxta promissionem ab ipso Deo factam omnibus suarum laudum studiosis per Hymno-
Psal. 49. graphum: *Sacrificium laudis honorificabit me; & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.* quasi dixerit: Quicumq; laudibus suis me honorificare stu-
duerit, maiorem inde acquiret erga me dilectionem, quia ego me illi manifestabo, & communicabo. Ex quo affectu addit D. Thomas ori-
longationem ab exterioribus obiectis, quæ De amorem impedire conantur; quia eò magis sepa-
ratur animus à creaturis, quò magis afficitur ad Creatorem, iuxta aliam Dei promissionem per
Isaiæ 48. Prophetã Isaiam suis laudatoribus factam: *Laus de mea infrenabo te, ne intereas.* Et quod melius
Qui Deum diligunt, eius laudes frequentãt. est, amor iste ex cantu Hymnorum hausti acui desiderium, & voluntatem magis magisq; laudandi Dilectum suum. Tali sunt ordine compa-
rata huiusmodi studia, vt cantus Hymnorum ex-
citet affectum, affectus excitatus prouocet can-
tum, & alter alterum mutuò gignat, & promo-
ueat.

Hos affectus & effectus licet cuilibet obserua-
re, etiam in alijs occupationibus ad vitæ ciuilis
informationem directis. Solebant rerum publi-
Leges ciuiles discebãtur cantu. carum Moderatores apud Græciam, vt populos ad proprias cuiusq; Reipublicæ leges maiori af-
fectu obseruandas facilè & suauiter instituerent,
graui Decreto præcipere, vt à iunioribus sæpè de-

cantaren-

cantarentur promulgatæ leges, putantes, quòd vsu talis melodiæ tum affectus tum memoria magis firmaretur. Insigne Cretensium Decretum super hac re describit Ælianus: *Filios*, ait, *ex liberis parentibus ortos iussos esse addiscere leges cum melodia & concentu.* eò quòd pueri facilius memoriâ complecterentur, propter musicæ voluptatem, ea quæ discebant, & facilius etiam abstinerent ab illarum transgressione. Post leges Principum, tenebantur iidem pueri eodem ritu cantus discere Hymnos tum in honorem Deorum factos, tum virorum fortium egregia facta narrantes. De hoc canendi more testimonium reddit Philosophus in Problematibus suis, & Plato in libro Legum. Quibus concinit D. Ambrosius in ea verba Dauidis, *Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ*, dicens: *Quæ benè tenemus, cantare consueuimus; & quæ melius cantantur, melius nostris adhærent sensibus.* Ex quibus verbis duo elicio ad rem nostram apta, nimirum, quòd cantus adiuuat animi affectum seu sensum, & affectus incitat ad cantum. Alterum est, quòd qui meliùs cantant, ostendunt se esse in Deum meliùs affectos; qui autem magis diligunt, sæpiùs cantum frequentant, quasi ruminantia animalia, quæ cibum apprehensum iterùm degustant, pluries ad dentes reuocando eumdem cibum iam deglutitum. Praxim horum affectuum attendere possumus in Hymnographo, qui sicuti artem callebat musicam, eamque vsurpans frequentabat ad Deum suum celebrandum; ita ex cantus frequentia maiores in Dei amorem progressus faciebat, & ex amoris incremento excitabatur ad cantus eiusdem

Cantus memoriam iuuat.

Aelianus lib. 2. Var. Histor. cap. 29.

Aristot. in Problem. Sect. 19. Probl 28. Plato lib. 2. de Legib. apud Euseb. lib. 12. Præp. c. 14. D. Ambr. in Psal. 118.

Quæ diliguntur frequentiora sunt in ore.

dem iterationem, imò perpetuam continuatio-
nem: nam Psalmo 103. in medio cantu, quia di-
lectionis ardor excreuerat, testatur se numquam
à cantu isto cessaturum, donec vita esset superst-
& ex cantu sibi promittit varios effectus exulta-
Psal.103. tionis & delectationis in Deum dilectum: *Can-
tabo Domino in vita mea, psallam Deo meo quam
diu sum.* ecce promissio perpetui cantus, licet a-
reà plurimùm ceciniſſet. Tandem sibi promit-
Ibidem. alios effectus in corde suo: *Iucundum sit ei el-
quium meum, ego verò delectabor in Domino.*

Cognitio Dei confert beatitudinem mortalibus.

Ex hac dilectionis acquisitione ortum habe-
Dei maior cognitio, in qua mortalium beati-
do consistit, iuxta illud Domini nostri Salua-
ris pronuntiatum: *Hæc est vita æterna, vt cogno-
scant te Deum verum, & quem misisti Iesum Chri-
stum.* cui pronuntiato concinuerat Propheta Ie-
remias, docens omnem mortalium gloriam fa-
Ierem.9. tam esse in Dei cognitione: *Non glorietur sa-
piens in sapientia sua, non glorietur fortis in for-
titudine sua, non glorietur diues in diuitiis suis; sed
in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me.* Et

Dei cognitio præstat omnibus mundi bonis, diuitiis, sapientiæ & dignitatibus.

quòd in nullo ex illis tribus bonis quæ mundus
solet admirari, imò adorare, quasi apta obiecta
veræ gloriationi, sapientia, potentia & diuitiis
Dei sententia, non consistit vera gloria. Si quis
maiori esset præditus sapientia quàm Solon, Ti-
Numa, siue etiam Salomon; si quis maiori po-
leret fortitudine & viribus quàm Iulius Cæsar
siue Alexander, siue Hercules; si quis amplio-
bus potiretur diuitiis quàm Crœsus, aut Crassus
non ideò poterit verè gloriari: nam ista apud
Deum nihili fiunt, sed magis æstimatur vnica
diuinæ cognitionis gradus quàm thesaurorum
omnium

omnium coaceruatio, quàm potentiæ amplitudo, quàm scientiarum omnium possessio. *In hoc glorietur, qui gloriatur, nosse me.* Ex Hymnodiæ igitur vsu tantum nobis bonum tantamque gloriam proficisci testatur non semel Dauid, qui id in se expertus dixit ad Deum suum: *In quacumque die inuocauero te, ecce cognoui, quoniam Deus meus es.* quasi dixerit: Ego quidem licet ex oratione & Psalmis, dum inuoco te, multa semper referam beneficia insignia, quod tamen mihi frequentius experior, quódve carius reputo, est certissima comparatio noui luminis ad te Deum meum cognoscendum; quòd scilicet verus Deus meus sis, omne bonum meum, Deus, inquam, meus, & omnia, vti posteà cognouit & confessus est Seraphicus Franciscus. In hac cognitione iucundabatur cor Dauid, deliciabatur Franciscus. Psal. 55.

Ex colloquio Dei animus reportat lumen & ardorem.

Si ad colloquendum cum Deo in Hymnis quales decet accederemus, certi sumus, quòd inde tantas ardoris flammas splendorisque radios reportaremus, vt quasi tot soles populis, qui nobiscum agunt, videremur. Nouimus aliquando seruum Dei Moysem, qui à Deo constitutus fuit primum Sacerdotum exemplar, postquam è consortio Dei habito per orationem in monte rediit ad populum, emisisse talem radiorum coruscationem à facie, vt Israëlitæ intendere non possent in illam. Eamdem felicitatem lucis & ardoris visam esse in Domino nostro Seruatore narrant Euangelistæ, dum ab oratione descenderet ad discipulos de monte Thabor, tunc enim resplenduisse dicitur facies eius sicut sol. Quia in Ecclesia nostra viget Hymnodia, quæ ardoris amorem & cognitionis splendorem confert dignè psallentibus, Exod. 34. Matth. 17. Luc 9.

Apoc. 12. *Ecclesia est mulier illa sole vestita visa à Ioanne.*

bus, forsan visa est à Ioanne in Apocalypsi ip
Ecclesia amicta sole, coronata stellis, & calce
luna. His duabus perfectionibus donatur à D
laudibus celebrato Ecclesia sponsa. Ad quod
gnificandum, non modicum confert ipse ordo
numerus horarum Hymnodiæ adscriptus. N
septem horæ diuino datæ Officio septem com
rari possunt cæli Planetis, per quos vniuersus
ferior orbis regitur atque disponitur in suis
fectibus, maximè ad vitam vegetantem & a
malem pertinentibus. Vnde possumus asser
quòd, siue in Ecclesiam siue in ministros, de
uatur ab his septem mysticis Planetis Hor
Canonicarum lumen & calor, lumen cogn
nis & calor amoris, in quibus duobus effect
vita spiritualis consistit & durat.

Hora Canonica septem sunt mystici Planeta.

Psalmi sunt thesaurorũ fodina.

Qui cupit in Dei cognitione & amore proc
re suauiter, dignè, vel saltem non indignè, s
quentet sacram Hymnodiam. Ex hac, quas
fodina copiosa, eruet thesaurum non auri
gemmarum materialium, sed affectuum & co
nitionum spiritualium, quæ super omne aur
& super omnem gemmam æstimantur à Dau

Psal. 118. *Dilexi mandata tua, super aurum & topa*

Qui aliquando à Deo donabitur opportuni
tiæ auxiliis, inueniet huiusmodi thesauros co
tionis & ardoris, omnia enim verba Hymno
valida & efficacia sunt ad Dei cognitionem &
lectationem excitandam. Hæc Hymnodia est

Hymnodia vsus est torcular diuini amoris.

lud celebre torcular in vinea patrisfamilias e
ctum ac positum, quo suauissimum diuini am
ris mustum exprimitur in corde psallentium.
que psallentes ad vberiorem huius pretiosiss
musti expressionem frequentiùs excitentur &
liciam

liciantur, voluit Deus quosdam Psalmos, insigniores præsertim aptioresque ad huiusmodi amoris actus eliciendos, inscriptum ferre pro titulo proprio nomen *torcularis*, vt conspicere licet ante Psalmum 8. qui, vt statim dicemus, flammas emittit amoris; item ante 80. qui diuini amoris feruet iubilo; & ante 83. qui eiusdem amoris renouat affectus, suspiria, lacrymas. inscribuntur enim isti Psalmi hoc titulo, *Pro torcularibus*. Nos certè stulti declarabimur coram Deo, cum temporis horas, dies noctesque insumamus in voluminibus versandis, vt diuinarum perfectionum cognitionem assequamur, nec amplectamur, quæ habemus ad manum, media aptiora & faciliora ad hunc finem obtinendum. Experientia docet quotidiana, quòd nec à disceptationibus, nec à lucubrationibus, nec à quibuscumque scholasticis exercitationibus obtineatur ea cognitio (sermo est de effectibus, qui vt plurimùm eueniunt in hac re) ad diuinos commouendos ardores opportuna, quam animi virtutis sectatores concupiscunt, & quærunt. Ex scholis, vt plurimùm, tum præceptores tum discipuli hauriunt Dei ac diuinorum cognitiones quasdam frigidas, languidas, ieiunas, sistentes in solo intellectu, qui huiusmodi delectatur curiosis illustrationibus, quæ voluntatem non afficiunt: at in cantu Dauidicorum Hymnorum, quasi in ardentissima fornace, inuenit animus pius tot flammas, quot verba ignem amoris spirantia, voluntatem & cor canentium inflammantia. Si quorumdam psallentium animus nullum nihilominùs sentiat ardorem ex cantu Hymnorum, id non Psalmorum modicæ virtuti, sed sui ipsius

ineptæ

ineptæ disposition eſt tribuendum. Sicut neq
ligna, quamuis combustioni sint destinata à
tura, statim ignis applicati vim experiuntur
cacem, nisi priùs sint opportunis præparata q
litatibus. Multi psallentes de se ipsis poterun
berè vsurpare verba illa quæ diuus Bernardu
sensu humilitatis de se ipso pronuntiabat: *Co*
cauit me Deus in loco voluptatis, in domo ver
tis, in paradiso deliciarum; ego verò miser &
serabilis inter mensas epulantium fame pereo, m
ta fontem sitio, ante ignem algeo, & ad neutr
manus extendere volo, tam piger sum & desid
Verè quot ex religiosioribus Ecclesiasticis
sua, pigritia & ignauia sua priuantur variis
mibusque cognitionibus & illustrationibus, v
item ignitisque animi affectibus, quos facilè
sent obtinere, si Hymnodiam ritè frequenta
Sæpè dum simpliciores ardent, sapientiores
gent; dum illi conuiuantur, isti famescunt &
tiunt. Vtinam ad nos ipsos aliquando redea
cognoscentes nostras miserias, & tandem ad
ros cognitionis & amoris diuini fontes deu
statuamus.

D. Bernardi humilis sensus.

D. Bernard. lib. de Consider. c. 35.

Fontes diuini amoris viuos, veros iugesq
benter appello Psalmos Dauidicos; quia a
obiiciuntur menti omnia illa obiecta quæ
morem excitandum in voluntate sunt oppor
Tria docebat diuus Ioannes Chrysostomus
amoris principia (quæ in re minimè discrep
duobus principiis, seu fontibus, quæ tradu
à Philosophis, sed eadem continent) pulch
dinem, beneficia & amorem: hæc, inquam,
sicuti in Deo vnita esse quisque fatebitur,
Dauidicis verbis tanta obiiciuntur claritate
lent

D. Chrysostom. in Psal. 41. *Amoris tria principia.*

lentibus piis, vt animus nequeat ab amoris vi subtrahere seipsum. Et quidem quod attinet ad pulchritudinem, nullus aut Pictor egregius suis coloribus, aut insignis Orator sua eloquentia describere vmquam valebit pulcherrimas diuinæ naturæ dotes ea felicitate ac facilitate, qua in suis Hymnis describit & exhibet Hymnographus. Qui probè nouerunt corporum pulchritudinem non in vna tantùm simplici qualitate, sed in ordinata quadam & concinnè disposita plurium tum colorum, tum partium, tum lineamentorum aggregatione esse sitam, intelligent quoque tum in quibus rebus constituenda sit pulchritudo in re spirituali, præsertim in diuina natura, nimirum in plena omnium perfectionum, quas Attributa vocant Theologi, aggregatione, absque vlla imperfectionis leuissima macula, siue vmbra; tum etiam vim descriptionum quas Dauid oculis obiicit psallentium: numquam enim de Deo profert verbum, quin aliquam eius celebret perfectionem ab omni imperfectionis suspicione liberam atque immunem. Passim, ac ferè in singulis Hymnis, modò potentiam extollit nullo neque loco, neque tempore neque re circumscriptam, nulli obnoxiam labori: nam *ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt, omnia* faciens *quæcumque voluit in cælo, in terra, in mari, & in omnibus abyssis.* Modò sapientiam recolit nulli expositam ignorantiæ, siue obliuioni; omnia perlustrantem, etiam corda & renes; omnia cognoscentem, nouissima & antiqua; nullis obrutam tenebris, sed semper in luce, noctesque reputantem sicut clarissimam diem; hominum consilia & cogitationes de longè, & antequam

Pulchritudo diuinæ naturæ qualis.

Potentia Dei quanta. Psal. 148.

Psal. 134.

Sapientia Dei qualis.

quam fiant, intelligentem ; cuius nondum fu-
rit nec sit futurus certus numerus, nec determ-
natus finis. Aliquando imperium ac maiestat-
celebrat , cuius magnitudo , latitudo , felicit-
absque limite cælum , terras , abyssos & tempo-
complectatur ; cuius gloriam enarrent cæli & fir-
mamentum ; cuius sublimitatem loquantur om-
nia opera omnesque Sancti ; cuius dominatio a
omnia sæcula , & ad omnem generationem sit l-
tissimè diffusa. Aliquando æternitatem propon-
cuius nullum vmquam fuerit initium , & nihil
minùs ab ipsa originem sumpserint cetera omn-
siue in cælis, siue in terris, siue subtus terrã exis-
tia ; nec vmquam sit visura finem, sed eadem p-
manſura semper sine vllo annorum defectu, im-
& sine vlla temporis in seipsa successione. Mod-
sanctitatem purissimam, pietatem suauissimã, m-
sericordiam absolutissimam , veritatem firmiss-
mam , fidelitatem inuariabilem , prouidentia
copiosissimam , bonitatem dulcissimam , nom-
tandem, oculos , verba , manus , gressus , cogit-
tiones , affectus , consilia , mandata , opera p-
fectissima proponit , & dignis exaltat præconi-
vt inde concipi debeat Deus iste pulcherrimus &
maximo dignus amore ; cui meritò , ob illam
præcipuam causam tam excellentis pulchritudi-
nis , omnes animi generosi seipsos perfectè de-
uoueant , eiusque suauissimo amori regendos tra-
dant , dicentes : *Specie tua & pulchritudine tu-
intende , prospere procede , & regna.* Animus nam-
que pius has expendens perfectiones , vim si-
nouit inferri , vt se tantæ pulchritudini totum m-
signet. quod corporum pulchritudini nonnull
adscripsere dicentes , eam esse humani cordis ty-
rannidem

Imperium Dei quod.

Dei æterni-tas quæ.

Psal. 44.

Pulchritu-dinis vis magna.

rannidem ſuauem; quia ferè cogat & rapiat ad ſe intuentium oculos & affectum, id meliùs atque perfectiùs experiuntur piſ pſallentes in vſu Hymnodiæ: nec enim cohibere ſeipſos valent à ſuſpiriis aliiſq; vehementioribus affectibus erga hunc cognitum pulcherrimum Deum, quem Hymnorum deuoto cantu concelebrant.

Beneficiorum valida vis ad amorem.

Beneficiorum item ad conciliandum amorem vim nullus poterit negare. Solent enim, vt omnibus notum eſt, beneficia, quaſi validiſſimæ catenæ, animum, etiam nolentem, ad amorem pertrahere benefactoris. Quid quæſo obtinebunt in animo iam volente? quid in amante? nouerunt omnes, quòd Dauid ſibimet præſcribebat grauiſſimo decreto iugem diuinorum beneficiorum recordationem, vt validiùs excitaret animum ad varios amoris actus erga ſuum benefactorem, dicens: *Benedic anima mea Domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius.* Pſal. 102. enumerans deinde celebriora ſibi ab eo collata beneficia: *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis; qui ſanat omnes infirmitates tuas; qui redimit de interitu vitam tuam; qui coronat te in miſericordia & miſerationibus; qui replet in bonis deſiderium tuum.* Ibidem. Quod magis oſtendit hanc veritatem illud eſt, nempe præcipuos Pſalmos, ferè dixerim omnes, continere pro acceptis beneficiis varias benedictiones & laudes Deo benefactori oblatas, quemadmodum alio diximus loco. Recoluntur enim frequentiſſimè beneficia ſiue gratiæ, ſiue naturæ, ſiue omnibus communia, ſiue populo Hebræo particularia, ſiue Synagogæ ſiue Eccleſiæ præſtita, ſiue Dauidi propria, ſiue cuilibet iuſto opportuna, ſiue antiqua ſiue recentia. Hæc, inquam, beneficia li-

bens ac frequens recolit S. Dauid, tum vt ben
uolo suo Benefactori rependeret grates, tum
seipsum magis magisque excitaret ad eum di
gendum & colendum. ad quam rem ipse al
Psal. 12. quando cecinit: *Exultabit cor meum in salut
tuo; cantabo Domino qui bona tribuit mihi, & ps
Psal. 58. lam nomini Domini altissimi.* aliàs autem: *Ego a
tem cantabo fortitudinem tuam, & exultabo ma
misericordiam tuam. Quia factus es susceptor m
& refugium meum in die tribulationis meæ. Adiu
meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es, De
meus misericordia mea.* Quare psallentium me
cùm passim habeat obuiam beneficiorum di
norum recordationem, verbis opportunis a
morem eliciendum propositam, quomodo
excitabitur ad actus dilectionis erga talem Be
factorem? neque lapides ipsi, quamuis dur
mi, possunt latentem continere ignem, si fe
alicuius validis pulsentur ictibus. Cogitur cer
animus quilibet, etiam frigidus (si attentè cu
quæ lingua profert) tantorum recordatione be
neficiorum quasi validissimis ictibus pulsat
emittere actus dilectionis ignitos, saltem simi
les, si quandoque etiam non ardentiores iis qu
Psalmus offert decantatus.

Amor tandem amorem & exigit, & elicit. Sun
qui diligunt, diligi vtique merentur, & debe
ita qui cognoscit se diligi, cogitur diligentem di
ligere. Hinc illa Platonicorum regula pro schol
Amor parit amorem. amoris: *Si vis amari, ama.* illa item D. Augusti
ni celebris sententia: *Magnes amoris, amor.* Cùm
itaque certi sumus de diuina erga nos dilectione
quæ semper nos & præuenit & excitat, nequ
1. Ioan. 4. enim, iuxta doctrinam dilecti Apostoli Ioannis
nos

nos diligeremus Deum, nisi prior ipse diligeret nos; certissimè quoque nouimus, hunc diuinum erga nos amorem sæpè sæpiùs nobis à Dauide personam modò propriam, modò Ecclesiæ, aliquando iustorum agente, in suis Hymnis commendari: nam omnes Psalmi describunt Deum tali ac tanto erga nos amore ardentem, vt cogitationes, consilia, affectus, cor, voluntatem, potentiam in eorumdem felicitatem defixerit. Hinc voces illæ tenerrimi affectus Deum compellantes benignum, suauem, dulcem, rectum, misericordem, passim vsurpatæ. Hinc aliæ non dissimiles voces, forsan etiam suauiores, pronominis *mei*, additi nominibus Dei, *Deus meus, refugium meum, virtus mea, fortitudo mea, pater meus, Rex meus, saluator meus, liberator meus, redemptor meus, susceptor meus, adiutor meus, gloria mea, spes mea, misericordia mea, pars mea, Deus cordis mei.* Hinc illæ lacrymæ ac suspiria anhelantis ad vnionem huius diuini amantis: *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum; ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus?* Hinc voces illæ admirantis tantam Dei suauitatem erga nostram exaltationem: *Domine Dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! Quid est homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulominùs ab Angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.* Quomodo itaque animus deuotus inter tot amo-

Psal. 41.

Psal. 8.

ris diuini voces, imò flammas constitutus, p
terit earum vim minimè experiri? quomodo n
eliciet eosdem amoris actus à Dauide exhibit
sicut profert eadem verba ab ipso prolata? qu
modo non excitabitur ignis psallentium ab ig
Psalmorum? Nouerunt practicè hos effectus
illi psallentes, qui alacres chorum frequenta
inuiti ab eodem abstrahuntur. Nouerunt, q
huiusmodi sanctorum affectuum degustata d
cedine, lambebant labia, quasi colligentes di
ni amoris reliquias ex præcedente cantu ori i
pressas, vti de Seraphico Francisco testatum p
diderunt Scriptores. Nouerunt, qui graui d
to sanciuere, Psalmodiam esse opus Dei co
quibuscumque operibus à Religioso viro pr
rendum, quemadmodum iam diximus fuis
sancto Patriarcha Benedicto sancitum. Hæc
percipiunt, qui communem in choro Psalm
diam refugiunt, nimis addicti aliis studiis, q
iactant præferenda huic sanctissimo operi D
qui item verbo scriptisque docere haud erub
scunt, in vsu Psalmodiæ veros actus dilectio
non exerceri, putantes sibi tantùm ac suis oc
pationibus apertos effluere diuini amoris fo
psallentibus autem in choro esse clausos a
siccos. Pugnant istæ doctrinæ cum sensu
nium insigniorum Doctorum, qui de re spir
li scribentes, vt animos diuini amoris cupido
forment circa modum faciliorem peruenie
ad aliquem huius sanctæ dilectionis gradum,
progrediendi in eiusdem acquisitione, vel ill
magis magisque augendi in infinitum, suad
vsum selectiorum Dauidis Psalmorum, qu
uis priuatum; cùm tamen, vti sumus in ter
Libr

Libro dicturi, publicus cantus rectè expletus pluribus præstet perfectionibus priuatæ recitationi. Pugnant huiusmodi doctrinæ cum ipsa veritate, quæ luce meridiana clarior innotescit ex sola cognitione Dauidicorum verborum, quæque non nisi à maximè cæcutientibus, vel aliqua passionis caligine oppressis potest negari. Qui nulla premuntur passione, rectè ac sincerè ratiocinantes dicunt, Hymnos Dauidicos esse Cantica verè amantium Deum, directa ad Dilectum, plena suspiriis, accentibus & affectibus, frequentata nocte, summo manè, meridie & vespere, ne isti erga dilectum Deum sint inferiores amantibus profanis, qui dilectas creaturas studeant canticis honorare, ac salutare musicis.

Libro III. cap. XVII.

Psalmi sunt Cantica amantiũ Deum.

Huius generis amor ex sacris haustus & nutritus Hymnis, non semper otiosus latet in corde psallentium piorum, sed viuidus & efficax opportuno se prodit tempore, varia præbens signa sui ipsius: quapropter non tantùm varios elicit actus erga Deum, quem impensè colit; sed propter eumdem Deum, ad proximi spiritualem vtilitatem impigrè curandam se conuertit, tradens quoque, si vrget necessitas, animam suam pro eodem proximo. Hic amoris effectus, iuxta regulam à Domino nostro Seruatore traditam, est supremus sanctæ dilectionis gradus: *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis*. In quo genere altissimæ dilectionis resplenderunt omni ætate, & in dies resplendent, Religiosorum ordines, vitam mixtam & publicam in choro Hymnodiam profitentes. Possumus hoc loco testificari, quæ ab huiusmodi Religiosis pro beneficio spirituali proximorum

Ioan. 15.

exhibita sunt anno proximè elapso M. DC. XX
dum funestissima pestis Mediolani, ac in tota
rè Insubria, ac in aliis proximis ciuitatibus gr
faretur, quæ plura centena depauit homin
millia. Cognouerunt ista loca, imò & plura
stata sunt caritatem quam viderunt haud medi
crem in omnibus prædictis Ordinibus: in
quos, si licet aliquid de nostro Clericorum R
gularium Paulinorum dicere particulare, scim
præter eos, quos ad hoc pium caritatis offici
erga peste laborantes præstandum elegerant S
periores, alios quàm plurimos generosè sci
sponte per litteras, & coràm obtulisse admo
Reuerendo nostro Patri Præposito Generali,
niam postulãtes omnem suam operam præst
peste infectis. Quare ipsemet Pater Generalis
sua epistola, quam hoc tempore ad vniuersam
psit Religionem, vt omnes nos excitaret ad co
munes Deo fundendas preces, aliaque pie
& pœnitentiæ opera facienda, potuit testari ha
oblationem sequentibus verbis: *At quid fac
an mihi nota haud est illa caritas sancta qua in
stris ardet pectoribus? numquid ego conscius
sum, quàm multi ex vobis, haud sine magna co
latione & ædificatione mea, postulaueritis à m
niam Sacramenta sancta ministrandi & inser
peste laborantibus? quamobrem ego statui sup
dere adhortationibus, cùm vos videam adeò exci
tos & feruidos, vt multis potiùs freno quàm stim
sit opus.* Qui itaque hanc obtinuerunt veniam (q
minimè pauci fuere) strenuè in hoc caritatis o
ficio laborantes, aliorum salutem amori propr
vitæ prætulerunt. Horum multi, nimirum vi
viginti, intra caritatis brachia, cuius opus exerc
ban

Sæuissima pestis Mediolani anno M. DC. XXX.

bant, ad cæleſtem, vti piè credimus, vitam ſunt tranſlati: alij à contagioſo morbo, quem contraxerunt, conualeſcentes, ſunt, ad maiorem meritorum comparandam ſibi copiam, à Deo reſeruati. Exigere alicui videbitur hic locus à me, vt explicem, quomodo Hymnorum cantus, qui ad Religionis ſpectat virtutem, poſſit adſcribi caritati: verùm quia de hac re iterùm redibit ſermo opportunior, cùm à calumniarum falſitate Hymnodiam vindicabimus, ad eum differam locum hanc explicationem. In præſenti ſatis ſit oſtendiſſe maximos progreſſus, quos in cognitione & dilectione Dei acquirenda offert rectus Hymnodiæ publicæ vſus. Eod. Libro cap. XXII.

CAPVT XIII.

Hymnodia eſt communium calamitatum validum præſidium.

TANTA eſt Hymnodiæ vis apud Deum, vt illam ſemper vſurpauerint omnes viri pietatis cultores tempore graſſantium calamitatum, ſiue belli, ſiue incendij, ſiue peſtis, ſiue nimborum, ſiue quarumcumque malignitatum mortales infeſtantium; quod nunc à nobis videbitur, niſi in omnibus, ſaltem in præcipuis calamitatum generibus, quæ aliquando Rempublicam fidelium exagitantia fuere à piis animis Hymnodiæ vſu penitus ablata. A bellorum exordiar calamitate, quæ ſemper inter grauiores humani generis afflictiones primum ſibi vſurpauit locum, ſed Hymnorum pio vſui coacta eſt ſtatim cedere. Id vidimus in antiqua Eccleſia. Narrat ſacra Hiſto- 2. Par. 20.

Bellorum incommoda ſunt ceteris grauiora.

ria, quòd regnante Iosaphat verè pio sanctoque Principe, cùm res Hebræorum in magno esset salutis discrimine posita, ob inopinatum aduentum trium potentissimorum Regum cum suis exercitibus in terras Israëlitarum, tunc graui instituit Decreto piissimus Rex, ne certamini committerent, nisi præmissa suaui & pia ad Deum Hymnodia, confisus hoc præsidio magis quàm viribus propriis. Decretum expleuit præmittens Cantores & Psaltes, qui ante congressum exercituum laudantes Deum voce consona dicerent Psalmum illum: *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.* Quo expleto, orta est in exercitibus hostium talis confusio, vt vnusquisque conuerteret gladium, quem contra Israëlitas parauerat, in cædem fœderatorum, non sine magna sancti Regis Iosaphat admiratione: qui, ne tanti beneficij à Deo obtenti deperiret memoria, voluit quòd locus ille, non ab hoste deleto in posterum nomen sumeret, quemadmodum ab aliis Principibus decretum esset, sed ab Hymnodia ibi vsurpata diceretur *Vallis benedictionis*; quia Hymnis Deum benedicentes inuocarunt, à quo victoriæ obtinuerunt euentum. Dum in illo populo tunc fideli vigor huius piæ institutionis vsus, omnes bellorum euentus feliciter succedebant: tunc videbatur Deus omnem populi sui assumere sibi causam, & pro ipsis bellum gerere, & ad exitum ipsis felicem perducere, vt proinde euulgatum iam per orbem esset, quòd Dominus de cælo pugnaret pro Hebræis, non sine magno omnium gentium pauore, referente sacra Historia, quòd *irruit pauor Domini super vniuersa regna terrarum, cum audissent*

Psal. 105. *Mira victoria cantu Psalmorum obtenta.*

Loci nuncupatio non ab hoste profligato, sed ab Hymnis dictis.

Bella Hebræorum à Deo ipso conficiebantur.

2. Par. 20.

audissent quòd pugnasset Dominus contra inimicos Israël. Hinc liber de Victoriis Hebræorum conscriptus, nomen illud tam honorificum sibi est adeptus, *Liber bellorum Domini.* Verè bella omnia suscitata contra Hebræorum gentem poterant Deo adscribi quoad euentum; quia semper Deus præcipuam aliquam operam suam, ad eorum directionem, rogatus benignissimè præstabat. Ad quam rem facit illa obseruatio Episcopi Abulensis super libros Regum, in quibus præclara bella ab Hebræis confecta scribuntur, dum in Præfatione ait, Deum peculiari prouidentia in bellis Hebræos protexisse: nam aut omne eorum bellum laude dignum priùs à Deo fuit de euentu præmonitum, aut eius initium suasum, aut insigni aliquo miraculo eius progressus & exitus adiutus. Deus præstò erat populo illi, quia Hymnis & confessionibus supplex rogabatur vt adesset, & causam defenderet, & adiuuaret.

Hebræorum nomen erat valdè terrificum gentibus. Num. 21.

Liber bellorum Domini quis.

Abul. Præf. in lib. Reg. q. 6.

Quamuis dubitandum minimè sit, idem Catholicis nouæ Iesu Christi Ecclesiæ Principibus posse euenire, cùm idem verus Deus à nostra colatur Ecclesia, qui antiquæ Hebræorum Reipublicæ præstò erat, iidemque à nobis vsurpentur Hymni Dauidici, qui apud Hebræos erant in vsu; nihilominùs, ne videamur alienis tantummodò niti argumentis & exemplis, afferre nunc libet ex nostris, quæ de piissimo Theodosio Iuniore describit in sua Ecclesiastica Historia Socrates his verbis: *Si quando bellum concitabatur, Dauidis exemplum imitatus, ad Deum confugit* Theodosius, *pro certo persuasus, eum bellorum administratorem esse; precumque subsidio adiutus ea prosperè & feliciter gessit.* Et ne anxij essemus

Socrat. l. 7. cap. 22.

circa qualitatem precum quas Imperator vsurpare solitus erat, præmiserat Socrates, eum in deliciis habuisse Hymnorum cantum, quem vna cum sororibus suis sanctis quotidie primo diluculo singulari explebat deuotione. Quare in progressu addit Auctor, quòd non semel cognita est Dei omnipotentis virtus manifestè pugnare pro Theodosio domi orante contra barbaros hostes & antiqua renouare prodigia, ea præsertim, qua Moyse sanctissimo Duce, Hebræis rubrum Mare traiicientibus, euenisse sacra describit Historia: nam aperta atque exsiccata est exercitibus ab Imperatore missis via per aquas nemini vmquam anteà peruias. Quem euentum omnino tria Historicus precibus piissimi Imperatoris, dicens

Ibid. c. 23. *Itaque preces pij Imperatoris illo tempore ramplurimum momenti habuisse constabat: nam Angelus Dei in habitu & forma Pastoris ducem itineris Aspari se præbuit, & per stagnum Rauennæ adiacens copias eius deduxit, qua via nemo vmquam iter fecisse commemoratur.*

Moyses primus vsus est Hymnis, ad bella hostium conterenda.

Hanc Hymnorum piam institutionem, ad bella hostium conterenda, si ab origine sua deducere libet, inueniemus traditam fuisse mortalibus a Moyse, dum iter ex Ægypto faciens vnà cum populo in libertatem educto, per varios Principum fines pertranstiret. Licet tunc nondum essent Dauidici Hymni, Moyses tamen, diuino actus instinctu, ordinauit ministros in illis solitudinibus qui diuino vacarent cultui: & sicut Arcam arte composuit, cui Deus præsens aderat, quæ dicta est Testamenti; ita coram illa cultus peragebatur diuinus. Quoties mouenda erat de loco ad locum statio, sicuti omnes istæ mutationes mo-

Arca testamenti vsus in deserto. Hebræi per desertũ procedebãt instructi more castrorũ.

fiebat

fiebant castrorum, quemadmodum scilicet solet exercitus procedere rectè instructus; ita antequam Leuitæ Arcam mouerent, ad cuius motum & gressus totus exercitus iter suum dirigebat, instituit Moyses quemdam breuem Hymnum dicendum à Leuitis, quo inuocabatur Dei altissimi super populum per hostium terras incedentem protectio & præsidium: *Surge Domine* (aiebat Moyses cum Leuitis) *& dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua.* Tantaque erat Israëlitarum in hoc Hymno confidentia, vt in ea sitam posuissent omnem suam securitatem ac fortitudinem; vnde & posteà dicta est à Dauide Arca fortitudinis: *Consurge Domine Deus in requiem tuam, tu & Arca fortitudinis tuæ.* super quem locum Lyranus ait: *Dicitur hîc Arca fortitudinis diuinæ; quia fortitudo Dei apparuit per ipsam in Iordanis siccatione, & in Iericho destructione, & in Philisthinorum percussione.* Hæc Arca itaque, vnà cum præmissa Hymnodia, erat gentis Hebrææ fortitudo, quia & inuicta ab hostibus, & de hostibus victrix euadebat.

Num. 10.

2. Paral 6. *Arca testamenti dicitur Arca fortitudinis.* Ios. 3. & 6. 1. Reg. 5.

Ex hac pia consuetudine & institutione Moysis, credidit Abulensis desumpsisse nostram Ecclesiam modum illum verè pium, exordiendi suam Hymnodiam ab inuocatione diuinæ super se protectionis, vsurpando verba illa Dauidica ad initium cuiuslibet Horæ Canonicæ: *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina.* Sic vnaquæque hora ferè dici potest vna statio, ad cuius directionem tutiorem imploratur Deus, vt sua protectione adsit exorantibus, & laudes canentibus, ne ab hoste maligno inuisibili, qui semper fuit osor Dei, impediantur

Horarum Canonicarum initiũ ab illis verbis, Deus in adiutorium meum intende, *vnde desumptũ.*

ab

Chori psallentium sunt Castra Ecclesiæ validissima.

ab officio intento. Certè omnes Ecclesiasticæ personæ, sive viri sive feminæ, in choro canentes sunt exercitus validiores militantis Ecclesiæ, in quibus præcipua Christianæ militiæ nititur vis & potentia. Si quis choros Hymnodiæ deputatos appellaret Castra Dei, non aberraret à modo loquendi Scripturarum sacrarum: nam in Salomonicis Canticis inter laudes nostræ Ecclesiæ, sub nomine Sponsæ significatæ, illa fuit celebrior quam aliàs adduximus: *Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum?* vbi non sine mysterio vniuntur duæ ferè ex diametro oppositæ qualitates, chori scilicet, & castra. Quid commune concipiat quispiam, habere possunt chori musicorum cantantium cum castris exercituum? chorus quidem recipit sonos, concentus & melodias suaues; castra verò tumultus, clamores strepitusque terribiles. Quomodo ista conciliari & vniri possunt absque dissonantia? Huic difficultati facilimè occurretur, si dicamus, in nostris chorus Ecclesiasticis positam esse hanc vnionem: Hymnorum enim cantus dum maiori expletur suauitate tum vocis tum animi, bellum grauissimum vrget contra tartareas potestates nobis semper offensas, & contra hostium visibilium impetum in Ecclesiam & fideles irruentium. Preces itaque Ecclesiæ, quæ cantu explentur, canendo pugnant, & pugnando canunt, & arma sunt ad quamlibet defensionem opportuna; nam & protegunt ab ira Dei.

Cantic. 7.

Oratio piorum ministrorum iram Dei auertit.

Quoties Sacerdotes, Religiosi & Moniales tempore grauiorum calamitatum ad Hymnos deuotè confugiunt, Deum exoraturi, vt iram suam à nobis auertat, opponunt scutum mirabile de-

um

nino furori, ne iaculis acutissimis suæ iræ omnes deleat mortales. Scutum esse Ecclesiasticorum ministrorum orationes, ad populorum defensionem & protectionem, declarauit sacra Scriptura, dum nobis refert modum, quo Aaron iram Dei in populum sæuientis mitigasset, quam sibi irritauerat populus tumultuans, & seditionem commouens. incendium enim à Deo immissum deuorauit statim quatuordecim millia & septingentos de populo. Tunc Aaron vsus fuit clypeo orationis, & Deum placauit: *Proferens* (ait textus) *seruitutis suæ scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finem impositi necessitati.*

Oratio Aaronis scutum populi fuit.

Sap. 18.

Si pestis insurgat quæ deuoret populos, nullum efficacius remedium opponi ab homine potest, quàm feruens Ecclesiasticorum Hymnodia & deprecatio. Hæc pestilentiæ non solùm obtundit, sed penitus aufert vim, quasi dixerim, inflexibilem. Hoc remedio vsus Hymnographus ipse tempore funestissimæ pestis, qua sublata fuerant è vita septuaginta millia Israëlitarum, Deum placauit. magna enim humilitate pronus in terra, Hymnos arripiens orauit, dicens: *Ego sum qui peccaui, ego iniquè egi, isti qui oues sunt, quid fecerunt? vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei.* Solitus erat Rex sanctissimus in omni vel sua vel Regni calamitate aliquem Psalmum ordinare, & decantare, vt Dei auxilium imploraret, itemque post euentum felicem, alium in gratiarũ actionem concinere; nec vmquam sine Psalmis opus vllum aggrediebatur, aut sine Psalmis ab opere perfecto discedebat, vti ex Psalmis quos habemus apertè colligere

Psallentium preces pestilentiam auertunt.

Pestis ablata est oratione humili Dauidis.

2 Reg. 24.

Angeli sancti sunt ministri iræ Dei.

gere licet. Peracta oratione cessauit illicò pestilentiæ strages; nam placatus Deus dicere Angelo percutienti auditus est: *Sufficit, nunc continue manum.* Idem euenisse in nostra Ecclesia tempore Magni Gregorij Summi Pontificis testantur Auctores fide digni. Dum enim pestilentiæ lues Romæ grassaretur, nec vllum superesse amplius videretur naturale remedium, cùm omnia adhibita iam fuissent sine effectu; indicta tandem omnium Ordinum supplicatio, qua omnes ad Hymnorum cantum confugientes, Deum, à quo propter peccata immissum erat flagellum, placatum reddiderunt. In cuius veritatis comprobationem mirabilis accidit visio. Ad finem Hymnodiæ, sicuti videbatur ab omnibus aëris infectio euanescere, ita visus etiam est Angelus in sublimi aëre gladium, quem exertum portabat, in vaginam recondere; & auditus est iubilans intonare Hymnum in honorem sanctissimæ Virginis Deiparæ suauissimum: *Regina cæli lætare, alleluia, quia quem meruisti portare, alleluia.* cui Pontifex sanctissimus respondit: *Ora pro nobis Deum, alleluia.* Et quia hæc suauissima visio facta est super molem Adriani, exinde Castellum sancti Angeli appellata est illa moles, quæ fuit à vsum arcis redacta. Deinceps ille Hymnus vsurpatus est à tota Ecclesia per tempus Paschale, quia plenus est iubilo singulari.

Pestis Romæ precibus sublata.

Canticum, Regina cæli lætare, ab Angelis compositum.

Sigon. l. 1. de Regno Ital.

Ecclesia in suis precibus vtitur Psalmis.

Hinc semper Ecclesia ad Hymnorum vsum, quando exoratura est Deum, confugere studuit, nec sine Hymnis preces aliquas persoluere nouit, siue oret ordinariè, siue extraordinariè exoret, nam Hymnos habet ad quamlibet necessitatem opportunos. Diuus Athanasius, qui in Oriente fuit

fuit acerrimus fidei propugnator, varias grauesque inde passus persecutiones, non ad aliud confugere solitus erat armamentarium, vt se firmo prouideret præsidio, nisi ad Dauidis Hymnos, horum vim sæpè expertus: imò eos Marcellino suadebat tempore calamitatum; vimque præcipuam maximè cognoscebat in Psalmo 53. quem sancta vsurpat Ecclesia quotidie ad horam diei primam: *Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me.* Hortabatur Marcellinum, vt quando vel ab aliquibus quæreretur ad necem, vel alias persecutiones pateretur, Deo confisus; ad hunc confugeret Psalmum, qui fuerat à Dauide compositus tempore suarum persecutionum, quando à Saule quærebatur ad necem, & à Ziphæis proditus, in periculo quasi manifesto versabatur vitæ; sed eo Hymno dicto, mirabiliter euasit saluus. Quando igitur aliqua tribulatione premimur, vtile est ad Hymnodiam confugere, vt Deus laudatus & exoratus, faciliùs adsit propitius & adiutor.

Psalmorum vsus tempore persecutionum.

Psal. 53.

Ausim dicere, si vmquam permitteret Deus (quod absit omnino) Hymnodiæ vsum vel omnino cessare in tota Ecclesia, vel in aliqua Prouincia aut ciuitate, quòd signum esset non obscurum futuræ alicuius magnæ calamitatis. Deus, vti pluries visum est, quando voluit aut delere, aut plaga aliqua magna populos percutere, solitus fuit præuenire seruos suos, eosque ab oratione diuertere, imò & illis præcipere, ne orationes funderent. Punirurus Deus Iudæos, præcepit Ieremiæ seruo suo, ne omnino orationem adhiberet aut Hymnodiam: *Tu noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem* (nempe Hymnos,

Si Psalmodiæ vsus cessaret, res mor. alium periclitarentur.

Deus puniturus populos, impedit orationes ne fiant.

Ierem. 7.

Hymnos, quibus laudatur & exoratur Deus, *non obsistas mihi.* Imò nec vult audire preces supplicationesque Sanctorum in cælo. Ad quam rem facit illa visio ab euentu probata, quam refert Sophronius de Abbate Georgio, qui prænidens, Asia futurum magnum terræmotum, ad orationem confugiens, tentauit placare iram diuinam. Oranti ostensum est, quòd Sancti tutelares illius Prouinciæ eamdem orationem Deo offerrent. Post omnes etiam beata Virgo Deipara suam addidit intercessionem; sed nec Sanctorum nec Genitricis precibus voluit acquiescere iratus Deus. His visis, piissimus Georgius in lacrymas effusus pens deflebat imminentem ruinam. Posteroque die euentus visionem probauit: nam illo magno terræmotu, præcipuæ Asiæ ciuitates, astella, & terræ submersæ sunt. Tueamur Hymnodiæ vsum, Deum enixè exoremus, vt eam benigne aspiciat, sicuti hucúsque dignatus est, ad communem Ecclesiæ vtilitatem, promptè exaudire.

Sophron. in Prato spirituali cap. 50.

Terræmotus non potuit auerti precibus.

CAPVT XIV.

Hymnodia est ciuitatum ac Regnorum robur.

Firmitas Regnorum non diuitiis, non militibus, non muris, non legibus munitur solis.

FIRMITAS illa, qua gaudere cupiunt omnes ciuitates omniaque Regna, ad sui conseruationem, tum etiam maiorem dilatationem, nó ex solis diuitiis auri & argenti, neque ex sola copiarum, neque etiam ex solo multorum exercituum apparatu, aut murorum aggerumque altitudine, neque ex sola optimarum legum & prudentia Magistratuum regimine, neque ex his omnibus præsi-

præsidiis simul iunctis constituitur, sed ab illo vero Deo, per quem Reges regnant, & legum Conditores iusta decernunt, est expectanda & expetenda; alioquin omnia facillimè ruunt, quemadmodum rectè pieque cecinit suis metris diuus Paulinus Episcopus Nolanus:

D. Paulinus in Carmin.

Ipse intra muros turris tibi, qui sine muris
Murus erit; ——

Deus firmitatem tribuit Regnis & vrbibus.

sicuti contrà, quando Deo non adhærent ciuitatum & Regnorum apparatus, leues omnino sunt & facilè euertibiles. Muri ipsi, quamuis marmorei, aut ænei, vel etiam adamantini, tamquam leuis arena facillimè nutarent deiicerenturque, vti nouimus ex sacris Historiis eueniisse plurimis vrbibus. Ierusalem sub Dei protectione viuebat adeò secura, vt muris non egeret. Iericho muris altis mœnibusque vallata firmissimis, ad simplicem tubæ sonum deiecta corruit. Harum vrbium diuersa sors fuit ab eodem sancto Paulino descripta his versibus:

Deus vbi adest sua protectione, ibi securitas.

—— *Perspice qui potiore*
Præsidio fuerint, quos vrbs circumdata magnis
Absque Deo muris, an quos sine mœnibus vrbis
Vallabat socio virtus diuina fauore;
Illam dico vrbem, quam perdidit acer Iesus.

Quare plurimùm valet pius Hymnodiæ vsus, ad inuocandum super ciuitates & Regna diuinum præsidium: non idcircò tamen excludere intendimus alios belli apparatus, qui à politicis in optimè constitutâ Republica desiderantur, vt tuta sit, & secura ab omni hostium impetu & aggressu; sed asserendum pro veritate est, quòd homines armati, aggeres, muri & custodes tunc aliquid boni sperare possunt circa vrbium pro-

Piorum preces sustinent vrbes & exercitus.

tectionem, quando diuino innitentur auxilio & præsidio. quod præcipuè piorum virorum facile obtinetur postulationibus. Tunc *Saluator* ponitur in illis (vt verbis propheticis loquar) *murus & antemurale*. Hinc illa vox Dei ad populum suum, vt eum certum redderet de perpetua ab omni hostium impetu securitate: *Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota die & tota nocte non tacebunt*. quasi dixerit: Ceteri Principes vt suas tueantur vrbes & Regna communiant non solis muris, vallis aggeribusque ea circumdant, sed in ipsis muris custodes armatos vigilesque constituunt; ego autem non milites clypeo & hasta fidentes, sed Religiosos inermes, religiosasque imbelles, laudibus meis decantandis intentos, psalterium loco gladij, meditationem loco hastæ, orationesque & Hymnos loco armorum adhibentes constitui. Hos eligit Deus ad muniendas ciuitates, vt meliùs eluceat eius virtus & potentia; quæ tunc magis cognoscitur, quando non media ab hominibus excogitata, sed alia humanæ sapientiæ parum apta vsurpat, & adhibet. Nec dubium esse debet de sensu illius Prophetiæ, num ad Ecclesiasticas personas respiciat, quæ nimirum à Deo electæ sunt, adsigilandum pro custodia & securitate ciuitatum; nam omnis dubitatio prorsus tollitur à D. Hieronymo, qui explicans illum textum ait, verba illa ad Ecclesiam nostram dirigi, in qua Sacerdotes constituti sunt custodes. Huic sensui concinit diuus Bernardus declarans ea verba Canticorum, *Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem*. Vbi ait, vigiles istos esse Ecclesiasticas personas, quæ in orationibus pernoctantes orant pro populo,

Isaiæ 26.

Isaiæ 62.

Religiosi psallentes sunt custodes vrbium.

D. Hieron. in Isaiam.

D. Bern. Serm. 76. in Cantic. Cantic. 3.

populo, hostium insidias sagaciter explorant, anticipant consilia malignantium, & machinamenta frustrantur.

D. Clara virginis precibus fugantur Saraceni.

Quod vt cognosceretur verum in nostra Ecclesia, dignatus est omnipotens Deus hanc rem miro euentu illustrare, qui omnibus sæculis erit tantæ veritatis præclarum testimonium; præsertim quia non virorum electorũ, sed fragilissimæ imbecillimæque virginis opera successit. Recolamus hoc loco euentum illum verè horribilem, quando, Saracenis Italiam inuadentibus, fuerat domus sanctissimæ virginis Claræ Assisinatis à Barbaris illis obsessa, vbi ipsa cum aliis sanctis virginibus Deo altissimum præstabat famulatum. Credebant Barbari, in illa domo sitim se expleturos suarum libidinum, at euentus eos fefellit, Domino pugnante pro suis seruis. Dum domui inferebant vim Barbari, alij scalas, vt tecta ascenderent, admouentes, alij portas & fenestras aggredientes, generosa virgo virili se opposuit fortitudine, non materialibus armis, clypeo, hasta, ense, bombardis armata, sed virginibus suis associata templum ingrediens, quasi armamentarium munitissimum, illicque cantato Psalmo, sumptoque in manibus sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Hymnos prosequens animosa procedebat aduersus armatos hostes: & ad ea verba Hymni, *Ne tradas bestiis animas confitentes tibi*, illicò diuina affulsit protectio. Verbis illis quasi diuino ictu perculsi Saraceni, alij præcipites è muro capti oculis ceciderunt, alij turpissimè fugientes, numquam ampliùs se conuertere sunt ausi. En igitur declaratum à Deo, quòd virgines illæ innocentes, quæ sæculi fastu & pompis relictis

Psal. 73.

Puellulæ in Monasteriis inclusæ.

& Religiosi pauperes tuentur ciuitates.

ctis Deum sequuntur in Clausträs occlusæ, & pauperes illi Religiosi, qui mundi gloriæ renuntiantes, pannosas vestes amant, & vitam eligunt abiectam in domo Dei, ciuitates, Prouincias & Regna sustentant, & portant humeris suis.

Politici homines precum vim non æstimant.

Tantum hoc bonum licet à sæculi amatoribus & à politicæ sapientiæ professoribus non cognoscatur, cognoscitur saltem à viris sanctis, sed etiam quandoque à Principibus summis, quandoque cælesti illustrari lumine digni effecti sunt. Rex Israël Ieroboam, filius Regis Ioas, id cognoscere dignus fuit, videns Regni sui firmitatem in vno Eliseo Propheta, magnæ pietatis viro, tam esse, vt proinde illum appellauerit Currum & Aurigam totius Regni sui Israël, dum eum fleret ægrotantem, timebat enim, ne mors tantum sua coronæ præsidium eriperet; flens itaque coram eo dicebat: *Pater mi, pater mi, Currus Israël, & Auriga eius.* Hinc Philo Hebræus, expendens verba illa Dei ad seruum suum fidelem Abraham Patriarcham, *In semine tuo benedicentur omnes gentes*, concludit: *Fulcrum generis humani iustus est.* Deinde docet orandum pro incolumitate iustorum: *Oremus, vt, ceu columnæ in domo, in humano genere homo iustus permaneat ad calamitum remedium; nam hoc incolumi, de publica salute desperandum non est.*

Eliseus erat præsidium Israëlitici Regni.

4. Reg. 13.

Philo Hebræus libro de Migrat. Abrah.

Duo Ordines Religiosi, D. Dominici & D. Francisci, Ecclesiã sustinent.

Idem cognoscere dignatus est in nostra Ecclesia summus Ecclesiasticæ Hierarchiæ Princeps Innocentius huius nominis Tertius, dum anceps esset, an noui Religiosorum Ordines proponenti duobus viris, qui tunc quasi noua Ecclesiæ Sidera resplendebant, à D. Dominico & D. Francisco, essent admittendi, & approbandi: cùm

Pontifex

Pontifex repellere ſtatueret oblatam petitionem horum virorum, oſtendit illi Deus in ſomnis eoſdem viros ſuſtinentes propriis humeris collabentem Lateranenſem Baſilicam, quæ eſt totius orbis inſignior & dignior Eccleſia. Hac viſione intellexit Vicarius Chriſti, magnum Eccleſiæ præſidium prouenturum ex horum ſanctorum virorum propoſitis Ordinibus, qui verè ſuſtentarunt & ſuſtentant Eccleſiam exemplo, doctrina, oratione, Hymnodia & ſanguine. Sicut hi duo Ordines Hymnodiæ vſum in choro magno tuentur ſtudio; ita ex illis prodiere, & in dies prodeunt, viri in doctrina, ſanctitate & dignitate præcipui, ſancti Confeſſores, Virgines, Martyres, Doctores, ad Eccleſiæ ſanctæ non ſolùm decus, ſed & præſidium & robur.

Religioſiores perſonæ ad Deum confugiunt calamitatum tempore.

Conſuetudo inuiolabilis ſanctorum piorumrumque Eccleſiaſticorum, vt muneri ſuo reſpondeant, ſemper extitit confugiendi tempore neceſſitatum ad Pſalmos & orationes. Huius rei illuſtre exemplum poſteris reliquit, Religioſis præſertim & Eccleſiaſticis perſonis, ſanctus vir Ceadda Anglus, qui, referente Beda, quoties vel venti inſurgerent violenti aut nimbi grauiores, depoſitis illicò libris, quos fortè legebat, genua flectens implorabat Dei miſericordiam, ne ciuitati vllum damnum accideret. Si procella augeſcebat, tunc, relicta domo, ad Eccleſiam procedebat, maioriſque ſollicitudine in Hymnis & orationibus perſeuerabat, donec aëris ſerenitas rediret. Interrogatus à domeſticis quare id faceret, reſpondit: Nónne legiſtis, quia *intonuit de cælo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam, grando, & carbones ignis. Et miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit*

Beda lib. 4. Hiſtor. Anglic. cap. 3.

Pſal. 17.

pauit eos; fulgura multiplicauit, & conturbauit eos. Hinc inferebat, quòd cùm Deus huiusmodi commotiones excitat, vellet terrigenas ad timorem assurgere, idcircò, sicut oporteret omnes mortales huic cælesti admonitioni & intentioni respondere; ita deberent Dei ministri Hymnis & orationibus diuinam implorare misericordiam ne, crescentibus procellis, tandem ab ira eius sagittis percutiamur. Hinc etiam cognoscere licet, quàm diuersas cogitationes & affectus ex Meteoris, quæ accidunt in dies, nouerunt elicere viri sancti, ab illis cogitationibus & affectibus quos communiter eliciunt mortales. Communiter ad causas naturales omnis euentus referunt, illi verò ad auctorem ascendunt naturæ, eiusque penetrare student consilia & iustas intentiones. Munus profectò dignum imitatione, præsertim apud viros Ecclesiasticos, qui dum ex animo suo electioni respondere satagunt, poterunt dicere vnà cum anima Canticorum electa: *Ego murus & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo pacem reperiens.* Nam sancti viri orantes & psallentes sunt muri, sunt valla, sunt turres populorum, sunt arces & munitiones vrbium. Nouimus Deum exaudisse Moysem, Ieremiam, Danielem, Mardochæum & alios iustos viros, pro populi salute & incolumitate deprecantes: nunc etiam videmus eum exaudire seruorum suorum orationes, gemitus & deprecationes pro bono publico factas. Populi feliciores beatioresque se victuros sperabunt, dum in eis vigebit oratio & deprecatio seruorum Dei.

Ex Meteoricis accidentibus sancti ascendunt ad Dei consilia & intentiones.

Cantic. 8.

Populorum incolumitas ex orationibus piorum pendet.

CAPVT

CAPVT XV.

Hymnodia beneficia obtinet temporalia.

QVI Deum omnium bonorum, tum spiritualium tum corporalium, vnicum verum auctorem & fontem agnoscunt, dicentes cum sancto Apostolo Iacobo, *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à Patre luminum*, studiosi maximè fuerunt & familiares Hymnodiæ; qua omnem suam spem in Deo sitam esse testãtes, Dei opem ardentiùs inuocãt, in omni quæ vrget necessitate Dauidem imitantes: qui sicut omnem spem suam in Deo positam habebat, & supplex ad ipsum confugere satagebat, nihil vmquam à casu, nil à fortuna aut expectans, aut cognoscens, ita plurimos de hac re composuit Hymnos, diuinam erga iustos commendans prouidentiam & protectionem, effectusque reipsa cuilibet postulanti præstitos describens, spem suam ad Deum erigit, nutrit, & auget. Nil est in quo sit magis frequens sanctus Dauid, quàm in hac spe in Deum rememoranda; hanc sibi suggerit, ad hanc alios hortatur, hanc semper in ore habet quasi dulcissimum mel, ad condiendos suos affectus. Qui hanc sequuntur, erigunt animum inter aduersitates, & excitantur ad fortiter tum operandum tum sustinendum, & per hanc expectant à Deo salutem, opes, auxilium, robur, vnico verbo dicam, omne bonum, imò huius spei suaui recordatione delectantur. Dionysius Carthusianus, vir in contemplatione & studio Hymnorum Dauidicorum insignis,

Iacob. 1.

Sperantes in Deo orationem frequentant.

Spes in Deo nutritur Dauidicis Psalmis.

Dionysius Carthus. in Psal. 61.

signis, dum scriberet super Psalmum 61. qui motus ferè est in huius sanctissimæ spei commendationem, dicebat verba illa, *In Deo salutare meum & gloria mea: Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est*, esse omni menti deuotæ suauissima super mel & fauum.

Spem in Deo numquam abiecit Dauid, etiam in apertis periculis.

Hanc spem exercebat Dauid in omni euentu, nec vngue quidem ab illa discedens, etiamsi manifestè ipsius periclitaretur vita: imò tunc salutem magis à Deo expectabat, postulabat, postulatamque obtinebat, quia se totum illi committebat. Quam veritatem si libet in aliquo exemplo considerare, ad periculum illud vitæ, quod ineuitabile, conuertamus mentem, quando fugiens Dauid iram Saulis, contulerat se ad Ceriam Achis Regis incognitus, vt tutior ibi manere liceret. Dum ibi moraretur, non defuerunt, qui ipsum cognoscentes statim ad Regem deferrent, dicentes, hunc virum fuisse valdè infestum Regno, plurimis contra ipsum Regem confectis bellis; suadebantque Regi, vt à tanto bellatore caueret, imò hortantes, vt eum è vita tolleret, quo sibi suoque Regno consuleret, & Regi Saul pergratam rem faceret. Hæc consilia cùm ad aures peruenissent Dauidis, & illicò se videret captum & adductum ad Regem, vt examinaretur, cognouit, nullum sibi efficacius ad salutem superesse remedium, nisi ad Deum suum adiutorem confugeret, à quo omnia bona semper exspectabat. Composuit Hymnum 55. *Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo*, vti ex titulo appositio conspici potest, qui dicit, *Dauid cùm tenuerunt eum Allophyli in Geth.* Finita hac oratione, dum à Rege variis tentaretur interrogationibus,

A vita periculo graui quomodo euaserit Dauid.

Psal. 55.

gationibus, ipse prudentia vtens, simulauit insaniam, nullum respondens consonum verbum: quapropter Rex, cum suis Consiliariis, statuit eum liberum dimittere absque damno. Hanc gratiam Deo suo acceptam referens, minimè autem propriæ tribuens prudentiæ, statim alium Hymnum composuit Dauid in libertatem egressus; laudansque Deum tanti beneficij operatorem, dixit: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Nec attendere quisquam debet ordinem huius Psalmi, quia sit 33. in libro Psalmorũ: euentus enim in hoc Psalmo decantatus fuit verè posterior alio iam cantato in Psalmo 55. Causa autem huius præposteri ordinis est in promptu, tradita à sancto Chrysostomo; quia scilicet Psalmi dispositi sunt in libro quem habemus non iuxta seriem rerum gestarum, sed temporum quibus reperiebantur & colligebantur. Cùm liber Psalmorum deperditus esset in Babylonica captiuitate, paullatimque Psalmi reperirentur, modò nempe vnus, modò alius, & ab Esdra tandem sint collecti in vnum librum; hinc est, quòd priùs reperti sint qui posteriores erant in euentibus narratis Psalmus itaque 33. fuit à Dauide compositus in gratiarum actionem ob salutis vitæque conseruationem, dum in periculo versaretur coram Rege Achis, quemadmodum ostendit titulus affixus, qui sic habet: *Dauidi, cùm immutauit vultum suum coram Achimelech.* Achis autem & Achimelech, ex diui Basilij sententia, sunt idem Rex. Achis nomen erat proprium, Achimelech verò nomen commune Regum Palæstinæ, sicut Pharao Regum Ægypti. Hymnos itaque canebat Dauid opem imploratu-

Psal. 33.

Psalmorum ordinem, non seriem rerum gestarum sequitur.

S. Chrys. Procem. 2. in Psal.

Psalmi Dauidis amissi in captiuitate, paullatim inuenti.

D Basilius Homil. in Psal. 33.

rus, & beneficium aliquod temporale à Deo ob-
tenturus; Hymnis etiam vtebatur gratias redd-
turus, quia Deum omnium bonorum & dono-
rum auctorem cognoscebat.

Spes in Deo quomodo firmanda. Psal. 54.

Eamdem spem aliis suadere non destitit Da-
uid, vt in omni necessitate & pressura ad Deu-
Hymnis inuocandum incitet. hinc illæ voc-
*Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te en-
triet; non dabit in æternũ fluctuationem iusto.* Vo-
luisset vir sanctus, quòd in solum Deum omn-
mortales omnino proiicerent suam de rebus tem-
poralibus sollicitudinem, certi, quòd ab ip-
non solùm ad sufficientiam, sed ad copiam
iuuabuntur: quia si irrationabilibus tanta bo-
tribuit ad sustentationem vitæ, imò ad delic-
adiumenta, quantò maiora daturus erit liberal-
simus Deus iis, qui ad illius imaginem facti
diligere, & toto corde inuocare nouerunt? *Iac-*
igitur *super Dominum curam tuam, & ipse te en-
triet*; vel, vt alij legunt, *Iacta super Dominum*
gitatum tuum omnem, nimirum tum circa sal-
tem animæ spiritualem, quæ à Deo est expect-
da; tum circa res temporales huius vitæ mort-
lis, quæ à Deo sunt explendæ. Quid etiam m-
ius innuitur per hunc textum, iuxta lectio-
sancti Anacleti dicentis, *Proiice super Domin-
caritatem tuam.* Non solas cogitationes, sed-
iam affectum expedit ad Deum dirigere, ipsi
corde fidentes, & ab ipso expectantes tanta cer-
tudine bona temporalia quæ expedire iudicabu-
tur, vt facienda pro factis habeantur: quem-
modum Dauid in angustia positus tanta animi fi-
ducia Deum Hymnis exorabat, quanta si pr
obtentis beneficiis gratias ageret. Id videre lice-

A Deo omnia bona expectanda tam animæ quàm corporis. S. Anaclet. Epist. 2.

Psalm-

Psalmo 60. vbi post prima petitionis verba, *Exaudi Deus deprecationem meam, intende orationi meæ*, statim in gratiarum erumpit actiones, ac si esset factum quod adhuc futurum erat: *Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam, dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.* Si mundus postulare ausus fuerit, vt ad ipsum confugias in necessitatibus, promittens effectus optatos, caue illum audias, sed, iuxta Dauidicum consilium, *iacta super Dominum curam tuam*; & respondemundo inuitanti cum diuo Augustino in hunc locum: *Portum quæro, non saxum.* nam à Deo bona perfecta expectanda sunt, non à mundo, à Creatore, non à creatura. Nec vmquam spes in Deo posita aliquem confundi passa est, vti diserte ostendit diuus Augustinus ad ea verba eiusdem Hymnographi: *Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur.* In die tribulationis & angustiarum non confundentur, sicut confunditur quem fallit spes posita in mendacio. *Omnis autem homo mendax. Spes* in Deo *non confundit*, quia ille, in quo spem posuisti, falli non potest.

Perfecta spes in Deũ nullam habet formidinem. Psal. 60.

Mundi promissiones non audiendæ. Psal. 54.

Spes in Deo non confunditur. D. Augustin. in Psal. 36. Rom. 3. Rom. 5.

Nusquam sæpiùs prædicatur diuinæ misericordiæ erga sperantes in ipso Deo facilitas, benignitas suauitasque eiusdem Dei, præsertim erga destitutos ab omni creaturarum auxilio, quàm in Dauidicis Hymnis. Quare si quis diceret, Dauidis Hymnos esse verè sperantium in Deo cibum quotidianum, escam opportunam, & certissimum fulcrum, nihil aberraret à veritate. Multus nimiusque essem, si hoc loco suggerere vellem omnes sententias in ipsis Psalmis contentas, spem iustorum erigentes, confortantes: vnicam

Spes iustorum nutritur Psalmis.

cam penitus non omittam, ex qua animus pſa-
lentium conſurgere diſcet ad alias quæ paſſim
feruntur à Pſalmis. De Deo igitur loquens
Pſal. 9. quando Dauid, eum inuocauit his verbis: *Ad-
tor in opportunitatibus, in tribulatione.* O mirifi-
ſuauem appellationem pro ſperantibus in De
nam certi redduntur, quòd ſibi numquam ſit de
futura, ſed opportunè affutura diuina miſeric
dia, ne animo cadant, néve tribulationibus ſuc
cumbant. Verè adiutor noſter eſt opportunus
tribulatione miſericors Deus iis qui in eo ſper
quare ſtatim ſubdit Hymnographus hortatione
congruam omnibus fidelibus, *Et ſperent in te
nouerunt nomen tuum, quoniam non derelinqu
quærentes te.* Certiſſimè hos non derelinquit be-
nigniſsimus Deus, qui numquam paſſus eſt ſu
confundi ſeruos; quemadmodum poſt facta
multa Bethulienſibus Magiſtratibus & ciuib
ſuis, inſigniorum ſanctorum propoſitis exem-
plis, prædicauit, pauciſque poſt diebus, exp
rientia ſecuti euentus approbante, cõfirmauit g
neroſiſsima ac ſanctiſsima illa vidua, quæ
Iudith 15. fuit à populis acclamãtibus dicta *Gloria Ieruſalem
lætitia Iſraël, honorificentia populi*, nempe om-
bris omniq; veneratione digna Iudith: quiſ
animo virili ſuaſerat viuam in Deo ſpem, dicen
Ibidem 8. *Expectemus humiles conſolationem eius, & exqui
ſanguinem noſtrum de afflictionibus inimicorum
ita viriliter operam ſuam diuinæ à ſe ſperatæ fa
trici virtuti exhibens, victrix, de numeroſiſsim
multiſque victoriis inſolente hoſte reuexit triu
Pſal. 9. phum. Adeſt igitur miſericors Deus noſter *adi
tor in opportunitatibus, in tribulatione* (quod ve
riis aliis modis ſæpè ſæpiùs replicant Dauidici

Hymn

Hymni, illi præsertim qui Feria secunda ad Matutinas preces leguntur, & decantantur;) neminem ipse necessitatibus afflictum penitus derelinquit, sed quemlibet ab amicis, à fratribus, à genitoribus, à Magistratibus, à Principibus derelictum suscipit ac protegit: *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.* Pſal. 10. Pſal. 26. Istæ autem similesque sententiæ, quæ psallentibus frequenter obiiciuntur, mirificè animum tum canentium tum audientium exhilarant, erigunt, confortant. Et quod aliis prædicabat sanctus Dauid, id in se ipso re & effectu exercebat, omnem suam spem in diuina collocans misericordia.

Propter excellentem hanc spem in Deo, numquam Dauid euentus suos expectauit, aut postulauit ab alio quàm à Deo, numquam ad casum vel fortunam se conuertens; quemadmodum ceteri politici soliti sunt frequenter se conuertere, præsertim quibusdam euentibus, qui à solo casu videntur ortum habere. Vnum hîc referã ceteris insigniorem, qui aliis exemplum offeret ad informationem. Fugiebat Dauid ad montes præruptos, vt se incolumem seruaret à nece, quam illi Saul inferre tentabat, eum persequens cum magna militum copia. Tandem deuenit Dauid in desertum Maon, quò perueniente Saule, vidit se in maximis angustiis positum; nam à militibus Regis vndique cingebatur, absque vlla spe fugæ: *Saul & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid.* 1. Reg. 23. Quid consilij arripies, ô Dauid, in hac angustia? Vir egregius Deo soli fidens, illicò, flexis genibus, ad Deum suum cor & vocem conuertens,

Politici casui & fortunæ tribuunt euentus.

Cap. XIII. uertens, cecinit Hymnum illum 53. de quo paul
Psal. 53. antè memoratum est, *Deus in nomine tuo salvum me fac, & in virtute tua indica me*; quo non dum expleto, mirum affuit auxilium, nam ec xius apparuit nuntius, ad Saulem perferen Philisthæorum agmina in terras Israël erupis & ab iis, nisi illicò occurreret, Regnum tot
1. Reg. 23. occupatum iri: *Festina, & veni, quoniam insta runt se Philisthiim super terram.* Hoc audito nun tio, Saul coactus est conuertere consilia & ge tem ad sui regni defensionem, vnde Dauid periculo extitit liber. Qui politico oculo & su humano hunc euentum expenderet, ficum las causas proximas consideraret, ita ad eam confugeret, & ad bonam felicemque Dauid

Deus omnis fortunæ auctor. fortunam. At Dauid diuini regiminis consci non casui non fortunæ adscripsit euentum, Dei supremæ ordinationi & prouidentiæ, à qu omnem suam fortunam semper pendere profe sus est; ideò Hymnum suum concluſit tum gr tiarum actionibus, tum etiam sponsionibus pe petuorum Sacrificiorum: *Voluntariè sacrifica tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bo num est; quoniam ex omni tribulatione eripuisti & super inimicos meos despexit oculus meus.*

Eamdem consuetudinem omnes viri iust nuerunt, & obseruarunt, ad Deum confugien tempore suarum necessitatum, Hymnos adh bentes vel derepentè compositos, acti diuino spi ritu, vel à Dauide acceptos; quem vsum salu numquam omittebant post accepta beneficia, declararent se illa à Deo auctore accepisse: hu ortum duxere tot nobiles Hymni, à præcipuis Pa roïbus tum priscæ tum nouæ Ecclesiæ decant

in laudem Dei omnium donorum Auctoris, de quibus suprà egimus, cùm de gratiarum actionibus fuit sermo. Vt autem de his, qui ad Dauidis Hymnos confugientes, suam spem in Deo positam declarabant, eum inuocantes tempore necessitatum, aliquid videamus, vnicum hîc profero Paulum Apostolum, qui dum in carcere vinctus maneret vnà cum Sila, & peregrinationis & prædicationis socio; sicut rem suam, Deo fidens, orationibus commendare non desistebat, ita Hymnos alta voce Deo lætus canebat: ex quo cantu (res mira) catenæ & vincula resoluta sunt, & ostia carcerum reserata, ita vt potuissent exire, si placuisset. Post Apostolos etiam diuus Athanasius, vir Apostolicus, fideique Catholicæ acerrimus defensor, in suis persecutionibus, quas passus est grauissimas, semper ad Dauidicos Hymnos magna fiducia confugiebat. Aliquando accidit, quòd dum conuenissent Ariani, qui eum ad necem quærebant, impetu facto in Ecclesiam, vbi sanctus Episcopus cum suis Clericis diuina obibat Officia, vt eum inde raptum occiderent; ipse nihilo timidior effectus in tam aperto vitæ discrimine, iussit Diaconum suum alta voce concinere Hymnum Dauidis: *Quoniam in æternum misericordia eius.* quo expleto, vnà cum aliis ministris & sociis suis, absque vllo Arianorum impedimento, egressus Ecclesiam, mirabiliter euasit. Hunc celeberrimum casum testantur omnes Ecclesiastici Scriptores, propter magnitudinem miraculi. Et sicut horum Hymnorum ipse fuerat in semetipso expertus vim, ita aliis eosdem consulebat tempore alicuius necessitatis, quemadmodum scribit Marcellino, eum exhortans,

Cap. VII.

Act. 16.

Paulus Apostolus Hymnos concinens à vinculis absoluitur.

Psal. 135.

Socrat. l. 2. Hist cap. 8. Theodoret. lib. 2. cap 13. Sozomen. lib. 3 cap. 5. Nicephor. lib. 9 cap. 6.

exhortans, vt in omni neceſſitate & euentu ad liquem ex Pſalmis piè recitatis confugeret; imò illi oſtendere & declarare ſtudet cuiuſlibet Pſalmi virtutem & intentionem, vt opportunè ille valeat vſurpare.

Pia Pſalmorum recitatio prodeſt in neceſsitatibus.

Noſtra Eccleſia ſolet in ſuis orationibus & precibus, pro quocumque beneficio obtinendo Deo, ſiue pacis ſiue vbertatis, ſiue ſerenitatis ſanitatis, Pſalmos vſurpare, eligens ex eis aliquem ad rem magis opportunum. Eamdem precum & orationis formam amplectuntur omnes viri pietate inſignes in ſuis propriis & in aliorum neceſsitatibus. Modò abſit ſuperſtitio, Pſalmodiæ vſus valet ad omnia beneficia temporalia obtinenda. Dixi, *Modò abſit ſuperſtitio:* quia non deſunt profani homines qui Pſalmis abutuntur non ſine graui culpa, ad effectus obtinendos vi verborum alicuius Pſalmi, prout talia vera ſunt. Quidam ad ſe ipſos vel alios ſanandos dicunt, aut legendos curant Pſalmos Pœnitentiales, vnà cum orationibus ad Deum vel ad Sanctos directis, ſimul cum quibuſdam illicitis exorciſmis. Alij geſtant aliquem Pſalmum è collo pendentem, vel in aliqua corporis parte alligatum, in eo ſpem ponentes vel ſanitatis à febre, à dolore dentium, capitis & ſtomachi, vel ſecuritatis à periculis ignis, aquæ, ferri, vulnerum, & caſuum; tantamque in hac ſcriptura ſpem collocant, vt temerè aggredi & ingredi audeant quamcumque periculi occaſionem, dum tali ſunt Pſalmo muniti: verùm iſti infelices non agnoſcunt ſe à dæmone deceptos. Hic aſtutus ſub nomine horum Pſalmorum qui fuerunt à Deo dicti quaſi ſub dulcedine mellis, propinat animis venenum

Pſalmorum vſus ſuperſtitioſus reprehendendus.

nenum ; ipse operatur illos effectus expectatos, vt infelix peccator illi Psalmo fidens alia pericula aggrediatur, donec tandem in aliquo istorum pereat, non solùm quoad corpus, sed etiam quoad vitam æternam. Diabolus, qui ei astiterat pluribus vicibus, quando aduertit hunc esse in statu peiori suæ damnationis, deserit, & sinit eum periclitari ad mortem. Signum, quòd superstitio adsit, est, si in sola scriptura Psalmi spem quis ponat, nihil cogitans de Deo, ad quem Psalmus ille dirigitur: si item putet Psalmum esse scribendum hoc vel illo genere characteris vel signi, in hac vel illa membrana, non in alia: si item adhibeat Psalmos ad effectus obtinendos qui sint contra bonos mores: si item recitet, aut recitandum curet Psalmum, non seruato ordine versiculorum in Bibliis sacris posito, sed iuxta quamdam distributionem à dæmone iam traditam. Amota itaque omni superstitione, si vsurpentur Psalmi piè & religiosè, vt à Deo concedantur postulata, quemadmodum vsurpantur in choro & in priuatis recitationibus à ministris deputatis, qui nomine Ecclesiæ orant & psallunt, optimi sunt & efficaces ad omnem fauorem obtinendum. Psalmi igitur Dauidici exorant & impetrant; Psalmi Dauidici gratias referunt; Psalmi Dauidici laudem & honorem Deo omnium bonorum auctori tribuunt.

Diaboli astutia plures decipit sub nomine & vsu Psalmorum.

CAPVT XVI.

Hymnodia dæmonibus odiosa.

Diabolus odit rectum Psalmorum vsum.

HOSTIS humani generis nostri diabolus maximo ardore odisse Hymnodiam compellitur; quia videt per eam expleri à mortalibus in terris id munus, quod ipse in cælis maxima felicitate explere potuisset, imò debuisset, sed ex propria peruersitate turpissimè amisit. Electus erat ad illum glorioſum Hymnum, à Græcis Trisagion appellatum, *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus*, cum perpetuo ineffabili gaudio cum aliis Angelis in æternum decantandum: nunc videt ex vna parte se eiectum ab illo felicissimo munere, & ad perpetuas euomendas impias blasphemias deductum; ex alia verò hominem, gradu & natura inferiorem, conspicit elevatum ad idem altissimum munus. Nam quæ faciunt Angeli in cælis (verbis vtor D. Hieronymi) hoc Monachi faciunt in terris. Tanta hinc torquetur inuidia, vt ausim dicere, magis hac inuidia quàm gehennalibus torqueri cruciatibus. Et mihi licebit affirmare maior & libertate, quia secum sequar securum & sanctum Doctorem. Mellifluus Bernardus, considerans diaboli miseriam, infelicitatem infelicemque miseriam, ait, quòd durissimè torquetur ex inuidia; obseruatque quòd ideò multi ex dæmonibus in aëre medio inter cælum & terram suos referunt cruciatus, vt inuidiæ tormentum magis magisque augeatur ex visione triumphantium Beatorum in cælis, & insultorum peregrinantium in terris, explicans de diabolo

D. Hier. in Psal. 115. *Diabolus torquetur acriùs ex inuidia in homines quàm ex igne.*

diabolo illa verba Psaltis, *Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet.* Eiusdem sancti Patris verba profero, vt meliùs cognoscatur tanti hostis grauissimus cruciatus: *In pœnam si quidem suam, locum in aëre isto medio inter cælum & terram de cælo cadens sortitus est, vt videat & inuideat, ipsáque inuidia torqueatur, Scriptura dicente: Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet. Quàm miser cùm suspicit cælos, in quibus innumeros montes intuetur diuina claritate fulgentes, diuinis laudibus exultantes, sublimes in gloria, abundantes in gratia; quàm miserior cùm respicit terram, montes nihilominùs quàm plurimos de populo acquisitionis habentem, fide solidos, spe excelsos, caritate spatiosos, cultos virtutibus, bonorum operum fructibus refertos, de rore cæli, tamquam de saltu sponsi, quotidianam capientes benedictionem.* Vsurpat sanctus Doctor nomina montium, quia tunc in eo Sermone explicabat verba Canticorum cap. 2. *Ecce iste venit saliens in montibus.* vbi nomine montium intelligit sanctos Angelos & iustos fideles, aitque, ex horum felicium montium visione, quam diabolus vitare non potest, cùm sit in medio aëre collocatus, oriri inuidiam magis vrentem quàm gehennæ ignem. Maxima itaque ardet inuidia diabolus, videns homines mortales in Hymnodia assiduos, quia ab illius vsu se cognoscit iustè expulsum. Tanta torquetur pœna ex hoc sancto mortalium studio, vt etiam campanæ euocantis ad chorum oderit ipsum sonum. Hoc audito, omnem aliam dimittens occupationem, quam summa tunc expleret voluptate inter mortales, velocissimè fugiens, se recipere cogitur ad

D. Bernard. Serm. 54. in Cantic.

Psal. 111.

Cantic. 2.

Inuidia magis vrit quàm inferni ignis.

teterrima pœnarum loca, faciliùs sustinens horrorem carceris quàm huiusmodi sonum ad laudes excitantem diuinas. Huius insignis effectus innotuit nobis veritas ex iuridica confessione fugarum à ludis & conuenticulis suis impiis redeuntium, quæ deportatæ ab amasiis dæmonibus, si in huiusmodi reditu contigisset pulsari alicuius Ecclesiæ, siue virorum siue mulierum, campanam pro Matutino Officio, illico à dæmone vectore fugam arripiente derelictæ, reperiebantur nudæ in agris, plateis aliisve locis vbi campanæ audiebatur ictus. Huic rei fidem praebet luculentissimam graues Scriptores, qui munere fungentes Inquisitorum eam ab ore propriis garum acceperunt. Nobilis iste euentus sicut et certus, ita valdè commendat præstantiam publicæ Hymnodiæ; cùm non solùm ipsemet actualis Hymnorum cantus, sed ea etiam, quæ ad ipsum præparant psallentes, odio habeantur à dæmonibus, qui ea tantùm odisse coguntur quæ meliora sunt & pretiosiora. Quòd si non omnes dæmones fugiant sonum campanæ euocantis, imò aliqui ex tali excitentur sono ad proprium tentandi munus siue resumendum siue acriùs exercendum, chorum etiam, vbi ipsa expletur Hymnodia, ingredientes admixti psallentibus, id euenire scendum est, quia isti sunt huic muneri destinati ex imperio Dei, cuius ipsi sunt deputati satellites seu scribæ, ad excipiendum in codice tepidorum psallentium defectus in Psalmodia commissos, pœnis debitis suo tempore luendos; aut et dæmonum principis imperio, qui eis iniungit, vt à psallentibus studeant quoscumque possunt defectus, siue leues siue graues, obtinere, vt Hymnodia

Paul. Grillland. lib. 2. de Sortil. quæst. 7. Martin. del Rio lib. 2. Disq. q. 16. & lib. 6. c. 2. Sect. 3. q. 3.

nodia reddatur aut omnino vitiosa, aut saltem minùs grata Deo, ad quem dirigitur.

Deinde etiam torquetur dæmon, quia plurimos inde nouit fructus quotidie deriuari, tum conuersionis à peccato ad gratiam, à via sæculi ad viam Dei; tum etiam quia progressus inde maiores ad vitam perfectiorem in multis videt non semel fieri. De diuo Fulgentio produnt Auctores, ex sola lectione Commentarij à diuo Augustino conscripti & editi in Psalmum 36. *Noli æmulari in malignãtibus, neque Zelaueris facientes iniquitatem* (qui totus est in cõmendationem veræ virtutis & diuinæ prouidentiæ erga virtutis studiosos & iustitiæ sectatores, quibus tandem, post varios casus, omnia cedunt prospera & felicia) conuersum esse ad pietatem & virtutem tanto ardore, vt deinceps egregios in omni pietatis actione progressus fecerit. De aliis multis testimonium reddit D. Augustinus, quòd audientes in Templis suauissimum sonum illius dulcissimi Psalmi, *Ecce quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in vnum*, auxilio gratiæ cælestis adiuti, relicto sæculo ad habitum & vitam Monasticã se conuerterint; ideò vocare non dubitat huius Psalmi initium Tubam talium Religiosorum & Monasteriorũ Patrem: *Ista enim verba Psalterij, iste dulcis sonus, ista suauis melodia tàm in cantico quàm in intellectu Monasteria peperit. Ad hunc sonum excitati sunt fratres, qui habitare in vnum concupierunt. Iste versus fuit tuba ipsorum, sonuit per orbem terrarum; & qui diuisi erant, congregati sunt in vnum.* Cùm tot bona ex Psalmorum vsu deriuari conspiciat hostis crudelis nostri generis, variis artibus & astubus studet ab Hymnodia homines retrahere.

Ex Psalmis quot fructus hauriantur.

Psal. 36.

D. Aug. in Psal. 132.

Plurimi ad vitam Monasticam conuersi ex Psalmorum verbis.

Variis artibus studet diabolus à chori vsu auertere.

Alios nititur impedire, ne chorum adeant sub prætextu occupationum aut studiorum, quæ ad proximi maius beneficium diriguntur; aut aduersæ valetudinis, qua premuntur, siue capitis siue stomachi; alios sub specie dignitatis quam obtinent, quasi non deceat constitutos in dignitate frequentia chori. Si artes & astutiæ istæ non proficiunt, quia non pauci inueniuntur generosi animi, qui tentatoris non audiunt suggestiones, hominum opera vtitur diabolus, eliciens aliquando ex ore virorum alioqui grauium opportuno tempore passionis verba, chori dignitatem ac præstantiam minuentia, vt illorum testimonio fortiùs oppugnet, imò expugnet delicatiores conscientias. Si neque hac arte obtinet intentum, audacior effectus, vt paullò antè dicebamus, chorum ingredi non veretur, miscet se cum Angelis bonis qui orantibus adsunt: vt sicut isti consilio & opera Hymnodiam tuentur; ita ille omni studio conetur ab Hymnodia extrahere, suggerens causas exeundi opportunas siue necessitatis siue commoditatis, aut alterius apparentis vtilitatis hoc modo non paucos decipere solet. Quod vt aliquando omnibus notum esset, voluit misericors Deus tempore sancti Patris Benedicti, ad nostram informationem, miro exemplo euulgari. Accidit quòd Monachus quidam nomine Iustus à dæmone deciperetur hac arte: nam semper, quoties sub finem Hymnodiæ vacandum erat oratione, statim arrepta aliqua occasione, exibat è choro quòd iterùm ac sæpè frequentabat, nec admonitus à Prælato desistere valuit. Accessit tandem etiam admonitio sancti Patris Benedicti, sed ei nihil profuit. Quadam tandem die, dum ille

Diaboli ars aliquando detecta.

Monachus

Monachus exiret, aperuit Deus oculos sancti Benedicti, qui vidit quemdam puerulum sub Æthiopis forma nigrum, qui per extremitatem cuculli Monachum trahens, è choro educebat. Communicauit rem hanc diuus Benedictus Monasterij Præfecto & discipulo suo Mauro, qui simul oratione facta, à Deo postulabant se quoque dignos reddi hac visione, vt deinde Monacho tentationem possent aperire. Post biduum Maurus vnà cum Patre suo Benedicto eamdem visionem habuerunt, dum Monachus ille è choro exire studeret. Ad illum accedens Benedictus virga eum percussit, ea intentione, vt diabolum percuteret, & ex illa die, ait sanctus Gregorius, qui historiam describit, nil persuasionis vlteriùs à nigro iam puerulo pertulit, sed ad orationis studium immobilis permansit. Quoties inuisibilis dæmon osor Hymnodiæ extrahit Religiosos & Religiosas, & Canonicos & Capellanos, è choro sub titulo aliquo honesto necessitatis aut vtilitatis, aut etiam, quod peius est, curiositatis; qui si videretur à nobis, vti videbatur à sanctis viris, nihil obtineret. Quos nequit malignus è choro euocare, studet variis cogitationibus & euagationibus à rebus cantatis diuertere; ab istis risum, ab illis confabulationes, à multis tædium, ab aliis circumspiciendi leuitatem obtinere, quemadmodum in Operis istius progressu detegere non omittemus.

Diabolus extrahit è choro psallentes.

S. Gregor. l. 2. Dialog. cap. 4.

Qui ista nouerunt, nituntur feruentiùs colere Hymnodiæ vsum, vt diabolum magis contristent: nam, vti verè & scitè asserebat Abbas Marcellus, *Nihil ita vtile est nobis, nilque magis dæmones contristat quàm Psalmodia.* cui concinit doctrina

Abb. Marcel. in Prato spir. c. 151.

D. Basilius Procem. in Psal.

ctrina sancti Basilij dicentis: *Psalmus est profligandis dæmonibus & depellendis quoddam amuletum, Angelicæ tutelæ conciliator.* Imò studebant viri perfectiores eligere ex Psalmis versiculos aliquos, qui ad contristandos dæmones viderentur aptiores, eosque frequentabant. Celebris erat apud Ægyptios Monachos versiculus ille Dauidis, *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina.* Qui versiculus celebrior redditus est ex vehementi hortatione Abbatis Cassiani, qui ex instituto illum prædicabat & suadebat tamquam validissimum remedium ad omnem necessitatem, & præcipuum aduersus diaboli tentationes & insidias præsidium. Is *namque versiculus*, ait Cassianus, *non immerito toto est excerptus instrumento; recepit enim omnes affectus quicumque inferri possunt humanæ naturæ & ad omnem statum atque vniuersos incursus proprios satis & competenter aptatur. Habet siquidem aduersus vniuersa diserimina inuocationem Dei, habet humilitatem piæ confessionis, habet sollicitudinis ac timoris perpetui vigilantiam, habet considerationem fragilitatis suæ, exauditionis fiduciam confidentiam præsentis semperque adstantis præsidij; qui enim iugiter suum inuocat protectorem, certus est eum esse semper præsentem. Habet insuper & caritatis ardorem, habet insidiarum contemptionem inimicorumque formidinem, quibus præcidens semetipsum die noctuque vallatum, confitetur se non posse sine sui defensoris auxilio liberari. Hic versiculus omnibus infestatione dæmonum laborantibus inexpugnabilis murus est, & impenetrabilis lorica ac munitissimus clypeus.* Plura alia, tum pia tum vtilia, addit Cassianus in laudem & com-

Psalmodiæ vsus contristat diabolum.

Psal. 69.

Cassianus Collat. 10. cap. 16.

Virtutes versiculi, Deus in adiutorium meum intende.

mend-

mendationem huius versiculi, vt suadeat illius frequentationem continuã in omni loco, opere, tempore, occasione, donec, ob eius continuam exercitationem, etiam dormientes eum cantare & recitare consuescamus, afferens eam rationem; quia omnes in quolibet statu, non tantùm in rebus duris & aduersis, sed etiam in lætis & secundis Deo egemus adiutore.

Omnes egent diuino auxilio.

Sanctus Antonius Abbas, qui in iisdem Ægypti desertis vitam Angelicam ducebat, quique dæmonibus factus est terribilis, maximè colebat & frequens in ore habebat versiculum illum ex Psalmo 67. *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius; & fugiant qui oderunt eum à facie eius*: & in huius vsu plurimùm confidebat, quia nouerat magnam ex illo contristationem dæmonibus resultare, imò & damnum; non enim, vti pluries fateri coacti sunt dæmones, ferre horum verborum vim valent. Elegans historia ad hanc rem describitur à sancto Petro Damiani de quadam Sanctimoniali, quæ amita fuit Leonis Papæ IX. (à quo hoc factum se accepisse fatetur Petrus.) Hæc Religiosa quadam nocte surgens ad Hymnodiam, comitem suam graui oppressam somno excitare nequibat; post binam aut ternam vocationem, siue ex ira siue ex ioco, saltem minùs cauta dixit: *Surge diabole, & veni.* Mira res, statim adfuit dæmon, sub forma sociæ vocatæ sequens Monialem ad locum Oratorij, & vnà cum illa psallens reddebat versiculos mutuos. Cùm ventum esset ad Psalmi 67. recitationem, tunc ementita socia, quæ erat verus diabolus, numquam potuit illa verba proferre. Quamobrem cognitus falsus hostis, signoque Crucis à vera

Psalmorum versus familiaris S. Antonio.

Diabolus quosdam versiculos valdè timet.

D. Petrus Damianus lib. 6. Epist.

Monialis casus insignis cum diabolo.

Moniali pulsus euanuit. Credidit fortassis ille diabolus hac sua apparitione tantum iniicere timorem Moniali, imò & ceteris, quæ euentum posteà resciuissent, vt numquam in posterum auderent ad nocturnas assurgere laudes; sed misericors Deus, qui, vt puniret incautum modum loquendi illius Monialis, permisit hoc terribile factum: disposuit tandem, vt vis Psalmorum dignosceretur, & diabolus, qui alios illudere putabat, illusus discederet atque confusus, videns se à timida muliere effugatum. Quicumque desiderat contristare, imò & torquere dæmones, Hymnodiam studiosus frequentet, diligat, atque exerceat, nec ab illa se auocare vllo vmquam prætextu, nisi necessitate vera ac magna impellente, patiatur. Sicut dæmones contristabit, ita Angelos sanctos & Deum lætitia cumulabit; iuxta illam D. Augustini sententiam: *Psalmus dæmones fugat, Angelos ad adiutorium inuitat.*

D. August. Prolog. in Psal.

CAPVT XVII.

Hymnodia audientium animum variis piis recreat affectibus.

NEMO perfectè cognoscere ac comprehendere potest omnes pios affectus, qui ex Hymnodiæ vsu ritè in Ecclesia expleto gignuntur in animis audientium: illi aliquid nouerunt, qui digni aliquando effecti sunt eos experiri, quibus aliqua ad nostram informationem tradita sunt. Referam hoc loco præcipuos affectus à sanctis viris euulgatos. In primis ab Angelico Aquinate audiemus magnam ex Hymnodiæ vsu gig-

in audientibus reuerentiã & amorem erga Deum: differens enim de cauſis, cur Deus ſit ab homine ore laudandus, oſtendit non ideò adhibendas eſſe laudes, vt aperiamus Deo noſtram erga illum intentionem & ſtudium; quaſi ille nequeat aliter nos cognoſcere, nec noſtram mentem penetrare, cùm ſit inſpector cordium, & ſcrutator renum, & profunda hominis penetret. Qui aliter ſentiret, idololatricam ſaperet falſitatem, nihilo diſſimilem ab illorum ſacerdotum ſeu ſacrilegorum ſenſu, qui à ſancto Elia, vero Dei Propheta, irridebantur, dum de vero Deo adorando eſſet contentio, quibus aiebat ſanctus Propheta: *Clamate voce maiore, Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur.* Hiſce clamoribus non eget Deus, vt cognoſcat humani cordis ſtudia & voluntates, omnia enim nuda ſunt & aperta oculis Dei; ſed adhibendas eſſe laudes vocales ait diuus Thomas, vt nos ipſos & alios audientes ad Dei reuerentiam, amorem timoremque excitemus. Ea eſt humani animi conditio, vt alicuius Herois inſignia audiens geſta & virtutes, excitetur ad eum colendum & ſuſpiciendum, & magis diligendum. Hinc Pſaltes inter alios effectus, quos ex ſuorum Hymnorum vſu ſibi promittit, recenſet audientium excitationem & prouocationem ad lætitiam, & æmulationem laudationis: *Benedicam Dominum in omni tempore; ſemper laus eius in ore meo: audiant manſueti, & lætentur. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum.*

2.2.q.91. art.1.

Deus ſcrutator eſt cordium.

3.Reg.18.

Deus cur ſit ore laudandus.

Pſal.33.

Hæc affectuum prouocatio maiore expletur ſuauitate propter Pſalmorum metricam compoſitionem.

Pſalmorum forma eſt metrica.

sitionem. Nouimus experientia, humanos affectus magis moueri ex lectione Poëtarum & carminum quàm solutæ orationis, quamuis eloquentissimæ: nam metri suauitas magnam obtinet vim in occupandis humanis affectibus. Quòd autem Psalmi fuerint metro compositi à Dauide, concors iam est omnium Doctorum sententia. Vnde diuus Hieronymus scribens ad Paulinum, non dubitat appellare Dauidem Ecclesiæ nostræ Flaccum, Pindarum, Alcæum, Catullum, Serenum & Simonidem: *Dauid Simonides noster, Pindarus, Alcæus, Flaccus quoque, Catullus & Serenus Christum lyra personat.* Ea est Dei suauitas, vt omnia velit suauitate speciali expleri, quod præcipuè disposuit in ordinatione Psalmorum, qui sicut ad mortalium tum vtilitatem tum iucunditatem sunt directi; ita sub metrica forma voluit nobis illos exhiberi, vt eorum sensus, siue ad Dei laudationem siue ad morum obiurgationem apti, maiori suauitate in animis audientium instillentur. Id nouerunt etiam fidei nostræ infensissimi hostes, à quibus libet testimonium accipere, vt etiam ipsi huius veritatis sint iudices. Recolamus itaque Decretum illud Iuliani Apostatæ, quo cauit inter alia, precationum alternatim canendarum formam transferendam ad suum paganismum, vt Deorum cultus magis magisque in animis populorum augeretur. Viderat veri Dei impiissimus hostis, quantam ex Christiana Hymnodia haurirent populi reuerentiam erga Deum, ideò quam non poterat abolere, saltem nisus est æmulari, veriùs dixerim profanare. Ex quo Decreto iustam desumit occasionem Cardinalis Baronius, rerum Ecclesiasticarum luculentissimus

D. Hieron. Epist. 103.

Psalmorum lectio ad hominum est vtilitatem & iucunditatem instituta.

Psalmodia nostra à paganis vsurpata.

Baronius anno 362.

Scriptor

Scriptor, inferendi hoc insigne corollarium: *Hinc perspici potest, quàm deteriores Iuliano Apostata exhibeant se recentiores Apostatæ* (addamus nos, & quicumque communis Psalmodiæ impugnatores) *dum antiquos Ecclesiæ mores contemnunt, & subsannare audent ea, quæ inuidi oculis hostis visa sunt pulcherrima, atque omni acceptione dignissima*. Huius Decreti meminere quotquot sunt in Ecclesia Dei Scriptores. Sed quid Iulianum profero, qui minister & seruus erat diaboli protoapostatæ? cùm ipsemet dux impiorum diabolus non solùm nouerit, sed coactus declarauerit miram Hymnodiæ virtutem, dum Hymnorum statuit vsurpare testimonia, vt maiori auctoritate posset flectere ad suam intentionem animos à se tentatos. Expendere hoc loco non pigeat grauem illam tentationem, quam, putans omnium iam antè adhibitarum vehementissimam ac validissimam, obtulit Christo Domino in deserto. Cùm malignus ac versutus hostis vidisset se nihil obtinuisse primis tentationibus, statuit tandem experiri Hymnorum Dauidicorum auctoritatem & vim, quam nouerat quasi omnipotentem ad flectendos animos humanos, præsertim pietatis studiosos. Aggressus itaque Dominum nostrum, vt in præsumptionis culpam pertraheret, proposuit Psalmum 90. qui cùm totus sit in describenda Dei erga suos cura, & in declaranda securitate mirabili qua gaudent degentes sub diuina fiducia, & in enarrandis benedictionibus quibus cumulantur omnes Deo fidentes; tandem concludit, omne bonum esse à Deo sperandum tum protectionis tum felicitatis. Ex hoc Psalmo tentator astutus protulit versiculum illum: *Angelis*

Sozomen. lib. 5. c. 15. Trip. lib. 6. cap. 29. Nicephor. l. 10. c. 21.

Diabolus vsurpat Psalmos in suis tentationibus.

Christus Dominus tentatus in deserto Psalmorum auctoritate.

Psal. 90.

gelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis. Hic modus tentandi ſicut ea validior omnibus iam anteà vſurpatis ad oppugnandum, ita facillimè expugnaſſet animi arcem niſi Deus fuiſſet qui oppugnabatur.

Verùm omittamus hoſtium teſtimonia, quamuis validiſſima & opportuna ad rem, cùm non deſint argumenta planiora, imò clariora, ex noſtris, quæ magis ſuadebunt quod intendimus. Habemus Patres, qui prioribus ſæculis, habemus ſanctos viros, qui non longè à diebus noſtris præceſſerunt, ab iis audiemus vberes fructus Hymnodia in eorum animis productos. Primus audiatur diuus Auguſtinus, qui variis tum eorum ribus circa fidem, tum vitiis circa mores per multos annos innexus, ſicut ope diuina ab vtriſque feliciter euaſit; ita vitæ ſuæ curſum deſcribens & modum ſuæ conuerſionis orbi toti declarans oſtendit quanta ex Hymnodia hauſerit bona quantoſque fructus & commotiones ſenſerit. Pauca eius ſelectiora verba ad hanc rem ſubiiciam, ne longus nimis in re tam aperta ſim. Teſtatur in primis, ſe ex Pſalmorum recitatione cantu in diuinum exarſiſſe amorem tanta vehementia, vt etiam conciperet ſpem videndi eadem affectus in aliis hominibus, ſi totum orbem potuiſſet habere auditorem dum recitaret: *Quæ tibi voces dabam in Pſalmis illis, & quomodo te inflammabar ex eis, & accendebar eos recitare, poſſem, toto orbe terrarum aduerſus typhum generis humani? & tamen toto orbe cantantur, & non est qui ſe abſcondit à calore tuo.* Addit deinde animi miros effectus in ſe commotos tum timoris, tum ſpei, tum exultationis in Deum ex audito

Lib. 9. Cõfeſſ. cap. 4.

Ex Pſalmorum vſu quãta hauſerit bona D. Auguſtinus.

vo

vnius versiculi in Psalmo 4. recitati: *Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Confidit etiam, quòd iidem affectus in aliis gignerentur, si huic dulcissimo Dauidis seu Dei proloquio attenderent: *Ego tamdiu nesciens vanitatem dilexi, & mendacium quæsiui; & ideò audiui, & contremui, quoniam talibus dicitur, qualem me fuisse reminiscebar. In phantasmatibus enim, quas pro veritate tenueram, vanitas erat & mendacium, & insonui multa grauiter & fortiter in dolore recordationis meæ. Quæ vtinam audissent, qui adhuc diligunt vanitatem, & quærunt mendacium, fortè conturbarentur, & euomuissent illud.* Quos affectus in se experiebatur Augustinus, & quos, ad nostram eruditionem & sui ipsius meritum, voluit omnibus confiteri, liberè asserit posse ab omni humano corde sentiri. A cuius sensu non discrepat Cassiodorus, pronuntians, in Psalmorum vsu adesse medicinam opportunè paratam ad omnes animi languores curandos & affectus promouendos: *Loquamur*, ait, *de illo è cælo psalterio, quod vir toto orbe cantabilis ita modulatum pro animæ sospitate composuit, vt his Hymnis & mentis vulnera sanarentur, & diuinitatis singularis gratia conquiratur.*

Psal. 4.

Cassiodor. lib. 2. Var. Epist. 40.

De sancto Ludouico Francorum Rege referunt Historiæ, quòd sicut assiduus erat in diuinis Officiis quæ in Ecclesia explebantur à ministris Ecclesiasticis, ita varios in se experiebatur pios affectus, hauriens ex illis opportuna documenta ad rectam sui regni administrationem; quemadmodum non semel ostendit dum interesset Psalmodiæ. Quadam die audiens verba illa, *Beati, qui custodiunt*

D. Ludouici Regis affectus erga Psalmodiam.

Psal. 105.

custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore, statim iussit accersiri quemdam faciñorosum insignem, quem licet morte dignum, a preces tamen Magnatum à mortis pœna absolverat; tunc liberationis sententiam reuocauit, Dauidis pronuntiatum obseruaret, faciens iudicium & iustitiam: nam audiens hæc verba cognouit, quod priùs, vt morem gereret hominibus, iustitiam violasset & iudicium. Iterùm dum iisdem Psalmis præsens adesset quidam familiaris ipsius Regis, putans opportunitatem loci & temporis fauere, animatus est ad veniam postulandam pro homicida qui de proximo erat mox adiudicandus; at sanctus vir sicut attentè vacabat Hymnorum audiebat, verborumq; sensum & doctrinã pretiosam studebat exequi, negare volens gratiam, vsurpauit eadem verba quæ tunc cantabantur in Ecclesia, *Feci iudicium & iustitiam*, declarans animi sui tum in Deum pietatem tum sanctam iustitiam affectum. Dignum profectò sancto Principe responsum & studium.

Psal. 118.

Vt autem nostræ ætati propiùs accedatur, sicuti eadem est Hymnodia in Ecclesia, ita idem semper fructus & effectus ex ea oriri conspicitur in animis rectè dispositis. Virum proferam præsenti sæculo notum, qui non multis antè annis mortuus est, nempe Philippum Nerium, omnium virtutum & sanctitatis genere conspicuum, cuius memoria in benedictione semper erit. Hic certè sanctus vir, quia insignes illustrationes & pios affectus ex Hymnodia referebat, omni studio adesse conabatur Diuinorum recitationi in Templo sanctæ Mariæ supra Mineruam Romæ nullum vmquam diem passus vacuum ab hac studio

D. Philippi Nerij ad Psalmodiam frequentia.

ſtudio, ex quo magnum ſpiritualis incrementi auxilium ſibi prouenire cognoſcebat, per multos proſequens annos abſque intermiſſione, donec tãdem à Deo vocatus eſt ad alios homines in ſanctitate erudiendos, & dirigendos. Aliqui enim à Deo eliguntur ad plurimorum vtilitatem; quemadmodum Hymnographus deſtinatus à Deo videtur, vt ferè omnium mortalium ſuis Hymnis ſit præcipuus dux ad virtutem & ſanctitatem. Hinc dicebat aliquando de ſe ipſo: *Immiſit in os meum canticum nouum, carmen Deo noſtro.* ecce hîc narrat electionem ſuam felicem ad pſallendum in Dei honorem. Deinde deſcribit fructum in alios deriuandum ex ſuo cantu: *Videbunt multi, & timebunt, & ſperabunt in Domino.* quaſi dicat: Audientes cantum meum in Hymnis excitabuntur ad varios pios affectus, timoris præſertim & ſpei. Nec debet minui horum verborum ſenſus propter verbum *videbunt*, quia non dicatur *audient:* nam verbum *videndi* in ſacris Scripturis, ex Regula diui Auguſtini, pro omnibus ſenſationibus vſurpari conſueuit, vti diſertè tradit ſuper illa verba Domini noſtri, *Quia vidiſti me Thoma, credidiſti. Generalis quodammodò* (ait Auguſtinus) *ſenſus eſt viſus, nam & per alios quatuor ſenſus nominari ſolet, veluti cùm dicimus, Audi, & vide quàm benè ſonet; olfac, & vide quàm benè oleat; guſta, & vide quàm benè ſapiat; tange, & vide quam benè caleat.* Quam regulam, appoſitis Scripturæ ſacræ ſententiis, comprobat Auguſtinus Torniellus in ſuis Annalibus. Nam Exodi 20. dicitur, *Cunctus populus videbat voces*; vbi certè dicendum erat, *audiebat.* Et Marci 15. dicitur, *Vide in quantis te accuſant*; quod idem

Multi eliguntur à Deo ad aliorum vtilitatem.

Pſal. 39.

Cantus ad Scripturæ intelligentiam opportunus.

Ioan. 20.

Auguſtinus Torniellus anno 4084. num. 45.

significat ac si diceret, *Audi*. Imò hoc loquendi genere vsus est Dominus noster ad discipulos
Lucæ 24. suos dicens: *Palpate, & videte; quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* vbi verbum *videndi* non potest aptiùs explicari quàm *palpando sentite*. Quando igitur dicit Hymnographus, *Videbunt multi, & timebunt*, potest intelligi, quòd dum auditur in Ecclesiis, vbi ipsius decantantur Hymni, affectus plurimi semper, timoris saltem & spei, qui sunt veræ sanctitatis præcipua fundamenta & adiumenta, commouebuntur. Ad hanc rem afferebat D. Thomas loco nuper
Psal. 33. citato alia Dauidis verba his similia: *Semper laus eius in ore meo.* en cantus sibi præscriptus. *Audiant mansueti, & lætentur. Magnificate Dominum mecum.* en effectus secuturi in piis auditoribus. Hos præuiderat sanctus Rex spiritu cælesti, eosdemque nos re ipsa quotidie videmus: nam Laicos conspicimus frequentiores ad eas Ecclesias, in quibus diuina persoluuntur Officia in choro tum ante tum post conciones, siue mane siue à meridie habendas Festis diebus, quàm ad eas in quibus conciones tantùm habentur sine vlla Psalmodia. Id puto ob hanc euenire præcipuam causam, nempe ob varios pietatis ergo Deum affectus, quos ex Psalmorum cantu hauriunt laici. Verè namque cantus Hymnorum disponit ac præparat animum ad verbum Dei audiendū; sicut verbum Dei excitat eumdem animum ad laudes Dei nouas tum decantandas tum audiendas: mutuis enim officiis sibi deseruiunt duo ista munera, Hymnodiæ & concionis. Hinc omnes Regulares & sæculares Ecclesiæ concionem habentes à meridie Festorum dierū, Vespe-

Cantus Psalmorum præparat animum ad verbum Dei audiendum.

rarum

rarum saltem admittunt cantum, quamuis aliis diebus nullam cum publica Hymnodia habeant consuetudinem. Præter iam enumeratos effectus & affectus, eliciuntur quoque ab Hymnorum cantu pio amor Dei & compunctio cordis, vti mox dicturi sumus in sequenti Capite.

CAPVT XVIII.

Compunctionis amorisque lacrymas prouocat Hymnodia.

MAGNAM continent vim Dauidici Hymni ad lacrymas, tum audientium tum cantantium, modò ex compunctione modò ex amore commouendas & ciendas, propter vtriusque obiecti vehementia argumenta in Psalmis contenta. Nam si ad prouocandos mortalium animos ad opera quælibet, siue bona siue mala, magnam semper obtinuit vim exemplum, præsertim Heroum & Principum, quemadmodum omnes tum sacræ tum profanæ litteræ docuerunt; *Vis exempli, præsertim in Principe, quanta.*

Scilicet in vulgus manant exempla regentum, Lucanus.

ait ille.

——— *Non sic inflectere sensus*
Humanos edicta valent quàm vita regentis,

dixit alter Poëta. *Et qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea*, docuit Auctor Ecclesiastici. Mirum nulli videbitur, si Hymnodiæ rectum vsum, validissimam dicamus obtinere vim lacrymas ciendi & compunctionem à quolibet lapideo corde, cùm verba omnium Hymnorum dictata noscamus à Rege maximo, qui peccata sua deflens, misericordiam Dei exorabat. Si de Eccli. 10.

Esdra, qui erat in populo maximæ auctoritatis vir, proditum est à sacra Historia, quòd solis suis lacrymis à populo visis, quamuis nullum adiecisset verbum, potuit tantum commouere fletum in omnibus adstantibus, vt ij simul cum illo peccata deflentes pœnitentiam egerint. (primò enim
1. Esdræ 9. describitur fletus & mœror Esdræ, postquam audiuit grauia peccata à populo fideli perpetrata: *Cumque audissem sermonem istum, scidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei & barbæ, & sedi mœrens.* deinde describitur conuentus omnium Principum & popularium, qui vi-
Ibid. 10. dentes Esdram sic amarè deflentem, pariter fleuerunt, & delicta abiurarunt. vbi Glossa ordinaria appositè admonet: *Nota quantum exempla Doctorum iuuent; nihil scribitur Esdras locutus esse, sed tantùm audito scelere lacrymasse, & turbam ad se fidelium non vociferando sed lacrymando traxisse;*) quis audiens videnſque tantum Regem in suis Hymnis ferè iugiter deflentem ob delicta semel ex fragilitate commissa, poterit cohibere lacrymas, & siccis oculis aut audire aut canere?

Lacrymantis visi exemplum lacrymas ciet.

Effusio lacrymarum quanta in Dauide.

lacrymas istas? Tanta (testatur ipse) lacrymarum copia perfundebatur Dauid, vt lectus, in quo iacens Hymnos sæpè decantabat, natare posse videretur, saltem dilutus conspiceretur: *Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo*; seu, vt ex Hebræo fonte legi potest, *Natare faciam lectum meum, stratum meum liquefaciam.* Tanto exarserat Dauid odio in peccata, vt lacrymis vellet ea delere, quæ æstu concupiscentiæ & passionis feruore perpetrarat.

Psal. 6.

Solent alij potentissimi Principes, ad propriæ munificentiæ ostentationem, siue etiam ad ornatum

tum & commoditatem vrbis, vbi resident, maximis impensis deducere per cuniculos subterraneos, siue etiam per arcus eminentes, à collibus & montibus amplos fontes potabilium aquarum: at pius Rex Dauid omne studium & operam posuit, vt à proprio corde per oculos, quasi aptos canales, deduceret iuges fontes lacrymarum, qui numquam per dies nec per noctes deficere possent, ad vtilitatem & salutem animæ propriæ. quod de se ipso testatur dicens: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.* Sicut lacrymarum vim nouerat & expertus non semel fuerat Dauid, ita iugem earum exitum exoptabat, & omni studio educere conabatur: quod vt facilius assequeretur, aliquando sibi ipsi lacrymarum eximia apud Deum merita proponebat, earumque celebrabat insignia encomia. dixit loquens cum Deo: *Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.* quibus verbis nil pretiosius dicere poterat in commendationem lacrymarum. Ex his verbis intelligentes mortales vim lacrymarum, spem concipiunt veniæ; quia vident peccatorum pœnitentium lacrymas ibi positas à Deo, vbi prius positæ erant iniquitates. Ponit Deus lacrymas pœnitentium in conspectu suo, ait sanctus vir Macarius, quia in illis valdè complacet & delectatur, quasi tot margaritis pretiosis ex viscerum ardore progenitis: imò, si licet dicere, illis Deus tamquam gemmis seipsum exornat, more mulierum curiosarum caput & cincinnos exornantium. Licebit certè dicere, quia ducem habemus sacrum Canticorum Textum dicentem nomine Dei placidè alloquentis peccatorem compunctum: *Caput meum plenum est ro-*

Dauidis studium circa lacrymarum prouocationem.

Psal. 118.

Psal. 55.

Lacrymarum merita apud Deum.

Deus lacrymis nostris exornat se quasi gemmis.

Cantic. 5.

re, & cincinni mei guttis noctium. vbi Paraphrastes exponit hoc modo: *Capilli capitis mei pleni sunt lacrymis tuis, sicut vir, cuius capilli capitis tinguntur de rore cæli; & cincinnus cæsariei meæ repletus est guttis oculorum tuorum, sicut vir, cuius cincinnus cæsariei plenus est guttis pluuiæ quæ descendit in nocte.* Certi redduntur pœnitentes ex Dauidicis verbis, quòd Deus excipit lacrymas eorum quasi gemmas & margaritas, quas semper conspectui suo vult præsentes, vt in eis voluptatum concipiat expleat. cui assertioni concinit Christi Domini assertum, quando docuit, Angelos in cælo existentes lætitia perfundi eximia ex lacrymis peccatorum deflentium: *Dico vobis, gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente.* Hoc gaudium Angelorum ortum ducit ex eodem fonte, nimirum ex lacrymis positis à Deo in conspectu suo. Sicut exoptant spiritus Angelici mortalium æternam salutem; ita videntes horum lacrymas à Deo æstimari, lætantur & exultant. Certi sunt Angeli sancti, quòd videns Deus pœnitentium lacrymas, citissimè commouebitur ad misericordiam. Non videri possunt lacrymæ deflentium absque Dei videntis commiseratione. Magna est vis lacrymarum ad miserationem commouendam, sicut & acutè dixit Poëta:

Angelipœnitentium lacrymis delectantur. Lucæ 15.

Interdum lacrymæ pondera vocis habent.

Lacrymæ vim habent vocis. Thren. 2.

quod & grauiùs dictum fuerat à Propheta Ieremia, dum ad fletum compunctionis hortaretur populum Israëlitarum: *Deduc quasi torrentem lacrymas per diem & noctem; non des requiem tibi neque taceat pupilla oculi tui.* Per quæ verba vbi ma, dum tribuitur vox pupillæ quæ lacrymatur, ostenditur earum vis ad animum commouendum

dum, ac si maxima declamarent eloquentia. Magnam lacrymarum felicitatem cecinit Dauid, cùm dixit: *Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.* Psal. 55. Cùm igitur in suis Psalmis modò videatur Dauid iugiter deflere, exitusque aquarum deducere, & lectum suum lacrymis conspergere, imò abluere, modò lacrymarum vim celebrare; qui ex animo ista attendunt, cohibere non valent cursum fletus. Testem produco omni exceptione maiorem, qui non de aliis, sed de se ipso proloquatur. Confitetur diuus Augustinus qualem in se ipso esset expertus effectum Psalmorum, quando in initiis suæ ad Deum conuersionis Hymnodiæ attentus adstabat in Templis, dicens vberes tum ex corde tum ex oculis se emisisse lacrymas, ortas ex Psalmorum cantu audito. *Quantum flevi in Hymnis & canticis tuis, suaue sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus? acriter voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea æstuabatur inde affectus pietatis, & currebant lacrymæ, & benè mihi erat cum eis.* Benè fuit Augustino cum lacrymis suis; quia felicitas cordis humani ex lacrymis & compunctione ortum suum ducit. Sicut qui peccator flere non nouit peccata sua, timoris vehementem habet causam, ne in peccatis moriatur. Nam inter seueriores minas cuidam populo per Prophetam Ezechielem à Deo immissas, illa reputari debet acerbior, qua Deus protestatur eos non plancturos, sed in peccatis morituros: *Non plangetis, neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris.* Ezech. 24.

Lacrymatur D. Augustinus in Psalmis.

D. August. Confess. lib 9. c. 6.

Peccata non flere, est indicium reprobationis.

Ratio, cur multi in Hymnodiis aut audiendis aut etiam exercendis compunctionis lacrymas non sentiant, optimè detegitur à diuo Bernardo

Lacrymæ compunctionis non ab omnibus haberi possunt.

in propria persona nostras miserias euulgãte: Sæpè, ait, *ad sacrum mysterium vocem meam fregi, dulciùs cantarem, & magis delectabar in vocis modulatione quàm in cordis compunctione; Deus vero cui non absconditur quidquid illicitum perpetratur non quærit vocis lenitatem, sed cordis puritatem.* En causa nostræ insensibilitatis, nimirum inaduertentia ad ea quæ audimus aut cantamus; non enim cor afficitur iis quæ os pronuntiat. Cæterùm nostra priuamur eo bono, quod posset reddere animas nostras felices, imò terque quaterque felices: nam si compunctionis lacrymas sentiremus, nullus post hanc vitam foret necessarius ignis expiatorius, quemadmodum testatur idem diuus Bernardus dicens: *Fortè enim non reperiet ignis exurens, quod interim fluens lacryma dilueret.* Verùm eheu! nos miseros flere nescimus quando flenda commisimus, etiamsi verba & exempla ad lacrymas prouocantia habeamus, cùm tamen lacrymas paratas vnusquisque habeat ob temporalium rerum aduersum euentum. Si filius eripiatur parentibus; si dolor vehemens capitis, dentium, aut alterius membri vrgeat alterquem; si honoris iactura immineat alteri, nullum fletum valet cohibere. De multis dici verè potuit, quod aliquando de suis ciuibus Carthaginensibus Annibal pronuntiauit. Postquam enim Carthago à Romanis deuicta variis fuerat tributis subiecta, dies primæ solutionis faciendæ venit, magnusque tunc fletus factus est omnium ciuium, quia vnusquisque ad ratam tenebatur pensionis. Non potuit Annibal risum effusum continere, licet adessent Primarij viri ciuitatis, quorum vnus eum reprehendit, quasi de re loco

Lacrymæ extinguunt ignem Purgatorij. D. Bernar. Serm. in verba Iob. *In sex tribulat.*

Lacrymæ facilè cientur ob iacturas temporales.

Plutarch. in Annibale.

causa

causæ & tempori parum opportuna: at ille subridens respondit, se non ridere ex lætitia, sed potiùs ex irrisione, quia videret lacrymas hominum importunas; plorabant enim leuissimum damnum priuatum, cùm anteà nullus lacrymarum sensum ostenderit, quãdo mala grauissima publica ingruebant, quando scilicet publicæ classes deiectæ, quando exercitus trucidati, quando arma capta spoliaque amplissima detracta audiebantur, & cernebantur. Multò maiori fundamento irridebimur nos à Cælicolis, quando videbunt in oculis nostris lacrymarum copiam ob temporales iacturas, & siccis oculis in peccatis iacentes audire Regem maximum flentem, lacrymarum vim celebrantem, & ad lacrymas prouocantem.

Lacrymæ diligentium Deum dulces.

Qui nouerunt compunctionis lacrymas educere, paullatim eleuantur à Deo ad dulcissimas lacrymas amantium Deum. Non enim ob peccata tantummodò emittuntur lacrymæ de corde hominum, sed dulces etiam lacrymæ inueniuntur diligentium Deum. Amanti Deum ex corde omnis Dei sui recordatio commouet viscera, & præ dulcedine liquefacta anima in lacrymas erumpit, iuxta illud pronuntiatum animæ diligentis Deum in Canticis: *Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est.* Cantic. 5. Veri amantes vix aut legunt aut audiunt ex Psalmis celebrari siue misericordiam, siue amorem, siue benignitatem, siue suauitatem, siue prouidentiam, siue etiam nomen solum Dei, quin statim in lacrymas resoluantur. De Iuliano Anachoreta refert sanctus Ephræm, quòd tantam acquisierit facilitatem ad lacrymas ob eximium amorem in Deum, vt ad solius nominis Dei siue visi, siue lecti siue auditi recordationem,

Lacrymæ Iuliani Anachoretæ quantæ.

maxima ſtatim copia lacrymarum perfunderet
Cùm quadam die incidiſſet ſanctus Ephræm
Codicem ſacrum & in librum Pſalterij, quos
hibebat Iulianus, vidiſſetque nominum omni
Dei, Domini, Ieſu, Chriſti, Saluatoris litu
accerſito Iuliano ſciſcitatus eſt, quis ea corru
ſet nomina. Reſpondit Iulianus, ſicut form
trix mulier ad Dominum Saluatorem accede
lacrymis pedes eius rigabat; ſic ego vbicum
nomen Dei mei ſcriptum reperio, lacrymis
re cogor, vt aliquando merear ab eius voce
re, Vade in pace. O dulces lacrymas omni gu
ſæculari cariores & gratiores! de iſtis ver
illa encomia à diuo Chryſoſtomo pronun
quòd martyrij meritum adæquant; vt enim
mulant animam cæleſtibus meritis, ita ma
eminentiam æmulantur. *Quid valeant lacr*
(ait D. Chryſoſtomus) *attende diligentiùs.*
Martyribus maius, qui animam ſuam ponun
amico ſuo? grandis gloria Martyrum. Martyr
fundunt ſanguinem, peccatores effundunt lacry
meretrix illa non fudit ſanguinem, ſed fontem
crymarum profudit, & deleuit peccata ſua. O
ram lacrymarum vim! Felices qui flere digni
ſicut flere ſolebat Dauid; nam tales lacry
ſum gehennæ incendium extinguere nou
imò & flammas amoris accendere & nutrire
gnæ ſunt, vnde audita eſt vox illa in laude
mantis deflentis: *Quoniam dilexit multùm.*
multùm diligit, multas lacrymas emittere
qui nihil diligit, ſaltem compunctionis fle
ſtudeat acquirere, ne de nobis illud dici q
quod de quibuſdam aſſerüit Hymnographus,
rauerunt in ſolitudine in inaquoſo; eò quòd

Lacrymæ diligentium Deum æmulantur martyrij meritum. D. Chryſ. Homil. 2. in Pſal. 50.

Lucæ 7.

Pſal. 106.

beamus cor verè aridum & oculos prorsus siccos sine aqua. Quantò quisque sanctior est, verbis concludam diui Augustini, & sancti desiderij plenior, tantò sit eius in orando fletus vberior; dulciores siquidem erunt hæ lacrymæ quàm gaudia maiora theatrorum. Oremus Deum nostrum, vt psallentibus nobis & audientibus omnibus, venam lacrymarum per suam immensam benignitatem aliquando aperire dignetur; vt tandem mereamur inter veros amantes, vel saltem pœnitentes, annumerari.

CAPVT XIX.

Hymnodia misericordiam Dei conciliat.

TANTA est apud Deum Hymnodiæ ritè expletæ vis & auctoritas, vt eius voluntatem, quamuis iustè auersam, ad se trahat atque conuertat, iram illius placatam reddens, misericordiam amoremque sibi concilians. Non potest Deus audire voces clamantium & inuocantium se, Deum suauem, benignum, misericordem & pium, vti in Psalmis inuocatur, quin statim exerceat effectus & signa beneuolentiæ, suauitatis, benignitatis, misericordiæ & pietatis. Insignior Dei conditio, qua magis præ ceteris attributis suis gloriatur, est misericordia; & Paulus eam in se ipso largissimè expertus, dum loqueretur de illius necessitate ad peccatorum salutem, nominare potiùs voluit titulo gloriæ quàm gratiæ aut misericordiæ, dicens: *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.* vbi pro gloria Dei intelligere voluit gratiam & misericordiam Dei, aiunt omnes sancti

Misericordiâ gloriatur Deus.

Rom. 3.

D Hieron. lib. 6. in Isaiam. D. Augustin. lib. 1. de Pec. merit.

sancti Patres; quorum aliqui, sensum potius tendentes quàm verba, legunt, *gratia Dei.* Ve gloria est misericordia & gratia ob multas ra nes, tum quia per hanc misericordiam & gratia multi peccatores consequuntur gloriam; tum iam quia per hanc magis glorioſus ostendi Deus erga peccatores quàm in ceteris aliis s potentiæ operationibus, quamuis infinitis, que admodum læta canit & celebrat Ecclesia dicen *Deus qui omnipotentiam tuam parcendo ma & miserando manifestas.* Quod elogium di

Sap. 11.

Ecclesia ab Auctore Sapientiæ, qui coniung tentiam cum misericordia, & vtriusque re effectus: *Misereris omnium* Domine, *quia potes*, en potentiæ & misericordiæ connexio;

Misericordia diuina beneficia in peccatores.

dissimulas peccata hominum propter pœnitentia ecce effectus huius omnipotentis misericor quia per hanc sustinetur peccator, ne à pec pondere demergatur in æternam perditionem toleratur, vt tempus & spatium possideat pœ tentiæ. Hæc misericordia dulciter præuenit pe catores, inuitans & adiuuans ad pœnitenti Sicut Deus glorioſior ostenditur per hanc mi ricordiam; ita facilis eam concedit indulgen mus Deus, quando Hymnis ad rem oppo inuocatur & colitur, quemadmodum Dauidi

Misericordia diuina valdè prædicatur à Dauide.

Hymnis perfectè expletur. Nusquam magni centior est sermo de diuina misericordia; nulli tam frequenter aut nominatur aut celebratur misericordia; nullibi tanta fiducia inuocatur misericordia quàm in Dauidicis Hymnis: in appellatur sæpissimè Deus suauis, benignus, m sericors, miserator, patiens, longanimis, m multùm misericors, siue multæ misericordiæ,

ue etiam magnæ misericordiæ; in his prædicantur opera misericordiæ, & extollũtur super omnia opeta Dei. Aliquando audet Dauid, & pronuntiat tantam esse magnitudinem misericordiæ, vt nequeat à maxima ira impediri aut limitibus circumscribi: *Numquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas?* Vbi, si libet expendere modum loquendi, non vacare mysterio comperiemus vocem illam in numero multitudinis, *misericordias*, cùm *ira* in numero singulari proferatur; quasi non solùm viribus præualeat misericordia iræ, sed etiam numero & multitudine. Quæ consideratio vera est quantum ad effectus; multò enim plures sunt misericordiæ effectus quàm iræ. Ideò illa non potest ab ista aut impediri aut penitus absorberi, cùm etiam in inferno, à quo misericordia videtur prorsus elongata, & vbi ira videtur suam exercere auctoritatem, non excludatur nihilominùs omnis misericordiæ effectus; nam pœnæ ipsæ infliguntur citra condignum, vti asserunt omnes Theologi. At ira non semel à misericordia penitus resoluitur, quemadmodum celebrauit Dauid dicens: *Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ.* Ad quam rem facit elegans meditatio diui Ambrosij super verba Dauidis, *Misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur*, considerans bis nominari misericordiam, & semel tantùm iustitiam, & hanc in medio esse positam vtriusque nominationis; quasi ira remaneat inclusa & circumscripta intra septa misericordiæ. Magna sunt quæ Dauid suis Hymnis celebrat & prædicat in laudem diuinæ misericordiæ, vt ob hanc rem, quasi dixerim, cogatur Deus suam exercere

Pſal. 76.

Misericordia vis prævalet iræ.

Misericordia Dei etiam in inferno elucet.

Pſal. 84.

D. Ambrosius Orat. de Obitu Theodos.

Pſal. 114.

exercere miſericordiam erga implorantes illa huiuſcemodi Hymnis.

Miſericordia Dei faciliùs obtinetur Pſalmis quàm Sacrificiis.

Pſal. 50.

Dauid ipſe potiùs Hymnis quàm vitulorum Sacrificiis & victimis ſibi ipſi miſericordiam ha Dei magnam non ſolùm poſtulauit, ſed acq ſiuit & obtinuit. Celebris eſt Pſalmus 50. *Mi rere mei Deus ſecundùm magnam miſericordia tuam, & ſecundùm multitudinem miſeratio tuarum dele iniquitatem meam.* qui ab initio que ad finem totus eſt in imploranda hac miſe cordia ſuper ſe, poſtquam admonitus à Nat Propheta cognouit delictorum ſuorum, ad rij & homicidij, non ſine magno totius ſui ſcandalo, grauitatem. Quo Hymno ſicut ob veniam peccatorum, & gratiæ dona amiſſa; miſericordiam magnam Dei exaltat, ſpond ſe illam in æternum laudibus celebraturum. Hymni ſunt apud Deum omnibus electis vitu pretioſiores & cariores; vituli idcircò appella tur tam à Prophetis antiquis quàm ab Apoſt nouæ Eccleſiæ. Oſeas ex priſcis Prophetis Do num exorans, vt veniam peccatorum miſeric concedat, ſpondens Hymnos, vocat eos vitu

Oſeæ vlt.

labiorum: *Omnem aufer iniquitatem, accip num, & reddemus vitulos labiorum noſtr*

Paulus magnus nouæ Eccleſiæ Apoſtolus, vt do ceret Hebræos modum conciliandi miſericor diam & gratiam Dei, hortatur vſum Hymnor loco hoſtiæ quæ ex vitulis offerebatur; & app

Hebr. 13.

lat fructum labiorum confitentium Deo: *Offe mus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt fructum biorum confitentium nomini eius.*

Orare an debeant peccatores.

Hos Hymnos qui nouit vſurpare loco ho cauſtorum pinguiſſimorum, & victimarum e

cti

ctissimarum Sacrificiorumq; perfectissimorum, facillimè tum sibi tum aliis poterit conciliare Deum propitium; sibi inquam, si nimirum peccatorum pondere pressus egeat gratia Dei. Nec quisquam debet abstinere ab Hymnodia, quia existat in peccato mortali, nec dignus sit exaudiri. Nam licet pronuntiauerit aliquando cæcus à natiuitate illam propositionem, *Scimus quia peccatores non exaudit Deus*; quæ propositio multos deterret ab vsu orationis & Hymnodiæ, quando se graui culpæ obnoxios sciunt: nihilominùs neque peccatores ab orationis debito excusantur, quia absolutè sumpta hæc propositio cæci non est vera, imò vti absolutè falsa reiicitur à diuo Augustino & ab Origene, qui admonent excusandum cæcum, quia illam protulit nondum in fide illuminatus. Potest tantùm admitti illa propositio quoad meritum; nulla enim oratio aut alia virtutis actio peccatoris est meritoria, cùm meritum supponat statum gratiæ præexistentis. Itaque peccator ex merito non est dignus à Deo exaudiri; oret tamen peccator & Hymnos dicat Deo, quando voluntatem deponit peccandi, cupitque morum emendationem & mutationem, sicuti orauerunt, & impetrauerunt Magdalena, Publicanus, & latro. Veniam iste obtinebit non ex vi meriti sui, sed ex benignitate & misericordia diuina, quæ Hymnis celebrata & exorata libenter audit & exaudit precantes, quemadmodum docent omnes sacri Theologi cum D. Thoma. Hinc à Christo Domino nostro docemur dicere & orare: *Dimitte nobis debita nostra*. Quæ oratio si esset minimè exaudienda, vtique non iuberetur, & tamen supponit adesse debita culparum ignoscenda.

Ioan. 9.

D. August. Tract. 44. in Ioan. Origen. in Isaiam Homil. 5.

Peccatores orantes an à Deo exaudiantur.

D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 16. Matth. 6.

Oratio ab Ecclesia ordinata maiorem possidet vim impetrationis. Libro II. cap. VIII. & lib. III. cap. II.

da. Addamus, quòd Hymnorum vsus in Hon
Canonicis maiori pollet auctoritate ad impetra
dum, quia præscriptus est ab Ecclesia, cuius pe
sona induitur ab orante & psallente deputato
ue ratione Ordinis, siue ratione beneficij, su
ratione status Religiosi, vti posteà latiùs dic
mus.

Varios diuinæ misericordiæ effectus ex Hy
nodiæ vsu ortos nouimus ex sacris Scriptur
Vnum hoc loco satis sit referre, qui ceteris il
strior videtur; quem omnis populus Israëlit
videre dignus fuit in solemnissima Templi S
monici dedicatione, magna omnium ordi
frequentia celebrata. Tunc canentes Sacer
tes & Leuitæ singulari lætitiæ affectu concine
Hymnum illum celebrem in laudem omn
operum diuinæ misericordiæ, qui incipit, *Co*
fitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæc
lum misericordia eius, cum aliis Dauidicis Hy
nis; cùm ecce ignis descendens de cælo deuo
uit holocausta & victimas, deinde Maiestas D
mini impleuit totum illud Templum. Omnia
conspiciebantur ab omni populo, qui lætitia p
nus laudabat Dominum, repetens ac dic
Quoniam bonus, quoniam in sæculum miseri
eius. Has easdem misericordias saltem inuisibi
experitur nostra Ecclesia propter vsum Hym
diæ, quæ dum ritè exercebitur, misericordias co
pioſas semper obtinebit & augebit.

2. Paral. 7.

Insignis misericordiæ diuinæ effectus super psallentes in Templo Salomonis.

Sicut itaque vnicuique Ecclesiastico facilis e
vsus Hymnorum, vt idcircò non sit opus pe
parare impensas, sed possint à quolibet offer
omni loco & tempore, ita par est vt illis frequen
ter vtamur ad nostram vtilitatem. Tanta hæc b
cilit

cilitas nequit reperiri in aliis Sacrificiis externis siue rerum siue victimarum, quæ non omni loco, nec omni tempore, neque ab omni homine possunt haberi: at Hymnos potest quilibet, siue pauper siue diues, siue in terra siue in mari, offerre & cantare, & misericordiam diuinam super se implorare. Hinc cùm sanctus Hymnographus prætulisset hilarem ac deuotum cantum Hymnorum cuilibet electissimorum animalium Sacrificio dicens, *Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. Et placebit Deo super vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas*; tandem ad quoscumque siue necessitate siue voluntate pauperes conuertit sermonem, eisque gratulatur ob huiusmodi facilem opportunitatem, quã habent gratissimas immolandi victimas Deo, absque molestia quærendi sumptus: *Videant pauperes, & lætentur; quærite Deum, & viuet anima vestra, quoniam exaudiuit pauperes Dominus*. Expendere hoc loco possumus suauem ac nobilem Historiam, quam scriptam reliquit ad nostram vtilitatem & consolationem sanctus Propheta Ionas initio suæ Scripturæ dicens, quòd naufragantes socij, post incolumitatis obtentæ mirabile beneficium, *immolauerunt hostias Domino*. Quas hostias, quæso, potuerunt illi homines immolare Domino, quærit diuus Hieronymus, cùm certum sit, in illa naui nullas fuisse victimas immolandas? nam etiam si anteà forsan adfuissent animalia, posteà dum periclitaretur nauis, vtique fuissent in mare proiecta, cùm proiecta fuerint omnia vasa quæ nauem aliquo modo aggrauabant: imò res eò deuenit ob periculum, vt decretum esset proiicere aliquos homines, vt magis

Psalmorum Sacrificia possunt ab omnibus offerri omni loco & tempore.

Psal. 68.

Ionæ 1.

gis alleuiaretur nauis, vti re ipsa proiectus fu
Ionas sorte extractus. qui nisi à cete ex diuin
dispositione fuisset seruatus illæsus, demersus
fluctibus interiisset. Quid igitur potuerunt im
molare, quando victimas non habebant? Reso
uit dubium diuus Hieronymus dicens, nul
aptiori sensu intelligi posse hanc immolationem
nisi dicamus immolasse hostias labiorum, hy
des nimirum & Hymnos, quales obtulit etia
Ionas in ventre ceti existens; nam dicitur il
orasse Dominum suum illis verbis: *Ego autem*
in voce laudis immolabo tibi. O verè nobiles ho
stias Deo caras, nobis faciles, imò & vtiles, qu
numquam nobis deesse possunt! Has sæpè i
molabat Hymnographus, vt sibi diuinam pro
reretur misericordiam: *Immolaui in tabernac*
eius hostiam vociferationis; cantabo, & psalmu
dicam.

Naufragantes possunt Deo offerre victimas orationis.

Ionæ 2.

Psal. 26.

Psalmorum preces Ecclesiam sustentant.

Nisi huiusmodi hostiæ institutæ essent in E
clesia fidelium opportuno tempore vsurpand
actum iam esset de re Christiana, propter gra
santium delictorum frequentiam, quæ iram De
maximè exacuunt & armant. Verùm flectun
Deus à piis psallentibus, qui quasi mystici luc
tores, oratione & precibus Deum flectunt ad
postulata, æmulatores effecti Patriarchæ Iacob
qui luctans obtinuit benedictionem postulatam.
Imò ausim dicere, quòd Deum cogant nostræ
Hymnodiæ, vt iram deponat, & misericordiam
exhibeat; quasi non possit aliter resistere. Hinc
illa vox ad Moysem pro populo orantem, *Dimit*
te me; vbi Chaldæus legit, *Intermitte precatio*
nem, vt irascatur furor meus: quia precatio tan
viri, iram & furorem iustum Dei impediebat, n
vltionem

Gen. 32.

Exod. 32.

Psalmodia impedit diuinum furorem.

vltionem sumeret de populo contumaci. Hanc misericordiam ne omittamus enixè postulare, ô Ecclesiastici, & pro nobis & pro aliis, vt aliquando valeamus ad ipsum Deum benignum peruenire, qui coronat dona sua in misericordia & in miserationibus, si fideliter expleamus officium Hymnodiæ nobis iniunctæ.

CAPVT XX.

Hymnorum vsus morientibus ac mortuis proficuus.

LICET Hymnorum vsus nullam mortalibus vtilitatem adferret aliam, nisi alteram ex iis quas hoc Capite probare intendimus, nempe magnum aduersus diaboli insidias præsidium tempore mortis, magnum item vita functis suffragium, esset nihilominùs valdè æstimandus ac diligendus. Sola prior vtilitas maxima esset, & Hymnodiæ æstimationem extolleret, quia illam necessitatem subleuat, in qua de summa agitur rerum; agitur, inquam, de summa illa felicitate, qua amissa, ad summam pertransitur infelicitatem. Concors est omnium Doctorum sensus, vnicuique morienti adstare & instare dæmones, vt variis insidiis & astubus animas lucrentur & pertrahant ad perditionem. Non sanctitati, non merito, nec virtuti morientium attendit diabolus aut parcit, sed totus, vt suo muneri tentandi faciat satis, intentus est, siue speret effectum siue desperet. Ea est diaboli conditio, semper vt velit suis exercere tentationibus homines. Ille quidem ligatas habet vires, nec potest quidquid vellet obtinere,

Dæmones morientibus adstant & instant insidiis.

Diaboli vires sunt ligatæ.

tinere, vti disertè nobis testatum reliquit divus
Apoc. 20. Ioannes in sua Apocalypsi dicens, apprehensus
fuisse ab Angelo, hoc est Christo per Angelum
figurato, *draconem, serpentem antiquum, qui est*
diabolus & satanas, & ligatum *per annos mille*, et
missum *in abyssum*, & signatum *super illum*. Cu-
D. August. nis est diabolus, aiebat diuus Augustinus, in ca-
Serm. 197. tena positus, latrare potest, aggredi potest, mor-
de Temp. dere omnino non potest nisi volentem. Leo et
& circuit quærens quem deuoret, rugire potest
D. Bernar. aiebat diuus Bernardus, sed ferire non potest.
in Psalm. Vult nihilominùs experiri suas vires & contra
Qui habit. suos, quidquid tandem euenturum sit non ig-
Serm. 13. rans; sitim enim illam, quam habet tentandi, ni
explere videtur.

Iusti cur permittantur tentari à diabolo sub mortis tempus.

Ne quisquam miretur, cur Deus permitta
iustos suos ab hoc tentatore exerceri, voluit mi-
sericors Deus quadam nobili visione aliquando
causas declarare per Angelum suum, cuiusdam
sancti Monasterij custodem. Angelus iste obuiam
habuit quadam die diabolum, qui venerat solli-
citus, vt à viris illis virtutum actionibus intentus
prædam aliquam obtineret; cui Angelus dixit:
Surius 15. Septembr. in Vita sancti Aicardi. *Habebis hic ministerium Monachis quidem fa-*
ctuosum, sed non tibi proficuum; illis ad expia-
tionem, tibi ad confusionem. Illicò respondit diabolus:
Numquid ego his aut vllis Christicolis debitor sum
Diaboli tentationes purgant iustorum maculas. *ad salutem? Angelus subdit: In hoc his debitor es,*
quia si quid in eis est quod resecari debeat, horum
visionis tuæ purgabitur. Ex quo colloquio inter
Angelum beatum & angelum damnatum, dis-
cuit sanctus Angelus, Deum permittere iustos ex
diabolo præsentia tentari, vt talis visio & præsen-
tia illis proficiat ad expiationem quarumdam de-

uiorum

uiorum macularum, quas etiam in iustis perfectis remanere contingit. Hinc est, quòd idem Angelus conuersus ad sanctum Aicardum, qui Monasterij illius erat Abbas, dixit: *Ne verearis à facie diaboli, nulla ei in hac Christi familia ad nocendum data potestas est, præterquam quòd animabus è corpore exituris visio illius expiabilem terrorem incutiet, vt si in eis aliquid est quod resecari debeat, horrendæ illius visionis terrore expietur.*

Ob hanc causam insigniores quique sancti viri sicut non fuerunt immunes ab hac experienda dæmonis conditione, ita opportuno armorum præsidio se armare volentes, ad Psalmorum armamentarium confugerunt, magnam in illorum recitatione vim constituentes; ita vt ferè omnes sub mortem Hymnum aliquem, aut saltem alicuius Psalmi vnum vel plures versiculos, ad necessitatem opportunos, arripere & vsurpare studuerint. Ratio principalis, cur tanta virtus aduersus tartareas potestates in Psalmorum vsu sit posita, ea est; quia Dauidis præcipua intentio in suis Hymnis est ad Deum directa, & ad illius prædicandam magnitudinem, sanctitatem, potentiam, sapientiam, bonitatem, prouidentiam, ceteraque perfectiones, seu attributa, quibus fidei nostræ solemnis continetur professio. Nihil autem magis propulsare dæmonis siue artes siue conatus, quàm fidei actus, quasi tot validissima armorum munimenta, docent Apostolorũ Principes Petrus & Paulus. Ille dicens, *Aduersarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide*, fidem suadet, quæ plurimùm valeat ad effugandum leonem rugientem. Hic etiam asserens, *In omnibus* Ephes. 6.

Actus fidei magnam possidet virtutem contra dæmones.

1. Petr. 5.

bus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia ... la nequissimi ignea extinguere, fidem suadet, q... validissimi scuti munus exercens, retorquet o... nia diabolica tela, quamuis ignita & arden... hoc est valdè efficacia & acuta. Ad quam rem e...

Origenes Homil. de Elcana.

pendens Origenes Dauidicum illud pronunt... tum Psalmi 10. vbi de dæmonibus videtur e... sermo sub nomine peccatorum, qui intento ar... parauerant sagittas suas in pharetra, vt sagitt... in obscuro rectos corde, ait: *Tu si indutus fu... mis Dei, si scuto fidei munitus, & galea sal... obtectus, & lorica caritatis & gladio spiritus ac... ctus, arcus contra te potentium pro munimentu... libus infirmabitur.*

Diaboli tentationes circa fidem quomodo facilè superentur.

Magna vis actuum fidei in Deum, præser... tempore mortis, quando pertinaciores sunt d... mones circa eamdem fidem, tentantes illam a... quo modo euertere, sed nihil obtinere valent... his qui familiares habent Dauidicos Hymnos... sententias. Sicut eo tempore non disputation... bus differendum est cum astutissimo & docti... simo hoste, ita Dauidis Hymnos vsurpare fr... quenter, maximum affert animæ præsidium. Ob... tinet effectum diabolus facillimè ab his quos... perit hoc præsidio spoliatos & inermes. Ebu...

D. Chrys. Homil. 8. in Epist. ad Romanos.

bolus, ait sanctus Chrysostomus, quasi qui... ex latronibus qui obsident vias, ad spoliand... iter facientes. Si tunc transiens sit armis munit... non audet latro exire & aggredi; at inermes... transeant, aggreditur, imò spoliat & occidit. Ide... circò inter preces magis opportunas, ad iuua... dos morti proximos ab Ecclesia institutas, re... tandas ab adstantibus, potiorem partem po... dent Psalmi Dauidici; vt sin minùs ipse mori...

non valeat vel nesciat vsurpare scutum Psalmorum, saltem adhibeatur ab his qui assistunt in auxilium. Piorum itaque hominum rectè institutæ Congregationes sicuti studeant morientibus fratribus omni opportuno adesse auxilio, ita post sanctorum Sacramentorum opportunam oblationem Psalmorum etiam offerunt afferúntve efficacissimam opem. Non erit abs re hoc loco afferre quæ in nostro Paulinorum Ordine ex præscripto ritu omnino seruamus, ad fratrum nostrorum morientium copiosius auxilium & solatium. Conuenire omnes Religiosi debent, audito domesticæ campanulæ signo, ad ægroti morientis cubiculum; & dum huic à Superiore datur sacra Vnctio, isti alternatim recitant Psalmos de Pœnitentia. Qui pius mos si à laicis vsurparetur circa proprios consanguineos atque amicos morientes, opportuniorem suggererent opem quàm lacrymis & eiulatibus.

Recensere hoc loco libet præcipuos Ecclesiæ sanctos viros sanctasque mulieres in Hymnorum recitatione expirantes. In primis aderit Dominus noster Saluator, qui, ad nostram informationem & solatium, sicut viuens & sanus diabolicis voluit subiici tentationibus post ieiunium expletum quadraginta dierum & totidem noctium in deserto, ita etiam moriens iisdem insidiis passus est esse impeti. Nam proditum est ab Eusebio Cæsarienst, quòd morienti Domino, dum esset in cruce grauissimis affectus & afflictus vulneribus, affuit integer exercitus spirituum malignorum illum obsidens, vel saltem circumdans, non quia putarent se posse ei aliquid afferre nocumenti, sed conati sunt illum, quo acriori liceret modo, affligere

Psalmis vsus est Christus Dominus tempore mortis.

Euseb. Cæsar. lib. 1. Demonst. cap. vlt.

Christus Dominus in cruce existens passus est diaboli visiones.

fligere adstantes, aspectibus toruis & hiante
ctu aspicientes in illum. De qua obsidione, seu
flictione, videtur locutus Dauid nomine ip
Psal. 21. Christi dicens: *Ne discesseris à me, quoniam*
bulatio proxima est, quoniam non est qui adiu
Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues
sederunt me, aperuerunt super me os suum. Quib
Propheticis verbis videtur respondisse effec
re ipsa in cruce secutus, quando idem Domi
Matth. 27. quasi coactus fuerit clamare ad Patrem, *D*
Marci 15. *meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* que
admodum ab Euangelistis proditum est: q
tunc conquestus sit de proprio Patre, quòd
tanta angustia ab hostibus tartareis illata non p
stiterit auxilium. Nullum autem opportunius
ripuit remedium benignissimus Dominus qu
Lucæ 23. verba Psalmorum, dicens: *In manus tuas co*
mendo spiritum meum. quæ ex Psalmo 30. desc
pta esse vnusquisque nouit. A capite nostro ni
ad membra electiora facillimè erit transitus.

Psalmorum sententiis vsi sunt præcipui sancti viri mortis tempore.

De diuo Augustino scripsit Possidonius, qu
sicut viuens Psalmorum lectioni & studio fue
maximè addictus, ita sub mortem coluerit m
xima frequentia, & recitauerit Psalmos i
qui dicuntur de Pœnitentia, seu Pœnitentia
Diuus Basilius etiam sub mortem recitare
gressus est Psalmum 30. & ad illa verba qua D
minus noster in cruce pronuntiauerat, *In manu*
tuas Domine commendo spiritum meum, dicit
expirasse; quemadmodum scripsit diuus Greg
rius Nazianzenus eius intimus amicus & socius
In eiusdem quoque Psalmi & eorumdem verbo
rum prolatione expirasse diuum Nicolaum M
ræ Episcopum, & D. Ludouicum Regem ma
ximum

ximum, narrant historiæ. De beatissimo Patriarcha Francisco Assisinate narratur, quòd moriens cygneo cantu inceperit Psalmum 141. quem ad finem vsque prosecutus absoluere commodè potuit; & in suaui prolatione vltimi versiculi, *Me expectant iusti, donec retribuas mihi*, animam Deo creatori reddiderit, vt eam iustorum retributionem re & effectu perciperet, quam Dauidicis verbis nuperrimè decantatis sibi ipse prædixerat. De sancta Paula illa Romana tam celebri, quæ, relicta patria & nobilissimis parentibus, vt soli Deo feruentiùs vacaret, Ierosolymam commigrauit, scripsit diuus Hieronymus, eius in vita spirituali Pater & Doctor, quòd sub mortem ex Dauidicis Hymnis sententias varias vsurpabat, eas præsertim quæ affectum in Deum mouere aptiùs valerent; vti illa: *Heu mihi! quia incolatus meus prolongatus est.* item alia: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* Ex nuperrimis afferre possumus, quæ videre & audire licuit Mediolani tribus ab hinc annis, dum ad Comitia nostræ Congregationis generalia conuenissemus. Inuenimus tunc Hieronymum Boërium, qui vnus erat ex primis assessoribus supremi regiminis, quique non semel totam Congregationem prudentissimè sanctissimeque rexerat, graui morbo laborantem, quo tandem nobis ereptus, ad vitam, vti credimus, meliorem transiit. Hunc Religiosum sub mortem in Dauidicis verbis valdè assiduũ mirabamur; quia præsertim suaui quadam modulatione, apud nos inusitata, Psalmos proferebat. Dum in hoc studio frequens esset, accidit res mira. Nam paulò ante vltimos spiri-

Psal. 141.

Psal. 119.

Psal. 41.

tus, quando totus calor vitalis ad solum pectus receſſiſſe videbatur, ab aſtante Sacerdote interrogatus Hieronymus, ſi Dei memor tunc esset, ipſe voce modulata, quæ longiſſimè è diſtanti loco videbatur exire, clarè cecinit: *Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini. Lætatus ſum in his quæ dicta mihi: In domum Domini ibimus.* & ferè in illis verbis expirauit. Quales nos contingit esse viuentes, tales quoque tempore mortis perſeuerantes vt plurimùm reperimur. Verba illa quæ familiaria habere ſolent ſancti viri tempore vegetis vitæ, etiam ſub mortem repetere conſueuerunt.

Pſal. 112.
Pſal. 121.

Mortis tempore frequentiora proferuntur verba, quæ in vita ſana habentur magis familiaria.

Ipſi ſancti Martyres tempore tormentorum nullum iucundius præſidium, ad animi ſuæ leuamen, adhibere nouerant, quàm ex Dauidicis Hymnis aliquem ſaltem verſiculum; vti de ſancto Theodoro illuſtriſſimo martyre proditum est, qui inter carnificum manus, dum tormenta ſubiret maiora, lætus canere auditus eſt, non ſine aſtantium admiratione, Pſalmum 33. *Benedicam Dominum in omni tempore; ſemper laus eius in ore meo.* Quæ vſurpatio Pſalmorum indicium erat non obſcurum, quòd in eius vſu morientes erant ſtatim euocandi ad canendas laudes diuinas cum Angelis in perpetuas æternitates. Imò, ad maiorem huius indicij probationem, voluit Deus aliquando huiuſmodi viros, etiam poſt mortem, audiri proſequentes Hymnum, quem mors adueniens præcidere auſa erat. De Nicaſio Epiſcopo Rhemenſi narratur, quòd ad martyrium ducitus canebat Pſalmum 118. & ad ea verba, *Adhæsit pauimento anima mea*, fuerit capite plexus; tamen hilominùs non deſtiterit abſciſſum caput à proſecutore

Martyres in tormentis Pſalmos canebant.

Pſal. 33.

Vincent. Bellouac. lib. 21. Hiſtor. c. 37.

Pſal. 118.

Abſciſſo capite audi-

secutione incepti iam versus, & distinctè audi-tum est pronuntiare verba sequentia: *Viuifica me secundùm verbum tuum.* En quantum Deo placeat hæc verborum Dauidicorũ frequentia tempore mortis, dum voluit tanto comprobare miraculo & prodigio hunc vsum. Signum profectò vehemens hoc est ad fauorem studiosorum sacræ Hymnodiæ, quòd sint etiam post hanc vitam destinati ad eorumdem Hymnorum continuationem; quam gratiam dignetur Dominus noster ex sua pietate nobis largiri, sicut donauit vocationem ad Hymnodiæ vsum & frequentiam in hac vita.

tus est diuus Nicasius prosequi Psalmi versum inceptum.

Nunc ad vita iam functos transeamus, ad quos asserimus se extendere pium Hymnorum cantum ab Ecclesiasticis ministris vsurpatum, & ad ipsorum opem directum tum ex intentione Ecclesiæ, quæ Psalmorum Officium præscripsit pro defunctis iuuandis; tum ex intentione siue propinquorum siue amicorum viuentium, qui huiusmodi officium ab Ecclesiasticis ministris persoluendum exigunt, & curant; tum ex intentione ipsorum defunctorum, quam, dum essent in humanis, testatam reliquerunt. Hymnorum igitur cantus Deo oblatus pro iam vita functis hoc præstat beneficium, quòd ad satisfaciendũ aptus est diuinæ iustitiæ pro debitis, cum quibus decedunt animæ iustorum, siue ob maculas venialium culparum, siue ob reatus ex remissione grauiorum culparum à Sacramentis percepta nondum purgatos. Cùm enim in cantu Hymnorum duplex esse queat vtilis ratio, labor nempe psallentium & vis deprecatiua, vtraque ista ratio ad auxilium mortuis iustis præstandum est apta.

Hymnorum cantus pius valet ad iuuandos defunctos.

Quatenus

Quatenus laborioſus eſt cantus, ſatisfactionem exhibere poteſt; quatenus eſt oratio, poteſt à De impetrare abſolutionem. Hinc in Eccleſia fidelium Hymnodiæ vſus fuit maximè frequens ac præcipuus, imò videtur omnium rituum antiquiſſimus, ad mortuos iuuandos: nam ab Apoſtolis fuiſſe vſurpatum aſſerit D. Dionyſius Areopagita, ipſorum Apoſtolorum diſcipulus egregius. Eumdem ritum deinceps ab omnibus Catholicis laudatum Doctoribus, & ab Eccleſia vniuerſali approbatum, magni ſemper fecere quot pij fideles exhibere erga defunctos aliquos veri amoris aut gratitudinis ſignum voluerunt.

D. Dionyſ. de Eccleſ. Hierarchia cap. 7.

Verùm ſicuti defunctorum tria poſſunt genera conſtitui diuerſa, ita diuerſos operari effectus Pſalmodiæ vſum ſtatuendum eſt. Primum genus eſt eorum, qui decedentes perfectè boni, ſtatim ad vitam euolant beatam. Tunc quia iſtis defunctis nullum eſt neceſſarium ſuffragium, Pſalmodia à viuentibus oblata vices agit gratiarum actionis; gaudium tamen aliquod, quod Theologi dicunt accidentale, augere dicenda eſt animæ illi beatæ. Alterum genus eſt eorum, qui decedentes grauibus onuſti culpis, tranſeunt illinc ad æternam damnationem. Iſtis nullum omnino præſtare poteſt auxilium ſiue ſuffragium oblata Hymnodia, ſed tantummodò poteſt deſeruire viuorum conſolationi: cùm enim iſti ignorent defuncti conſanguinei aut amici exitum infelicem, ſpem fructus ab Hymnodia percipiendi minimè amittunt, niſi aliquo ſigno diuinitus dato de æterna ſecuta damnatione defuncti reddantur certiores; quemadmodum aliquando, diuina diſponente ſapientia, inter ipſum Pſalmorum

cantus

cantum manifestatum est. Insigne spectaculum ad hanc rem amplissima Regiaque Parisiorum ciuitas digna fuit videre, quod paucis verbis perstrictum libenter subiicio, quia haud modicam continet doctrinam ad nostram informationem, sicuti alias etiam peperit tunc præclaras vtilitates. Anno octogesimo secundo supra millesimum, dum essent persoluenda cuidam magni nominis Magistro nuper defuncto in Parisiensi Academia publica suffragia trium dierum spatio, conuenerat tota ferè ciuitas ad Templum vbi cadauer expositum manebat, vt funus tanti viri maiore honestarent honore & pluribus suffragiis. Ministri Ecclesiastici stata Psalmorum & precum decantabant Officia: expletis autem Psalmis secundi Nocturni, cùm ad ea verba Lectionis ex libro Iob, *Responde mihi*, ventum esset, en defunctus caput erigens, exclamauit voce alta se accusatum. Huius euentus nouitas omnes repleuit timore ac desiderio iterùm conueniendi sequentibus diebus, vt viderent exitum rei. Altera die ad eadem verba psallentium iterùm exurgens defunctus, exclamauit se iudicatum. Hic euentus magis deterruit Parisienses, qui sollicitiores conuenere postrema die, quâ ad eadem psallentium verba auditus est ab omnibus exclamare defunctus se condemnatum. Hoc spectaculum nullam certè attulit consanguineis consolationem, sed maximam tristitiam, aliis tamen admirationem atque timorem, nonnullis verò insignem vitæ mutationem, præsertim Brunoni Colonienſi, Philosophiæ & Theologiæ Magistro, & Canonico Rhemensi; qui statim cautior effectus, mundo renuntians, Deo se totum deuouit, secedens vnà cum aliis eiusdem

Spectaculum horribile cuiusdam defuncti.

Iob 13.

Mira diui Brunonis vitæ mutatio.

eiusdem consilij sociis ad montium Carthusia-
rum asperrimam solitudinem, vbi in summa
tæ austeritate diuinorum contemplationi & m
sanctitati vacabat: ibique felix dedit initium
uo Religiosorum eremitarum Ordini, qui vi
tum insigniorum, sanctitatis præsertim copio
simis fructibus, Catholicam Ecclesiam exco
uit. Tertium genus est eorum defunctorum,
decedunt nec perfectè boni, nec extremè
sed aliquibus culpis leuioribus aut etiam po
rum reatibus obnoxij, iusti tamen & in g
Dei existentes. Huius generis defunctis
sæpiùs prosunt Psalmodiæ suffragia, obti
vel plenam à pœnis absolutionem, vel salte
rum imminutionem. Verùm non erit abs re
stra hoc loco admonere, quòd forsan neque
nes defuncti huiusce tertij generis digni effic
tur fructu suffragiorum. Si namque vera e
quæ tradita sunt ad hoc institutum à Card

Caiet.lib.1. Opuscul. Tract.16. quæst.1.

Caietano, multos puto excludendos à fructu
qui dum in hac degerent vita, ait hic egre
Doctor, nullum soliti erant offerre suffragium
liis defunctis, non merentur post mortem g
dere auxiliis & suffragiis viuorum; vel qui
sic disponente tradentur obliuioni, vel qui
ta pro ipsis suffragia non accipientur à De
aliis dignioribus concedentur, in pœnam
pij studij erga alios prædefunctos. Hæc sente
ab aliis Theologis communiter non recipitur,
reiicitur, ob nimium quem præ se fert rigor
& quamuis neque ego absolutè accedere
intendo, si nihilominùs expendatur ad trutin
æquitatis, non carebit valida ac firma ration
piis fidelibus haud spernenda. Fundatur in

lis æquitatis generalibus, præsertim in illa omnibus notissima, à Domino nostro Seruatore tradita: *Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis.* Si hæc regula aliquid valoris habere debebit erga defunctos, caueant sibi, qui viuentes nullum aliis prædefunctis exhibere nouerunt suffragium, licet commodè possent haud rarò exhibere, iustam isti habent timoris occasionem, ne eadem mensuræ proportio ex iusto Dei iudicio secum adhibeatur. Id aduertant ac vereantur illi Ecclesiastici, qui ab Officiis defunctorum, quæ vel ratione Regulæ vel aliqua alia obligatione tenentur persoluere, quamlibet ob causam, siue iustam siue fictam, libenter se subtrahunt. Debent ipsi è viuis excedere, aliorum exoptabunt suffragia, quæ tamen vel non dabuntur, vel aliis maioris meriti à diuina adscribentur iustitia, vt regula tradita de mensura retributionum suum obtineat effectum. Tandem resumere licebit, quod communiter asseritur absque controuersia sententiarum, nempe pium Hymnorum cantum esse valdè opportunum & efficacem tum ad satisfaciendum, tum ad impetrandum pro defunctis, præsertim quando expletur nomine Ecclesiæ, quæ, vt sæpè dicimus in hoc Opere, est Deo apprimè grata. Valent itaque publicæ Hymnodiæ pro defunctis ad obtinendum à Deo vel statim plenam, vel citiùs anticipatam à loco Purgatorij liberationem: qui certè valor valdè commendat Hymnodiæ dignitatem, exigitque à ministris deputatis impensiorem frequentiam illam vsurpandi ad beneficium tot iustorum digno aliquo titulo, siue iustitiæ siue caritatis, expectantium, imò expetentium opportuna suffragia. Lucæ 6.

CAPVT

CAPVT XXI.

Hymnodiæ dignitas à calumniis vindicata illustratur.

CONATI sumus diuinarum laudum, quas Ecclesia iugi tuetur frequentatione, excellentiam demonstrare, demonstratamque comprobare, variis aptisque à sacrarum Scripturarum sanctorumque Patrum doctrina argumentis deductis, vt tanti operis ac muneris cognita vesta animum piorum suauiter prouocarent, ipsorum autem validè excitarent, ad illius numquam aut omittendam aut remittendam, sed magis magisque in dies augendam deuotam feruidamque executionem. Nouit Deus, cuius oculis & scribentis finis & legentium occulti affectus nisi sunt & aperti, nouit, inquam, effectus proximo elapso triennio à prima Operis editione secuti, qui nobis significati sunt haud pauci, quosque in dies speramus, eiusdem Dei fauente gratia futuros maiores. Nos quidem putantes, prima disposita in præcedentibus capitibus argumenta, nihil fore vlteriùs necessarium ad Hymnodiæ dignitatem tuendam penes virtutis pietatisque ad seclas, priori huic Libro finem imposueramus. Verùm cùm necessitas iterùm cudendi Operis vrgeret, ne huius exempla multis deessent flagitantibus, statui, inter alia auctaria, hoc ac sequens Caput ad istius Libri perfectionem instituere, variis calumniis, Hymnodiæ dignitati immerito oppositis, opportunam offerrem defensionem. Quia Psalmodiæ publicæ vsus quorumdam in-

gen-

genio ac ſtudiis videbatur contrarius, aut ſaltem minùs aptus; quia item cognoſcebatur futurus quàm maximè acceptus omnibus animis diuino ſuccenſis ardore, diuinamque gloriam cupientibus, vnde amor & honor debebat proficiſci, inde ortum habuerunt variæ calumniæ typis euulgatæ, vt, ſi fieri poſſet, huius proficui vſus dignitatem aut minuerent, aut in dubium reuocarent, plurimorumque hominum, ſimpliciorum ſaltem, qui doctrinas non examinant, animi affectum ab eo aut penitus auerterent, aut ad minimum temperarent. Contra iſtorum conatus cogor ego ſcutum opponere iuſtæ defenſionis, ne ſuſceptum à me Opus illuſtrandum iniuſtæ expoſitum dimitterem offenſioni tenebrarum, quas humana offundere non omittit paſſio.

Scripſerant iam nonnulli Theologi, munus pſallendi in choro fuiſſe inſtitutum, vt inutilibus ac otioſis Religioſis daretur horarum vtilis occupatio. Huius pronuntiati tenor quot contineat iniurioſas calumnias in Deum, in Eccleſiam, & in Pſalmos, manifeſtè poteſt dignoſci ex iis quæ ſparſim per totum hoc Opuſculum opportunis afferûtur locis, magiſq; oſtendetur ex iis quæ mox ſubiicio. Si namque in primis ſcopus attendatur inſtitutionis publicæ Hymnodiæ in choro expletæ, efficaciſſimum præſtò erit argumentum deſumptum à fine, qui in morali materia exhibere poteſt demonſtrationem ad detegendam illius pronuntiati iniurioſam prauitatem. Scopus huius publicæ Hymnodiæ non eſt aliud, niſi ſolemnis laus Altiſſimi Dei, quam Eccleſia ſponſa ſanctiſſimo ſuo ſponſo Deo intendit iugem perfectamque publicè offerre, vt imitetur, quantum hu-

Hymnodiæ publicæ ſcopus.

mana fragilitas patitur, laudes solemnes, perfectas iugesq; à triumphante in cælis sorore publico cantu oblatas eidem Deo. Nec de veritate huius asserti finis quis potest iustè ambigere, si vim solius nominis *solemnis Hymnodiæ* expendere uerit: nam laudationem Dei conditionibus quibusdam coniunctã significare eam omnes sciunt. Quod namque Græci dicunt Hymnum, Latini explicant laudem Dei; solemnitatem autem exigere plurium canentium in Templo vnionem quamo negat. At rogo, quis potest absque grauissimis iuria tum Dei, tum Ecclesiæ, tum Hymnum excludere ab hoc insigni publico munere solennis laudationis diuinæ sapientes, egregios viros que viros, assumere volens otiosos inutilesq; tantùm?

Offenditur Deus, à cuius famulatu in operam tam sublimi, quod est exterioris cultus publici eidem Deo à mortalibus exhibiti, non mediocre instrumentum, subtrahuntur magnæ notæ ministri, relictis illi tantùm inutilibus & otiosis cùm tamen ipse Deus, qui primus sibi instituit iuge exercitium harum solemniũ laudum in cælis, ad chori formam versibus alternis expletarum, deputarit tanto muneri insigniores natura à se factas, Angelos nempe omnes constituens præcipuos suarum laudum præcones ac perpetuos cantores. Si Deus sibi eligit meliores perfectioresque substantias ad publicam solemnemque suarum laudum celebrationem, quare homines volunt eidem Deo adscribere viliores, inaptiores imperfectioresque cantores? Ecclesia offenditur, dum ipsi imputatur, quod numquam cogitatione apprehendit, imò quod alienum maxime

ximè est ab ipsius mente : nam sicut ipsa vellet sponsum suum omni qua decet laudatum reuerentia non tantùm priuatè, sed publicè coram omnibus hominibus ; ita huic præclaro muneri laudādi Deum addicere studet insigniores vtriusque Cleri, Regularis & sæcularis, ministros. Si quis consulere voluerit veritatem, cognoscet fatebiturque, Capitula Ecclesiarum præcipuarum ferè constare viris ingenio, nobilitate ac virtute insignioribus. ex iis deinde vniuersalis Ecclesiæ Præsules eliguntur. At Capitula ista non aliam respiciunt maiorem grauioremque obligationem, quàm Ecclesiæ seruitium, chori præsertim assiduam frequentationem, vt Hymnis & Canticis (ait Concilium Tridentinum) Dei nomen reuerenter, distinctè deuoteque studeant laudare. Non igitur institutus est chorus ad occupandos inutiles & otiosos tantùm. Quòd item cœtus Religiosorum chorum ex instituto habentium semper fuerint, hodieque sint florentissimæ Academiæ virorum in omni virtutis genere excellentium, ingenio scilicet, doctrina, prudentia, nobilitate, sanctitate, est adeò notum orbi, vt nulla sit opus peculiari probatione, ne tempus frustrà in re tam aperta conteratur. Recolantur tantummodò insigniora sanctæ Ecclesiæ lumina ex quolibet huiusmodi Religiosorum Ordine educta, nempe Episcopi, Cardinales, Pontifices summi, sancti Martyres, Confessores & Virgines, qui eamdem Ecclesiam doctrina, operationibus, virtutibus, sanguine, laboribus exornarunt auxeruntque, tunc ipsis quoque cæcis patebit tantæ veritatis fulgor insignis. Si dicat quis, non semper omnes Religiosos esse melioris notæ & conditio-

Canonicorum Capitula viris constant egregiis.

Concilium Trident. Sess. 24. cap. 12. de Reform.

ditionis insignis ; huic respondebitur, neque om
nes, neque semper plures esse otiosos & inutiles
sæpè autem vel omnes vel plurimos esse ad Re
gularis Reipublicæ munera, quibus vtilissim
distinentur, aptos. Status Religiosus is est, v
propter altitudinem suam admittat viros non in
tiles, sed ad res præclaras aptos, non otij amico
sed otij hostes virtutumque cupidos, & nihilo
minùs chorum semper habuit & coluit. Offe
ditur prætereà Hymnodiæ præclara conditio, qu
dum Dei iudicio digna habita est Angelorum
beatorum consortio & familiaritate, ab hom
cionibus vix digna censetur ministris inutilib
& otiosis, indigna omnino viris ad Præsulare
Cathedras & suggestus aptis ; quasi omnes dies
horas regimini tantùm, tantùm doctrinæ & con
cionibus tribuere liberum sit, nullis præterea mu
neribus aliis, siue naturæ siue voluntatis, siue pie
tatis siue consuetudinis, possit quis eorum insis
uire; vel quasi omnes diei horæ in choro & canen
Eccle.3. sint absoluendæ. *Omnia tempus habent*, asserit
Sapientissimus hominum. Addamus nos tempus
esse regiminis, tempus doctrinarum, tempus
concionum, tempus diuinarum laudum, nec
semper vnum idemque tempus duobus mu
ribus vnà obeundis esse destinatum. Quòd si a
Dignitatis ordo seruandus in operationibus. liquando duplex occupatio grauis foret eodem
temporis spatio explenda, vtique muneri magis
necessario esset parendum, altero omisso, vt gra
duum diuersitas tribuatur ordini actionum: nec
idcircò licebit inde regulam desumere commu
nem agendi eodem modo in quocumque ordi
nario euentu. Huic Hymnodiæ offensioni con
iungitur necessariò offensio non leuis Dauidis

Auctoris

Auctoris Hymnorum : nam iſte nullum egregiorum hominum genus excludit à cantu ſuorum Hymnorum, imò grauiores doctioreſque, Reges quoque & Principes maximos vellet, atque enixè inuitat ad hunc cantum. Illuſtrem huiuſmodi ſupremorum graduum compellationem ad laudes Deo concinendas habemus Pſalmo 148. qui totus eſt ad hanc compellationem perficiendam, inuitans Angelos, cælos, elementa, omnia denique creata ad hoc ſublime munus ſolemnis Hymnodiæ: at quando deſcendit ad hominum compellationem, à dignioribus ſumit exordium, dicens, *Reges terræ & omnes populi, Principes & omnes Iudices terræ*; deinde pertranſit ad alios ordines quoſcumque, *Iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen Domini.* Vſus itaque Hymnorum non cenſetur à Dauide indignus ſceptro & corona vtentibus, quamuis, ratione gradus & ſtatus, iſti ſint grauiſſimis maximiſque regiminis publicæque rei diſtenti curis: imò iſtis ante omnes indicitur cantus Hymnorum; quia, ſicut proximiores ſunt Deo ratione gradus, ita arctioris obligationis vinculo tenentur eum laudare ac celebrare, vt illius excelſam magnitudinem non ſolùm corde ſed etiam ore confiteantur, & profiteantur, ſe ab illa, tamquam ab vnico vero fonte, cuiuſcumque exaltationis cognoſcere acceptum, quidquid ipſi obtinent eminentiæ & dignitatis. quòd paucis quidem, ſed aptis verbis concludere voluit ſanctus Hymnographus ſequentibus verbis: *Quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.* Nec quiſquam dicere hoc loco poteſt, Dauidicæ inuitationis propoſitum ſatis ſuperque adimpletum iri quacumque adhibita Pſal. 148.

laudatione, siue propria siue impropria, siue vo
siue moribus, siue priuata siue solemni. Huic o
currit ipse Dauid, qui (vt suæ intentionis ma
festam afferret declarationem, quantum ad ho
mines à se inuitatos, ne quis erraret, putans e
accersiri ad diuinas laudes eodem modo expl
das, quo ceteræ res inanimæ & ratione care
res inuitantur) exprimit se exigere cantum pr
prium; vt homo laudet Deum suum eo perf
ctiori quo potest modo. Nec satisfaceret Deo h
mo vsum habens vocis, si absque voce De
laudaret. Quare Dauid incipit Psalmum pr
Psal.149. mè sequentem his verbis, *Cantate Domino can
cum nouum; laus eius in Ecclesia sanctorum.* in
augens eamdem animi sui declarationem, a
nectit tertium alium Psalmum duobus præc
dentibus, in quo mandat, præter vocem & ca
tum oris, varia assumi instrumenta musica, sc
licet tubæ, psalterij, citharæ, tympani, organi
cymbali. Nec istorum trium Psalmorum diuer
sitas minuit auctoritatem prædictis declaratio
bus: nam præterquam quòd omnes huiusmod
Hymni ab vno eodemque proficiscuntur spiritu
nouimus hosce tres Psalmos singulari quadam
gaudere connexione & vnione, cùm fuerint à
Dauide vnus post alium ad eumdem finem com
Bellarm. in Psal.148. positi & directi, vti appositè obseruauit Card
nalis Bellarminus in suis Commentariis, & ser
sus Ecclesiæ vniuersalis voluit comprobare, dum
in Officio Horarum Canonicarum quotidie eo
dem cantat quasi vnicum Psalmum, vnum cum
alio continuans. Et ne in posterum vllus hac re
re supereslet ambigendi scrupulus, testatam vo
luit sanctus Dauid eamdem animi sui declara
tionem

tionem solemni alia confessione loquens cum Deo ac dicens: *Confiteantur tibi Domine omnes Reges terræ, quia audierunt omnia verba oris tui: & cantent in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini. Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit.* Psal. 137. En à Dauide videmus expressis verbis indictum Regibus cantum proprium & materiam cantus, nempe Dei magnitudinem, gloriam, maiestatem, potentiam, sapientiam. Rex erat, & quidem potentissimus, Ezechias ille in sacra celeberrimus Historia, propter egregias cùm in bellicis rebus tum in diuino cultu procurando dotes, tamquam verus Dauidicæ non solùm coronæ, sed & virtutis & probitatis heres, is nihilominùs libens ac volens omnipotenti Deo, à quo supplex poscebat sanitatem, aliquando spopondit magnificis verbis Psalmorum cantum, non breuem vnius tantùm aut alterius diei, sed quotidianum vsque ad mortem; non priuatum intra palatij ædes, sed publicum, in Templo Sacrificiis ac Hymnodiæ dicato, dicens: *Domine saluum me fac, & Psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.* 4 Reg. 18. & 19. Isaiæ 38. Tandem, ad pleniorem dictorum confirmationem, mentem conuertamus ad Reges illos aurea corona redimitos, quos vidit & descripsit in sua Apocalypsi beatus Ioannes Apostolus: Reges enim illi erant, seniores item erant, & coram ipso Rege Regum, propter venerandam dignitatem, sedere permittebantur, & coronas depositas resumere; plures quoque, non vnus tantummodò, scilicet viginti quatuor erant, & nihilominùs tum citharis tum voce sonora cantabant canticum nouum. Quòd itaque decet Re- Apocal. 4. & 5.

ges cæleſti iam gloria ornatos, quis dicere aude-
bit, minimè decere homines perfectionis ſtudi-
ſos in gradu aliquo conſtitutos inter mortale-
Tanta eſt huius ſacri muneris cantandi Hymn-
Deo ſublimitas, vt inſigniores ac nobiliores ho-
minum gradus debeant ſe cenſere maximè ho-
noratos, quando ad illud aſſumuntur. Hui-
muneris ſublimitatem cognoſcere digni effec-
ſunt in Catholica Eccleſia multi præclari ac fam-
mi orbis Monarchæ, qui ſponte ſe opulentiſ-
mis florentiſſimiſque Regnis abdicarunt, vt in-
Monachos deuotos, non turpis otij gratiâ d-
vt in choro die noctuque canentes, Dauidic-
conſilium explentes, Deo optimo maximo
Pſalmis & Hymnis darent gloriam.

Apud Baronium annis 644. 672. 680. 704. 726. 747. 750. 803. 813. 855. 927. 945. 1034. 1131.

Ex hactenus adductis colligi item poteſt, pa-
dictas offenſiones ad varios ſummos Pontifices
Cardinales, Epiſcopos, piiſſimoſque Reges &
Principes Catholicos pertranſire: nam ab iis ma-
uimus varias in Eccleſia Dei omni tempore & a-
tate fuiſſe inſtitutas egregias fundationes Mo-
ſteriorum, Conuentuum, Capitulorum, aſſigna-
tis pinguiſſimis redditibus ad eum præcipuum
finem alendi non otioſos inutileſque, ſed cla-
claros egregioſque viros, qui dies noctesque
quentarent cantum Hymnorum in choro, v
publicus Dei cultus dilatetur, ac magis magiſque
augeatur. Inſigniores fundationes præcipuorum
Monaſteriorum & Capitulorum, quas videt Ger-
mania, Gallia, Hiſpania, Polonia, Italia apud
varias Eccleſias, & apud varios Religioſos Ordi-
nes, Canonicorum Regularium, Præmonſtraten-
ſium, Ciſtertienſium, Carthuſianorum, Bene-
dictinorum, Hieronymianorum, ſicuti omnium
habuerunt

habuerunt ex pia liberalitate ſummorum Pontificum, Epiſcoporum, Cæſarum, Regum, aliorumque Principum & Vniuerſitatum, ita in eum finem ſunt directæ, vt diuinus cultus, præſertim publicus in choro cantus, exerceretur tum diurnus tum nocturnus. In cuius veritatis amplio- *Eſcurialis in Hiſpania celebris extructio.*
rem confirmationem reddere quoque voluit noſtra ætate luculentiſſimum teſtimonium Philippus II. prudentiſſimus maximuſque Hiſpaniarum Rex fundatione celeberrimi Templi ac Monaſterij, Eſcuriale nuncupati, quod maximis theſaurorum ſumptibus ita vndequaque abſolutum reliquit, vt non ſolùm omnium inſigniorum Europæ ædificiorum, quæ hactenus extant, ſuperet artem ac pulchritudinem, ſed venientibus quoque ſæculis ſit ſemper futurum admirationi. Cenſuit potentiſſimus Monarcha, inſignem iſtam molem immenſamque ferè theſaurorum ſummam rectè collocatam eſſe in numero egregio Eremitarum Monachorum, qui Hieronymiani dicuntur, alendo, vt in eodem magnificentiſſimo Templo ſanctaque domo die nocteque laudes peragantur diuinæ ea grauitate ac pietate, quæ ab illis Religioſis impensè obſeruatur. Sunt, non negarim, in omnibus Congregationibus viri inutiles, at non pro iis tantummodò inſtitutæ ſunt huiuſmodi fundationes, ſed præcipuè pro generoſis qui otium oderunt. Dolendum eſt, quòd poſterioribus hiſce temporibus prodierint, & in dies prodire haud ceſſent non pauci ex Catholicis arctiorem diſciplinam Eccleſiaſticam profitentibus, qui ab Eccleſia Dei auertere non erubeſcant præcipuam hanc ipſius Eccleſiæ erga Deum ſuum cultus oblationem, dum docent ac

dicunt, cantum Hymnorum otiosis inutilib[us]
que solummodò hominibus conuenire. Si q[ui]
Hymnorum cantum nec amat nec recipit pe[r]
se, eum minimè debet conuitiis lædere: læ[dere]
enim antiquissimum, frequentatissimum sanc[ti]
simumque Ecclesiæ ritum à Deo institutum
approbatum, quemadmodũ pluribus argume[ntis]
& locis in hoc Opere demonstramus. Præstat h[oc]
Rom. 14. loco ad imitationem beati Apostoli Pauli aien[tis]
Is qui manducat, non manducantem non spernat: [et]
qui non manducat, manducantem non iudicet, præ-
stat, inquam, dicere, qui Psalmorum cantum
non recipit, canentes in choro ac iugi cantu pa-
lentes non irrideat: qui item cantum istum fre-
quentat, non canentes minimè spernat. Hoc
suadet Christi caritas, quæ magis vrget in re pre-
senti ad cantum Hymnorum spectante, cùm ag-
tur non de re adiaphora, sed de re ad Religionem
ex genere suo directa; agatur de opere præcipuo
ad publicum diuinum cultum tum peragendum
tum augendum instituto, à quo abstinere nefas
omnino foret. Plura, quæ adhuc possent contra
hanc calumniam afferri, libens prætermitto, quia
Libro III. cap. XVII. de eadem materia iterùm sermo redibit in terra
Operis libro, vbi præcipuè demonstrare conabi-
mur, chori cantum nulla impedire egregia faci-
nora. Interim ad aliam nouam refellendam ca-
lumniam accedamus.

CAPVT

CAPVT XXII.

Calumnia alia contra Hymnodiæ præstantiam edita refellitur.

CALVMNIA alia Hymnodiæ præstantiam acriter oppugnans prodiit ab obscuro, sed astuto, nupero scriptore pietatis speciem habente, sed reipsa pietatem abnegante. Paulò antiquior est ista calumnia Opere meo, sed nuper tantùm, anno videlicet M. DC. XXX. dum essem Cracouiæ in Polonia, vbi illa primùm prodiit, mihi innotuit. Hanc haud sine graui animi sensu legi, videns siue à Religioso viro (Religiosum esse scripturæ contextus, vt multi putant, conuincit) siue saltem à Theologo (hoc namque solum nomen sibi præscripsit Auctor) criminationes renouari contra munus præcipuum Religionis, quæ inter morales virtutes supremum tenere locum, communi adstruitur Theologorum calculo. Prodiit in lucem noua ista calumnia, contra publicæ in choro Hymnodiæ meritum, in epistola cuiusdam Theologi ad quemdam Magnatem, scire cupientem, quomodo posset distribuere bona sua temporalia ad pios vsus cum vtilitate quammaxima animæ suæ, & cui Ordini Regulari vnum è nepotibus suis, vitæ Religiosæ desiderio captum, deberet addicere. Hoc titulo prænotatur epistola scriptoris huius, qui noluit ex nomine cognosci. Quicumque sanè is sit, certum est, omnes eius conatus dirigi, ad piissimi Magnatis animum ab Ordinibus Regularibus, vel sacræ Psalmodiæ studiosis vel vitæ seueritatem profitentibus, auertendum,

Religionis inter virtutes dignitas.

dum, tamquam ineptis ad consecutionem e
quammaximæ gloriæ Dei à Magnate inten
Hanc suam epistolam voluit Auctor typis i
pressam, vt eam commendaret æternitati, & pl
ribus communicaret Magnatibus. Pro vitæ se
rioris iusta defensione nulla mihi in hoc Op
incumbit cura, cùm de Psalmodiæ meritis sa
nis & scopus. Quare alteri isti parti libens sup
sedebo, tum ne extra limites egrediar mihi
præfixos; tum maximè quia falsa omnia eius
epistolæ dogmata reiecta copiosè iam sunt
cto Auctore, item Religioso, itemque Po
Psalmodiæ publicæ & vitæ seuerioris profe
& cultore, qui veri zeli arma aurea indu
Apologeticum pro aliis Ordinibus Religiosis
struxit & opposuit propugnaculum. Ad Psalm
diæ igitur præstantiam tuendam cogor, ne m
neri desim meo, quando huius præclara me
mihi assumpsi ostendenda. Ego itaque à cœp
stylo minimè discedens, examinabo vim ra
num istius scriptoris, vt cognita earum falsit
clarior elucescat Hymnodiæ nostræ pulchrit
& splendor.

R. P. Fr. Nicol. à Iesu Maria Carmelit. Discalc.

Vt Magnatem suum iste Auctor doceat perfe-
ctioris Religionis electionem, cui & bona & ne-
potem tradere sine errore queat, nititur ei per-
suadere, non esse magnifaciendos illos Ordine
qui Psalmodiæ præstant operam, ob sequentes
rationes; quia scilicet non ita glorificatur Deus
nec anima ditatur per Psalmodiam, sicut per op
ra dilectionis Dei & proximi. & quia magis e
æstimãdus orationis vsus quàm Psalmodiæ. Item
quia nobilior modus prouocandi homines ad de-
uotionem est per doctrinam & prædicationem

quàm

quàm per cantum. Insuper quia, propter faciendas eleëmosynas corporales, expedit omittere Psalmodiam; igitur multò magis expediet eamdem omittere propter eleëmosynas spirituales, docendo nempe, scribendo, corrigendo, & huiusmodi opera faciendo. Rationes istæ egrediuntur in publicum, indutæ aureum diuinæ dilectionis paludamentum chlamydemque purpuream honoris erga aliarum virtutum officia: nihilominùs, quod maximè dolendum est, nituntur caritatem ceteraſque euertere virtutes; at, quod maximè consolatur, omni probandi vi sunt prorsus destitutæ. Omnes istæ rationes falsa nituntur suppositione, quam tamen opus erat validè adstruere, vt propositæ intentioni robur possent communicare. Suponunt tamquam certum, quòd vbi studium viget publicæ Hymnodiæ, adeò vigeat hoc studium, vt cetera opera, tum caritatis erga Deum & proximum, tum orationis & eleëmosynarum spiritualium, ibi iaceant; vel quia voluntariè sint à Psalmodicis derelicta, vel quia nequeant ob cantus occupationem ab istis exerceri. Hac data hypothesi, vim vtique aliquam haberent rationes & argumenta à Theologo dispositа; at sine huiusmodi hypothesi corruunt penitus omnes illationes. Libenter ac sponte concedimus, opera caritatis erga Deum & proximum præstare ceteris aliarum virtutum, etiam Religionis operibus, quemadmodum caritas ipsa præstat dignitate & merito virtutibus quibuscumque, ex Apostolica beati Pauli Theologia: *Maior autem horum est caritas*. At æquum, imò necessarium est negare illationem, quam inde elicere contendit scriptor, scilicet: Ergo

Caritatis præstantia.

1. Cor. 13.

go vbi Psalmodia viget, non potest esse tu
dignitas ac perfectio, quanta adest vbi caritas
ret. Vnusquisque probè cognoscit, huiusm
illationem non consequi ex posito principio
quid roboris haberet hoc genus argumenta
nis, vrgeret quoque ad excludendum à pe
ctioribus Religiosis Ordinibus studium pr
puarum virtutum, quæ tamen necessariæ or
no censentur. Aliquis, vt excluderet orat
studium, sine quo nullus consistere potest (
Religiosus, posset procedere hoc eodem p
mento: Oratio est merito & gradu inferio
ctione Dei & proximi; igitur Ordo ille, vb
tionis assiduum studium reperitur, est dig
inferior aliis Ordinibus dilectioni Dei & p
mi intentis. Hæc illatio profectò nec à The
vllo, nec à Philosopho aut Logico admitte
hanc apertam rationem; quia non consequ
ex illa antecedente propositione, cùm stud
orationis minimè excludat studium perfe
mæ dilectionis Dei & proximi, nec studium
dilectionis pugnet cum illo studio oration
vtrumque inuicem se complectatur. Qua
vt argumentationes Theologi istius vim
deant, debet ipse descendere ad proseq
syllogismi, & probare, Ordines Psalmod
diosos numquam posse æquè admitti ad co
tionem eius dilectionis Dei & proximi, ad q
nituntur alij Ordines, Dei gloriam & proxim
litatem quærentes absque publicæ Psalmodi
Si non descendatur ad hanc probationem, o
vis argumentorũ, vt dixi, penitus corruit, &
iusmodi argumentãdi modus à rectè sentien
reputabitur Sophistica astutia, ad decipie

idiotas parata ac disposita. Verùm ad hanc necessariam assumptæ suæ intentionis probationem noluit descendere Auctor, sed eam sub velo speciosæ à se factæ propositionis contectam reliquit, vt incauti Lectores ab illa apparenti specie seducti in eam inciderent, falsitatemque reciperent pro veritate. Constituamus itaque esse indubitatum ac certum apud Catholicos Theologos, minimè pugnare inter se hæc studia Psalmodiæ & dilectionis Dei & proximi, sed esse maximè affinia atque conformia. Caritatem fouet Psalmodia deuota, Psalmodiæ deuotionem excitat caritas, mutuoque altera alteram auget & illustrat, vt haud semel ostendimus hoc eodem ac sequentibus Libris. Huius inter sanctam dilectionem & Psalmodiam connexionis amplissimum orbi reddidit testimonium diuus Augustinus aliàs à nobis allatus, quem non pigebit, ob rei grauitatem simul & iucunditatem, iterùm afferre: *Quas tibi voces dabam in Psalmis illis, & quomodo in te inflammabar ex eis, & accendebar eos recitare, si possem, toto orbe terrarum aduersus typhum generis humani? & tamen toto orbe cantantur, & non est qui se abscondit à calore tuo.* Huic illustri confessioni ratio non repugnat, sed suffragatur Theologica. Nam quamuis Psalmodia minimè sit ex genere suo actus caritatis, sed Religionis, non idcircò Theologis est nouum asserere, eam à caritate aliquando proficisci, tuncque esse opus caritatis. Caritas namque, ratione suæ regiæ dignitatis, inter omnes virtutes hanc possidet prærogatiuam extendendi suum imperium ad opera quæcumque ceterarum virtutum, iuxta suauissimam doctrinam Ecclesiæ traditam ab Apostolo Paulo

Libro 1. cap. XII. libro II. cap. XII. libro III. cap XVII. D. August. lib 9. Confess. cap. 4.

Caritas inter virtutes regiam habet dignitatem.

1.Cor.13. Paulo opera caritatis celebrante: *Caritas pati*
est, benigna est, omnia suffert, omnia credit, omn
sperat, omnia sustinet. Qua doctrina innixi omn
Theologi tradunt, distinctionem illam actu
caritatis, nempe vel elicitorum vel impetra
rum, omnibus notam. Imò nec defuere ex Th
logis qui caritati vim concedant immediatè e
ciendi actum exteriorem siue Religionis siue
terius virtutis, nullo habito respectu vel ad D
cultum religiosum, vel ad illam virtutem, à q
poterat huiusmodi elici actus. At, quæso, q
possent modo in hac mortali vita dissiden
se duo præclara illa dilectionis & cantus mi
quæ ita cum intellectuali natura, siue Angel
sit siue humana, sunt erga Deum coniuncta,
numquam ab inuicem esse separanda in p
beata constanter asseuerent sacræ Doctrinæ? E
cuabuntur Prophetiæ, linguæ cessabunt, destru
tur scientiæ, nec aliquando opus erit lectioni
scriptionibus, concionibus vacare, numq
tamen aut caritas aut cantus omittetur, imò D
dilectio semper ardebit, & diuinæ laudes sine i
termissione resonabunt in cælis. Cùm itaque m
nimè pugnent inter se caritas & Hymnodia, quo
modo quis potest iustè inferre, Ordines Hymno
diæ cultores non esse tanti faciendos, quam de
bent fieri Ordines caritatis studiosi, cùm etiam
li profiteantur vnà cum Hymnodiæ vsu idem c
ritatis studium? Nouerunt omnes Catholici,
præcipuis Religiosis Ordinibus mixtam vi
profitentibus perfectè expleri vtramque sanc
dilectionis partem tam erga Deum quàm e
proximum, tum gloriam Dei quam maximè p
mouendo, tum eleëmosynarum spiritualium
qua

Suarez de Act. carit. disput. 2. sect. 1. num. 7.

quentissimis largitionibus, doctrinas scilicet tradendo, libros scribendo, conciones habendo, Sacramenta ministrando, contra hæreses pugnando. Nec Psalmodiæ publicæ vsus has aut impedit aut retardat caritatis operationes, quamuis multas & magnas. Si aptè distribuantur diei horæ tum diurnæ tum nocturnæ, varia ac diuersa possunt etiam ab eodem vno homine peragi ministeria, quantò magis ab vno integro corpore, ex variis electis membris constante, nempe ab integro Ordine, aut Monasterio, aut Collegio virorum electorum multa poterunt expleri? Vni tantùm rei vacare eumdem hominem nec vsus comprobat, nec ratio suadet, sed varia opera ex necessitate, iuxta varietatem horarum, sunt implenda. Si necessitas vrgeat aliquando implere eodem temporis spatio duo munera diuersa, tunc graduum diuersitas à Theologo allata in sua epistola, & à nobis etiam in præcedenti Capite confirmata, locum habere debet, munusque ordinis inferioris omitti aut poterit aut debebit, vt locus & tempus deseruiat muneri altiori & vtiliori: tunc qui erit huiusmodi muneri addictus, poterit, absque vlla Regularis obseruantiæ iactura, ab vsu chori se subtrahere. Nec ista immunitas communi illi ac strictissimæ disciplinæ, quæ nullam exemptionem aut in cibis, aut in vestibus aut in obedientia permittit, cuiquam Religioso, quamuis præstantissimo, poterit dici noxia. Nam in quolibet Religiosorum arctissimo statu plurima alia, propter causas necessarias, circa disciplinæ rigorem conceduntur ad tempus determinatum, verbi gratiâ indigentibus ægrotis vel carnium comestio, vbi illa ratione Regulæ prohibe-

tur; vel lini aut lanæ, aut molliorum etiam p
lium veſtes tempore morbi, quæ nihilom
non ſunt hactenus cognita Regularibus Stat
noxia, quia huiuſmodi Statuta minimè cenſe
tur comprehendere iuſta neceſſitate impedi
tuncque intelliguntur cedere pro tempore ca
tati, quam omnia reſpiciunt ſancta Statuta.

D. Bernar. de Præcept. & diſpenſ. cap. 3. 4. & ſequent.

quam rem ſanctus Bernardus in aureo ſuo T
ctatu, quem de Præcepto & diſpenſatione ſc
pſit, vbi egregiè agit de Regularium Statuto
diſpenſationibus, intermiſſionibus mutatio
buſque ad tempus, tradit inter alia, licit
noxieque quælibet huiuſmodi Statuta poſ
cauſis, perſonis, locis & temporibus diſpen
ſtudiosè adhibens illa verba, *licitè innoxiè*
vt intelligeremus, nullum damnum ipſis Stat
inferri, quando in eis ad tempus ex cauſa diſp
ſatur: cauſa tamen debet eſſe minimè leuis,
grauis, nec pro libito aut diſpenſantis aut pe
tis diſpenſationem, ſed vera & realis. Quòd
aliquo Ordine nullæ (quamuis iuſta neceſſ
id exigat) concederentur diſcretæ diſpenſatio
ſub ſpecie maioris perfectionis, id dubio p
futurum dicerem valdè noxium caritati
perfectio conſiſtit; & tunc, quæ caritatem de
bent in primis reſpicere, contra caritatem p
gnarent. Quare ad rem noſtram abſolutè p
melius eſſe chorum habere vnà cum immuni
tis alicuius neceſſariæ ſingularibus perſonis
tempus permiſſione, quàm illo omnino ca
ob eam rationem, ne locus pateat exemptio
bus huiuſmodi quærendis; licet neotericus a
ſcriptor docere conetur contrarium, dum p
auferendum cenſet chorum ab integro Ordi

ne particularis aliquorum exemptio, quamuis ad tempus, admittatur, quàm illum amplecti cum huiusmodi limitata exemptione temporis, personarum & muneris, etiam si multi alij possent eidem choro commodè vacare, absque detrimento altiorum vtiliorúmve negotiorum quæ accidere solent ab aliis expedienda. Extra veræ necessitatis angustias, quæ admodum frequentes esse minimè solent, sunt cuilibet muneri apud Religiones rectè instructas assignata horarum spatia opportuna singulis muneribus, vt omnia queant perfectè peragi à viris generosis. Ad cuius rei pleniorem fidem subtexo testimonium celebris Carthusianorum Ordinis, licet non mixtam, sed eremiticam monasticamque profitentis vitam, qui inter alios resplendet non tantùm ob vitæ austerioris seueram disciplinam, sed etiam ob singularem nocturni diurnique cantus in choro assiduam prolixitatem. Hic quidem Ordo variis temporibus viros peperit præclaros, qui libris scribendis, ad dilatandam Dei gloriam maximè aptis, insudarunt. Istorum Scriptorum vnicum sit nobis exemplum Laurentius Surius, qui nullam licet immunitatem nec ab Hymnorum cantu, nec à ieiuniorum macerationúmve, quæ in illo Ordine plura sunt & perpetua, obseruationibus petiisset, plurima tamen egregia potuit conscribere Volumina, quæ summi Dei, sanctorumque virorum ac militantis Ecclesiæ auxerunt gloriam. Quòd si plures Religiosi, cuiuscumque sint Ordinis, nec librorum scriptioni, nec disciplinis tradendis in scholis, nec concionibus habendis, nec aliis muniis præclaris, ad quæ apti essent, vacare nouerunt, id non Hymnodiæ prolixitati aut

Laurentij Surij assiduitas ad studia & ad chorum.

labori à viris tribuetur prudentibus; cùm in pl
risque Ordinibus vitæ mixtæ professoribus et
minimè tanta, quanta apud Carthusianos al
que tantùm contemplatiuos, qui magnam de
partem in cantu absumunt Ecclesiastico, sed
admodum temperata ac suauis, quæ à mu
censetur animi potiùs pia relaxatio quàm on
molestum, aut graue impedimentum. Tribu
tur turpis ista vacatio aut infirmitati, aut ne
gentiæ aut alteri vitio ipsorum psallentium,
nesciant nolintve talenta Domini sui exercere
item nonnulli extra veram necessitatis ca
quærunt petúntve immunitatem à choro, ite
que studij neque occupationis cuiuscumque co
ditioni, neque item chori aut cantus natura,
ipsorum petentium adscribatur libertati. Ha
emptiones minimè quærunt alacres feruidi
Religiosi, imò etiam sponte oblatas, aut alio
sto titulo à Superioribus concessas sæpè recusa
Nec iactantia foret, asserere, in Ordinibus Hy
nodiæ studiosis adeò floruisse litterarũ omnis g
neris studia, haud sine diuinæ gloriæ increme
vt per ipsos, quæ iam dici poterant in Christ
Republica pænè extincta, fuerint ad vitam re
cata; nam res ipsa de se loquitur, & ab omnibus
est asserta historiis. Nec item iactantiæ esset tri
buendum, si dicerentur ex iisdem Ordinibus
semper prodiisse in diesque prodire viri diuin
adeò æstuantes caritate, vt mundus dubitare de
ipsis potuerit, num homines essent spirituales
an spiritus Seraphici in humano corpore vive
tes, vel saltem essent Apostolici homines. Ad
nuere sit satis in præsenti aliquos ex notioribus
duorum tantùm præcipuorum Ordinum, nem

pe D. Thomam Aquinatem, D. Vincentium Ferrerium, D. Raymundum à Pennafort, D. Hyacinthum Polonum, ex Ordine sancti Dominici; D. Bonauenturam Balneoregiensem, D. Antonium Lusitanum seu Patauinum, D. Bernardinum Senensem, B. Ioannem à Capistrano, ex Ordine sancti Francisci, de quibus Ecclesia iure potest dicere: En nouos Seraphinos, en Apostolicos viros, ob vehementissimum flagrantissimumque amoris in Deum & in proximum incendium, qui verbo, scriptis & operationibus, pro Dei gloria & proximorum vtilitate, se ipsos diu noctuque exercuerunt, numquam tamen chori frequentiam omiserunt. Plurimis eiusdem conditionis viris ex aliis antiquis & recentioribus Ordinibus chori Psalmodiæ addictis supersedeo, quia catalogum non contexo virorum illustrium. Notiores significasse, ad fidem dictis adstruendam & calumnias propulsandas, sit satis circa actus caritatis, quos ab Ordinibus Hymnodiæ studiosis extorres volebat hic Auctor. Iam satis conuicta remanet falsitas illationis à Theologo isto intentæ, non solùm ob defectum syllogisticæ ratiocinationis iam detectæ, sed insuper ob praxim, eiusdem dictis ex diametro contrariam, ab omnibus cognitam, & à nobis significatam.

Viri caritate æstuãtes ex Ordinibus Psalmodiam habentibus.

Nec adhuc assequi potui, quo fundamento bonæ doctrinæ idem Theologus separare nitatur orationis studium à Psalmodia in illa sua ad Magnatem aduertentia, vt illas Religiones pluris faciat, in quibus maius est orationis studium quàm Psalmodiæ; quasi vnius studium aut impediat aut euertat aliud, cùm tamen vnum sint & idem, seu, vt loquar distinctiùs, vnum includat

dat aliud tamquam ſpecies ſuum genus. Quan
uis non omnis oratio in ſua latitudine ſumpta
Pſalmodia ſpectat ad orationem. Pſalmodia. Pſalmodia tamen ritè ac rectè exp
ta eſt vera oratio, oratio, inquam, vocalis, q
vocis prolatione exercetur, vt ſuperiùs vidim
oratio item mentalis, quia cordis attentionem,
ſequente Libro oſtendetur, exigit coniunctam
oratio coniuncta melodiæ & cantui: quæ con
tio nihil detrahit perfectioni orationis, ſed e
potiùs reddit perfectiorem, cùm cantus or
habeat ex vehementia internæ motionis in
ſonoras erumpere geſtientis, erga Dei co
perfectiones in contemplatione mentis. Tal
ac talis inter duo iſta munera mentalis oratio
& Pſalmodiæ, etiam ſeparatim ſumpta, inter
dit nexus, vt apud præcipuos Religioſos Ord
alterum alteri ſeruiat aut ſubſequendo, aut p
cedendo: nam Religioſi huiuſmodi vel ab o
tione mentali ad Pſalmodiam, vel à Pſalmo
ad mentalem ſe conferunt orationem. Quap
pter licebit veriùs dicere, quòd maius oratio
ſtudium reperiatur vbi ſtudium viget Pſalmod
quàm vbi ſola exercetur per vnam alteram
ram orationis mentalis praxis; cùm, præter Pſ
modiæ plures horas, horæ etiam adſint mentali
orationis. Ad quam rem poſſumus teſtari quod in
noſtro Paulinorum Ordine omnino ſeruant ad
præſcriptum noſtrarum Conſtitutionum, nem
pe quotidie, poſt Matutinum Officium in choro
expletum, omnes Religioſos ſtatim ibidem ta
tè menteque diuinarum rerum contemplatio
per dimidiæ horæ ſpatium, item poſt veſperti
num, per aliam dimidiam horam eodem loco
vacare. Theologus iſte inde ſumpſit, meo iu

cio, argumenta ad depressionem Ordinum Psalmodiæ publicæ addictorum, vnde rectè sentientes argumenta elicere nouerunt validiora ad celebrationem & exaltationem eorumdem Ordinum; quia diei horas ita distribuere satagunt, vt non solùm illis erga Deum & proximum muneribus, orandi scilicet, legendi, scribendi, docendi, concionandi, quæ vni tantùm Ordini esse propria significare vellet Theologus, satis abundeque faciant, vt fusiùs ostendimus tertio huius Operis libro, sed insuper sacram chori Hymnodiam strenuè retineant & colant. O sanctam temporis horarumque distributionem vtilemque occupationem! Hæc non tam facilem relinquit Religiosis viris occasionem cursitandi per vrbis vias & per plateas, nec permittit frequentare laicorum domos, negotiaque in foro & Aulis agere sæcularia, sed eosdem domi propriæ continet in diuinis concinendis Hymnis sanctè distentos, non sine populorum vtilitate ac ædificatione. Ista sacri cantus occupatio propriè decet Religiosum virum nitentem ad quammaximam Dei gloriam. Nam etiam si sæcularium negotiorum expeditiones queant ad Dei gloriam referri, minimè tamen ex se ipsis nec immediatè Deum aut bonum spirituale animæ respiciunt, sed debent ad hos pios fines dirigi ab operante: at Psalmorum cantus gloriam Dei ex se ipso & immediatè celebrat atque auget, animosque tum cantantium tum audientium spiritualiter afficit, nempe ad actus sanctos eliciendos.

Publicæ Hymnodiæ vtilitates.

Auctorem tantæ calumniæ contra Psalmodiæ meritum prolatæ nec tempus, nec mens mihi est insimulandi, cùm adhuc ignorem, Catholicúsne

sit, an hæreticus. Si etiam Catholicum dicamus imò, cum aliis, Religiosum alicuius Ordinis cùm tamen ipse noluerit se ipsum prodere, sed obscurus voluerit sub solo Theologi nomine prodire, fortassis ne iustum sibi aut alicui Ordini pararet præcipuarum Religionũ odium, quod paterat ex necessitate iustæ defensionis ab istis profecturum, nec ego debeo de ignoto quidquam ulterius addere, sed potiùs ipsum dignum censeo si minùs excusatione, saltem compassione, obiectas ordinatas animi sui passiones quas orbi euulgat in hac sua artificiosa machinatione deprimat Ordines sacræ Psalmodiæ in choro studiosos vitæ seuerioris cultores, vt, iis depressis, concludere facilè posset nobilis ille vir electionem Ordinis, cuius fortè gratiam Theologus captare contendebat. Bone Iesu! si quis mercator, vt copiosiores alliceret propriarum mercium emptores non contineret se in celebranda earumdem bonitate, ad aliorum mercatorum declinans enarrandas merces, earum defectus non tam necessens quàm falsò fingens, illum iustissimè conperent Theologi tamquam iniquum negotiatorem, nihilominùs iidem Theologi, quod in aliis reprehendunt, sæpè omni æmulantur studio in re spirituali, non sine graui populorum offensione. Si ex animo proximorum saluti animarumque lucro intenderemus, ad imitationem beati Pauli Apostoli, veri animarum zelatoris, dicentis, *Non quæro quæ vestra sunt, sed vos*, vnus Ordo alterius dignitati ac perfectioni minimè detraheret, vt suum aliis præferret; sed æmulantes *charismata meliora*, omnes vnanimiter contenderent in promouenda diuina gloria, gaudentes quando

2. Cor. 12.

1. Cor. 12.

quando hæc gloriæ promotio effectum sortiatur, siue id fiat ab isto siue ab alio Ordine. Omnes namque Ordines Regulares sunt ex vi institutionis in Dei gloriam directi, varia exercentes opera, varia item habentes media ad eumdem caritatis finem apta, vt quilibet hominum queat, iuxta sui ingenij captum, eligere sibi ordinem viuendi opportunum. In hac Religiosorum Ordinum varia distinctione haud mediocris est sita Reginæ sponsæ ad dexteram Dei sedentis pulchritudo & venustas; imò ex hac præcipua varietate fuit fortassis celebrata Ecclesiæ pulchritudo ab Hymnographo epithalamicis illis verbis: *Adstitit Regina* (Ecclesia) *à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Quapropter, non sine graui eiusdem Ecclesiæ læsione, peccaret quis sui Ordinis ac status iactans excellentiam, aliosque extenuans Ordines, vt solus ipse perfectus, soluſque præ ceteris habeatur sufficiens.

Ecclesiæ venustas in varietate Ordinum sita.

Psal. 44.

Caueant sibi isti calumniatores à seueritate iræ diuinæ, quæ iustissima erit Ecclesiæ suæ sponsæ piorumque suorum ministrorum, præsertim psallentium in choro, vindex. Recolere ad hanc rem minimè pigeat seueriſſimam pœnam Reginæ Michol à Deo inflictam, quia Dauidem Regem coniugem irriserat, quando eum vidit salientem ac psallentem coram Arca Domini publicè per vias. in pœnam enim istius irrisionis sterilem eam reddidit Deus: *Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius vsque in diem mortis suæ.* Ita concludit irrisionis narrationem Chronista sacer, studiosè adhibens illam causalem particulam *igitur*; vt significaretur vera huius sterilitatis origo.

Deus est vindex psallentium in choro.

2. Reg. 6.

Hæc fuit acerbissima pœna, quia Principissa filii prolem maximo exoptabat ardore, tum ne labdibrio, iuxta illorum temporum & Hebrææ gentis morem, exposita maneret; tum vt nomen genus suum futuris commendaret temporibus. En quid sibi spondere, meliùs dixerim, timere debeant irridentes publicæ Psalmodiæ vsum, in irridentes Deus tanta animaduertit seueritate quid in calumniatores erit executurus? torquebit illos iisdem rebus, quibus illi delectantur magis atque validiùs confidunt.

Nos, ô Regulares, quotquot sacram in choro profitemur Psalmodiam non irrisiones, non indignationes, non conuitia, non calumnias nec imitantium Michol aut quorumcumque detractorum pertimescamus. Si euulgent isti, munus nostrum potiùs ad scurras quàm ad ingenuos spectare viros; nos, qui eius nouimus dignitatem & experimur virtutes, respondeamus cum egregio Hymnorum Auctore ac strenuo cantore: *Laudam, & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis.* Nobis *pro minimo* sit à detractoribus *aut ab humano die* iudicari, Dominum namque, qui nostris gaudet Hymnodiis, qui que est futurus omnium Ordinum Iudex æquissimus, opportuno declarabit tempore, vbinam amplioris, feruentioris ac perfectioris caritatis viguerint actus, num scilicet apud Ordines Psalmodia publica carentes, aut penes Ordines eiusdem publicæ studiosos Hymnodiæ. Et quò acriores in nos maledicentium hominum calumniæ & irrisiones insurrexerint, eò feruidiùs sacram frequentemus chori Psalmodiam; imò verbo, & exemplo, & clamore omnes gentes, om-

Ibidem.

1. Cor. 4.

nia Regna ad eamdem excolendam Hymnodiam prouocare ſtudeamus, verè & ex animo dicentes cum Hymnographo: *Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis. Pſallite Regi noſtro, pſallite, pſallite ſapienter. Regna terræ cantate Deo, pſallite Domino.* Hîc tandem eſto honor, gloria, triumphus noſter, magnalia ſcilicet Dei cantu deuoto annuntiare populis, vt omnes ad illum celebrandum ac diligendum excitentur.

Pſal. 46.

Pſal. 67.



DE

DE ECCLESIASTICA HYMNODIA

LIBER SECVNDVS.

De conditionibus ritè ac rectè psallendi.

CAPVT I.

Cordis attentio est necessaria in vsu Hymnodiæ.

COGNITA præstantia Hymnodiæ Ecclesiasticæ ex dignitate & effectibus Libro primo declaratis, accedendum nunc est ad cognitionem earum conditionũ quæ hanc altissimo muneri possunt suis ad formam siue ad perfectionem deseruire. Vt enim aliquod opus non solùm Deo sit placitum, sed etiam, iuxta Philosophiæ regulas, bonum dici queat, non sola attenditur operis substantia, sed modus etiam expendi debet, quemadmodum docuit Philosophus dicens, quòd ea quæ à virtutibus fiunt, nisi iustè & temperatè agantur, non censenda iusta aut temperata; indeque occasio-

Operis bonitas attenditur ex conditionibus.
Aristot. l. 2. Ethic. c. 4.

nem sumit tradendi, quas circumstantias seu conditiones requirat opus, vt dici possit bonum. Verùm, omissis doctrinis Philosophorum, qui solam bonitatem respiciunt moralem, ad sacras Philosophias nostrarum diuinarum Scripturarum conuertamur, quæ solæ possunt reddere animum planè beatum circa cognitionem veritatum. Istæ docent, nullum opus, quantumuis sublime ratione materiæ seu subiecti, nisi debitis expleatur conditionibus, placiturum esse, imò ingratum futurum ac odiosum altissimo Deo, qui magis respicit modum operis quàm opus ipsum. Quid iustitiæ operibus dici aut excogitari potest inter mortales illustrius aut vtilius? cùm Iustitia, ex omnium Sapientum sententia, sit ciuitatum & omnis tum publici tum priuati boni fulcrum, Imperiorum & regiminum sol, qui nisi illucescat, omnia tenebras fieri, nimbos ac tempestates est necesse. Nihilominùs si Iustitia non exerceatur modo iusto, non Iustitia reputabitur coram Deo, sed iniustitia. Hinc illud graue monitum ad Moysem à Deo Monarcha datum circa modum regendi populi: *Justè quod iustum est persequeris.* vbi aduertunt sacri Doctores, non solam Iustitiam, sed modum præcipuè esse commendatum, nimirum iustè. Ad quam doctrinam respiciens diuus Dionysius Areopagita pronuntiauit: *Nefas itaque est, vt diuina testantur Eloquia, ea etiam quæ iusta sunt, non secundùm dignitatem meritaque exequi.* Huic concinens Philo Hebræus, eiusdem diui Dionysij synchronos, statuit eamdem conclusionem dicens: *Quod fieri debet, sæpè fit non vt debet, & quod est officium, interdum fit non officiosè, vti cùm depositum redditur*

Iustitia est fulcrum & sol Imperiorum. Plato l. 2. de Legib. Iustus Lipsius Polit. c. 10.

Deut. 16.

D. Dionys. Epist. 8. ad Demophil. *Modus operis maximè attenditur à Deo.*

redditur, non bono animo, sed aut in detrimentum accipientis aut insidiosè, vt comparata semel fide casio captetur abnegandi maius depositum, tunc officium non officiosè fit. Ad eamdem doctrinam delibus persuadendam censet diuus Cyprianus vel quicumque fuerit Auctor libri de Singulari tate Clericorum, diuum Paulum locutum e

1. Cor. 14. tum ad Corinthios illis verbis, *Omnia* vestra honestè *fiant*; tum ad Thessalonicenses per alia ver

1. Thes. 4. ba similia, *Præcipimus vobis, vt honestè ambulet* vim faciens in illis vocibus aduerbialibus *honestè* quæ modum faciendi præscribunt, concludens *Non benè succedit quidquid agitur passim, nec sa ctum est quod geritur sanctum, nisi sanctè quod sa ctum est peragatur, sicut Salomon asserit dicens Qui custodierint iustè iusta, iustificabuntur.* Hinc prodiit illa tam vera quàm vulgata doctrina

Deus est remunerator aduerbiorum, non nominum. Gerson Dialog. Franc. & Angli, t. 2.

quam retulit Gerson, *Deum esse remuneratorem aduerbiorum, non nominum*, nimirum Deum non tam actionis substantiam attendere quam modum, qui positus est in circumstantiis, & vocibus declaratur aduerbialibus.

Hoc fundamento cognoscimus Hymnodiæ vsum, quamuis ex se bonum & sublime sit opus esse nihilominùs suis conditionibus ornandum, vt Deo sit placitus, & effectus suos consequi valeat. Numquam poterunt recitari & offerri pro dignitate Hymni & preces, nisi adsint illæ conditiones animi, loci, temporis, integritatis, ordinis, quæ modum perfectum constituunt. Quare etiam Hymnographus quoties ad Psalmodiam hortatur, toties modum tradit recte psallendi. Id præcipuè videmus Psalmo 46. vbi

Psal. 46. de hac re differens ait: *Psallite Deo nostro, psallite sapienter.*

ſapienter. vbi attendenda eſt illa dictio *ſapienter*, quæ modum præſcribit, vt Deo placita ſit oblata Hymnodia. Huic hortationi ſimilis eſt alia in Pſalmo 32. vbi proponens Dauid Pſalmorum cantum magnificis illis verbis, *Confitemini Domino in cithara, in pſalterio decem chordarum pſallite illi; cantate ei canticum nouum*, ſtatim vocis adhibendæ conditionem præſcribit dicens: *Benè pſallite ei in vociferatione*. Quapropter ſtudendum eſt nobis rectæ compoſitioni, vt tales accedamus ad pſallendum quales decet eſſe bonos pſallentes. Quia autem conditiones iſtas contingit eſſe duplicis generis, aliæ namque ad formam pertinent, quæ dicuntur Eſſentiales; aliæ ad ornamentum & complementum perfectionis, quæ appellari poſſunt Accidentales, nos de vtriſque agemus, vt omnes conditiones, quæ perfectam Hymnodiæ rationem reddere poſſunt, declaremus. Pſal. 32.

Ab eſſentialibus initium ſumpturi, priorem locum attentioni aſſignamus. Niſi cor adſit & mens, nullæ hominis actiones placere Deo poſſunt; qui non res nec verba noſtra attendit, ſed cordis affectum expendit. Cetera externa, ſiuè opes ſiue ſubſtantiæ, ſiue corpus ſiue membra, abſque corde nihili ſemper facta ſunt à Deo, quia non ſunt verè noſtra, ſed aliorum, præſertim Dei illa concedentis. Hinc illa præclara hortatio diui Hieronymi ad Iulianum nobiliſſimum Romanum, qui de ſuis copioſiſſimis ſubſtantiis liberalis erga Deum exiſtebat. *Nolo*, inquit diuus Hieronymus, *ea tantùm offeras Domino quæ poteſt fur rapere, hoſtis inuadere, præſcriptio tollere, quæ etiam accedere poſſunt & recedere, & inſtar vndarum*

Cor præcipuè exigitur à Deo in humanis actionibus.

Res externa potiùs ſunt aliorum quàm noſtra.

rum ac fluctuum à succedentibus sibi dominis occ
pantur; atque, vt vno cuncta sermone compreh
dam, quæ, velis nolis, in morte dimissurus es: id
offer, quod nullus possit hostis auferre, nullus ery
re tyrannus, quod tecum pergat ad inferos, imo a
regna cælorum, ad paradisi delicias. Hoc monitu
præcipuè obseruandum est in Hymnis & pre
bus quæ offeruntur Domino. Cùm enim tot
cum Deo altissimo colloquia, quot Hymni & or
tiones, nisi adsit cor, nec Hymni, nec laudes, n
preces, sed irrisiones declarabuntur; quemadm
dum non semel declaratum fuit ab ipso Deo, n
sine magno animi sui sensu. Grauiter conquer
Deus per Isaiam Prophetam de iis qui ore & v
bis eum celebrare student, cùm tamen corde n
attendant ad verba prolata: *Appropinquat pop*
lus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor au
tem eius longè est à me. Eadem querela deinde re
est Dominus noster Seruator ad pungendos Pha
risæos, qui videbantur exterius esse magni laud
tores Dei, cùm tamen potiùs essent Deo min
mè inuisi, quos idcircò appellauit hypocritas
Hypocritæ, benè prophetauit de vobis Isaias dicen
Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum
longè est à me. Id cognoscentes prisci Ægyptii
licet superstitiosè, diuinum tamen cultum pro
fitebantur, Isidi suæ, quam inter Numina col
bant pro Sapientia, dicauerunt arborem Persi
cam; cuius fructus cordis refert figuram, foli
autem oblonga linguæ figuram præbent. Qu
hieroglyphico forsan voluerunt docere, quo
sicut Persica non ex solis foliis æstimatur à ver
Sapiente, sed ex fructu; sic homines à diuina Sa
pientia æstimabuntur, quando Persicis arboribus
similes

Cor & mens verè dici possunt nostra res.

Isaiæ 29.

Matth. 15.

Pierius lib. 54.

Persica symbolum operantis hominis ex corde.

similes erunt, habentes & folia quæ linguæ figuram referunt, & fructus qui cordis imaginem reddunt. Deus noster, aiebat antiquissimus Tertullianus, non vocis sed cordis auditor est. Cuius viri grauem sententiam ad verbum deinde transscripsit in suo quem edidit Tractatu de Oratione Dominica sanctus Cyprianus. Hymnographus vt non solùm doctrina tradita in Hymnis conscripta, sed exemplo declararet hanc veritatem, quando Hymnos suos Deo spondebat, simul spondebat cordis affectum socium. Ne quis putaret, quòd sola oris confessione perfunctoria esset contentus, *Confitebor tibi Domine*, ait, *in toto corde meo, in consilio iustorum & congregatione.* eamdem iterùm ac iterùm afferens sponsionem in ipso Hymni ingressu: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam audisti verba oris mei.* sicuti anteà aliàs dixerat: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.* Sicuti inter omnes mortales præcipuus meruit esse diuinarum laudum cantor, plures componens Hymnos solus quàm composuerint vmquam ceteri omnes serui Dei, siue Patriarchæ siue Prophetæ, siue iusti simul iuncti (quos Hymnos, nisi temporum iniuria contigisset deperire, haberemus ad tria millia, sicuti erant, teste diuo Athanasio, ante Babylonicam captiuitatem;) ita illos cecinit tanta cordis attentione, vt inter multa elogia quæ ipsi sunt ab Auctore Ecclesiastici adscripta, illud sit singulare, quòd toto corde & animo illos obtulerit Deo suo. Verba elogij sunt ista: *In omni opere dedit confessionem Sancto & Excelso in verbo gloriæ. De omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit Deum, qui fecit illum.* Perfectio

Deus non vocis, sed cordis est auditor. D. Cypr. de Orat. Domin.

Psal. 110.

Psal. 137.

Psal. 9.

D. Athan. in Synopsi. *Attentio Dauidis in Psalmis quanta.*

Eccli. 47.

fectio itaque laudis oblatæ Deo consistit in a
uertentia cordis & animi ; hac deficiente rem
nent sola verba, quæ dici possunt mortua, q
animus abest, qui solus vitam confert verbis,
est anima verborum. Nec Deus noster est simi
hominibus, qui solis verbis auditis intentus p
scatur, licet laudator proferens verba, aliud co
de & animo sentiat, vel saltem ea non dicat e
nimo. Deus noster sicut inspicit corda, ita ma
attendit cordium qualitatem quàm verba.

Animus confert vitam verbis.

Æmulari præstat Paulum Apostolum,
Hymnodiam frequentabat tam ore quàm co
ipso testante: *Orabo spiritu, orabo & mente; p*
lam spiritu, psallam & mente. & quod alios
cebat, in seipso exequebatur. Nouerat vim P
modiæ & orationis non in sola verborum pr
tione, sed in cordis attentione sitam esse,
paulò antè pronuntiauerat, quòd si oraret
mentis attentione integros dies, omni fructu
ruisset: *Nam si orem lingua, spiritus meus ora*
mens autem mea sine fructu est. In quo textu a
uertendum est in illis verbis, *Spiritus meus ora*
non esse sensum de spiritu intellectuali, sed vi
li, qui ore profertur, quemadmodum explicat
Theophylactus & Primasius. quasi dixerit Apo
stolus: Quando oro lingua & halitu solo, nec
mens mea sine fructu est; quia non attendens ea
quæ profero, omnem vim & fructum oration
amitto. Amittitur omnis Psalmodiæ vis tũ respe
ctu Dei tum respectu dæmonũ. Deus nihil nostri
accipit aut respicit, non res, non verba, quando cu
nõ adest: neque dæmones timent nostras oration
quæ sola voce proferuntur, non corde. Hinc diuus
Chrysostomus describens vim orationum nostra
rum,

1. Cor. 14.

Preces sine attentione nec à Deo respiciuntur, nec à dæmone timentur.

D. Chrys. in Homil. 30. in Genes.

rum, eamque comparans validissimis armis tam ad offensionem quàm ad defensionem opportunis, pronuntiat hanc vim ex cordis attentione pendere: *Magna sunt arma preces, modò sobrij & vndequaque mente nostra collecti Dominum adeamus, totique nitamur ita loqui, vt non solùm verba, sed & mens verborum comes ad Deum accedat.*

Tunc perfectæ sunt orationes & laudes nostræ, quando lingua profert quod suggerit cor, & cor attendit ad ea quæ profert lingua. Si quis sponte distraheretur, sicuti non verè oraret ad Deum, quia oratio nequit consistere sine cordis attentione, ita neque obligationi faceret satis; teneretur q; ad iterationem Officij cum debita attentione, vt obseruetur graue præceptum quod habent Ecclesiæ ministri circa diuini Officij recitationem, promulgatum ab Innocentio Papa in Concilio Lateranensi per hæc verba: *Districtè præcipientes in virtute obedientiæ, vt diuinum Officium, nocturnum pariter & diurnum, quantum eis dederit Deus, studiosè celebrent pariter & deuotè.* Quod Decretum obligare sub præcepto, nemo est qui neget, omnes quotquot sunt sacro Ordine insigniti, qui etiam gaudent beneficio Ecclesiastico quo sustentantur, quia beneficia instituta & data sunt propter officium. Insuper ex vi consuetudinis dilatata est obligatio ad Religiosos choro ex ipsorum instituto deputatos.

Oratio nequit esse vera oratio sine attentione.

C. Dolentes. de Celebr. Mis.

Beneficium datur propter officium.

In hoc Decreto, quod præcipuè respicit publicam chori Hymnodiam, vti ex contextu cognosci libet, non sola præcipitur prolationis integritas, nec sola item exterior attentio, vti quibusdam placuit asserere, quasi veniam concedentes orantibus, impunè & absque reatu culpæ Deum irri-

irridendi: dum enim asserunt solam exteriorem deuotionem præcipi ad rectam Canonicarum precum persolutionem, vtique concedunt posse orantes liberè vagari. Quod repugnat recto fini Ecclesiæ, quæ sicut Deum exorare intendit omni quo potest perfectiori modo, ita cauere Decreto voluit omnibus abusibus. Nec hoc Decretum dici potest merè humanum, sed potiùs declaratorium Iuris naturalis & diuini: nam & natura & Scriptura ostendunt orandum & cantandum Deo non ore, sed corde; quemadmodum posteà declaratum fuit expressiùs à diuo Hieronymo relato in corpore Iuris Canonici. Præcipitur itaque etiam interior attentio, quæ nimirum est de substantia orationis, scilicet vel actualis vel virtualis. Nam etiamsi actus interior directè per se nequeat Ecclesiastica lege præcipi, cùm Ecclesia non iudicet de internis, potest tamen præcipi, quatenus iste actus internus cum actu externo omnino coniungitur, quemadmodum euenit in precibus & orationibus, quæ nequeunt esse nisi preces, nec orationes sine cordis attentione, sed essent irrisiones; vt haud semel comprobabimus infrà tum hoc tum sequente Libro.

D. Hieron. in cap. 5. ad Ephes. cap. *Cantantes* Dist. 92. *Attentio interior est de præcepto.*

Quæ autem & quanta debeat esse attentio, vt præcepto satisfiat, quid item sibi velint illæ conditiones à Decreto requisitæ, studiositas scilicet & deuotio, paullatim declarabitur in sequentibus Capitibus. Non idcircò hoc loco agemus de mentis euagationibus, quæ attentionem excludunt, quia proprius earum locus ad tertium Librum reiicietur, vbi de omnibus defectibus fusè erit sermo. Statuisse in præsenti sufficiat, attentionem esse præcipuam Hymnodiæ partem, tum vt

vt præceptum adimpleatur quod Ecclesia habet; tum etiam vt nostra oratio à Deo acceptetur; tum vt meritum, impetratio & satisfactio, quæ rectum Hymnodiæ vsum comitari solent, nisi impedimentum adsit, suum obtineant effectum. (hæc omnia corruere & deperire asserit communior Doctorum sensus, quando voluntariè & culpabiliter distrahitur animus ad aliena; quemadmodum traditur à D. Thoma Aquinate 2.2.q.83. art.13. vbi de hac attentione vocalibus orationibus necessaria disertè agit;) tum denique ne frustrà laboremus in re tam vtili & sancta; & ne culpam contrahamus ex opere, quod ad culpas diluendas & delendas plurimùm valet, & de nobis aliquando dicatur, *Et oratio eius fiat in peccatum*; & inde venenum hauriamus, vnde antidotum erat sumendum. Quod sæpè euenire solet socordibus, qui tanti muneris non aduertunt obligationem; quemadmodum lugebat aliquando diuus Bernardus sibi accidisse dicens: *Aliud canto, aliud cogito; Psalmodiæ verba profero, & Psalmodiæ sensum non attendo, sed mente vagus, habitu dissolutus, oculis attonitus, huc & illuc prospiciens, quæcumque ibi geruntur perlustro & perspicio: væ mihi, quia ibi pecco, vbi peccata emendare debeo.* Lugebat hic sanctus vir in se ipso, in aliis lugenda, vt non vereamur confiteri, erubescentes in nobisipsis, quæ Sanctus insignis de se confitetur, vt in posterum ab illis caueamus.

D. Thom. 2.2. q.83. art.13.

Psal.108.

D. Bernar. lib. de Consider. c.33.

CAPVT II.

Quæ & quanta attentio requiratur.

PRÆSTAT expendere attentionis qualitates, vnuſquiſque cognoſcere valeat, quæ attent ad præcepti neceſſitatem conferat, quæ item eiuſdem perfectionem deſeruiat. Varij attentionis gradus à D. Thoma cognoſcuntur reperiri huiuſmodi orationibus vocalibus. Primus gradus attentionis eſt circa verborum prolationem & cantum, quando quis attendit, vt integre rectè ſine aliquo errore pronuntiet. Qui gradus eſt omnium infimus, & omnibus iis poteſt competere qui linguam callent Latinam, vel ſaltem legere nouerunt. Secundus gradus attentionis eſt circa ſenſum verborum quæ cantantur, quando quis attendit & obſeruat, quid dicant Pſalmi, Lectiones & orationes recitatæ. Qui gradus eſt altior, doctioribus tantùm ac Theologis aptus. Tertius gradus attentionis eſt ad Deum, ad quem directa eſt Hymnodia, quando animus attentus in Deum conſiderat vel eius præſentiam, vel potentiam, vel magnitudinem, vnico verbo dicam, aliquod Dei attributum ac perfectionem. Qui gradus eſt omnibus tam doctis quàm idiotis communis, & omnibus eſt fructuoſior, ac etiam forte taſſis facilior. Quilibet horum graduum eſt ad præcepti neceſſitatem ſufficiens; hoc tamen obſeruato ordine inter ſe, vt primus gradus attentionis ad prolationem verborum numquam excludatur, quia hic eſt omnino neceſſarius, vt præceptum recitandi impleatur, quod exigit integram

Attentionis gradus tres.

tegram recitationem sine defectu. Nullus tamen debet primo solo gradu ita esse contentus, vt penitus excludat ceteros gradus; sed debet, quantum in se est, eniti ad aliquam aliam attentionem, saltem ad tertiam, quæ omnibus est communis: saltem non debet positiuè obicem ponere ad hanc obtinendam. Quemadmodum eueniret illi, qui statueret liberè vagari tum mente tum imaginatione ad quascumque alias res, siue bonas siue malas, siue indifferentes, contentus sola verborum integra pronuntiatione, is non adimpleret præceptum: quia cùm agatur de re ad orationem spectante, sicut non potest dari oratio sine aliqua ad Deum eleuatione seu ascensione, vti concors est omnium Theologorum sententia, qui communi calculo approbant traditam à sancto Ioanne Damasceno definitionem orationis, *Oratio est eleuatio seu ascensus mentis in Deum*; ita qui volens & studens diuerteret omnino mentem à Deo, & pro libito vagaretur, is certè non diceretur orare, sed cantus huiusmodi Psalmorum non esset dissimilis ab eo cantu, quem aliquando artifices & operarij, dum actu exercent suas artes, siue ad animi leuamen, siue ad socios exhilarandos, adhibere solent. Debent itaque verba proferri cum aliqua saltem intentione ad Deum ipsum, sicuti decet eum qui alloquitur Deum, & ipsum exorat. Quilibet idiota potest respicere in Deum aliquo ex his modis, nimirum vel ad eius gloriam & honorem referens, & offerens omnia verba quæ profert; vel intendens à Deo petere & obtinere quæ ab Ecclesia tunc desiderantur; siue etiam quæ illis verbis, præsertim in oratione, petuntur. Optimum consilium est, quòd qui-

Mentis euagatio voluntaria orationis tollit substantiam.

Oratio est mentis eleuatio in Deum.

Mens idiota quo possit modo ad Deum attendere.

libet idiota ſtudeat proponere ſibi aliquod my-
ſterium Chriſti Domini, & in illud mentem in-
tendere: nam myſteria humanitatis Chriſti cùm
ſint circa res & actiones corporeas, facilè etiam
poſſunt à rudioribus concipi, maiorique ſuauitate inter pſallendum conſiderari, quemadmodum Libro ſuperiore dictum eſt. Nec vlli dubium debet eſſe, an hæc circa humanitatis Chriſti Domini myſteria mentis occupatio ſatis quem facere præcepto in Deum eleuandi mentem; quia opera illius ſanctiſſimæ humanitatis peculiari modo coniunctum habent aliquid ad diuinitatem ſpectans, cùm fuerint opera hominis Dei. Sunt media omnium aptiſſima ad eleuandum in opera diuinitatis, quemadmodum docere voluit Eccleſia in quadam Præfatione Miſſæ, dicens: *Vt dum viſibiliter Deum cognoſcimus, per hunc in inuiſibilium amorem rapiamur.* Admonet autem opportunè ad hanc rem Cardinalis Caietanus, quòd mens orantis circa hæc humanitatis Domini noſtri myſteria ita ſe præparare debet, vt locus relinquatur, ſi Deus concedat, aſcendendi ad ea quæ ad diuinitatem ſpectãt. Semper igitur, qui cupit ſatisfacere debito officij diuini, credens ſuæ imbecillitati aptiorem fore primum attentionis gradum in prolatione verborum ſitum, debet ſtudere duabus conditionibus. Vna eſt, vt mens ad Deum aliquo modo referatur, quæ ſaltem debet eſſe orandi Deum, & ſic debet pſallere quaſi oraturus. Altera eſt, ne excludat penitus alias meliores attentionis qualitates, ſed paratus debet eſſe ad illas ſuſcipiendas, ſi à Deo concedantur.

Attentio ad myſteria humanitatis Chriſti eſt ſuauis ac ſufficiens. Libro 1. cap. IX.

Humanitatis Chriſti myſteria mentem ad diuinitatem eleuant facilè.

Caietan. in 2.2.q.83. art. 13.

Sicut etiam qui ſublimiores attentionis qualitates

tates nouit adhibere siue ex secundo siue ex tertio gradu, occupans mentem vel circa argumentum Psalmorum quos canit, vel circa diuinas perfectiones ad quas eleuatur, debet ita se præparare, vt suauiter attendat ad verborum prolationem vt integrè dicantur. Si quis ita in Deum raperetur per contemplationem, vt sensibus alienatus verba non proferret, is non impleret præceptum orandi vocaliter, quia præceptum est recitandi Officium, non autem orandi mentaliter. Quod intelligendum est procedere, quando contemplatio & sensuum alienatio esset diuturna, ita vt vel totum Officium vel eius pars notabilis non recitaretur: quando modica esset tam sublimis contemplatio per aliqua tantùm verba, non ideò vitiaretur integritas recitationis; satis tunc esset, quòd, aduertens se raptum, rediret statim ad verborum attentionem continuandam suauiter. Dixi *suauiter*, quia non debet ea animi anxietate exquiri verborum attentio, qua timidiores quidam affliguntur: nam tanta vehementia verborum prolationi sunt intenti, vt nequeant attendere sensui verborum, nec locum relinquant spiritui, vt possit eleuari in Deum. Quamuis ratum ac firmum sit inter Theologos, quemlibet gradum triplicis iam positæ attentionis sufficere ad rectum Hymnodiæ vsum, nec quemlibet aut doctum aut idiotam teneri ad optimam attentionem; nullus tamen debet aut positiuè excludere à se ipso, aut aliquo obice impedire perfectissimam attentionem, quam si Deus vellet, posset cuilibet cõcedere sine differentia docti aut idiotæ, quemadmodum superiùs ostensum est, cum de contemplatione ageremus. Vnusquisque

Qui raptus in contemplatione non proferret verba, an satisfaceret.

Attentioni perfectissimæ non est ponendus obex.

Libro I. cap. IX.

faciat quod in se est, vt rectè attendat, relinq[illegible] autem diuinæ misericordiæ, vt pro qualitate d[illegible] positionis, vel etiam pro arbitrij sui volunt[illegible] concedat quod magis expedire iudicabit.

Nec sunt audiendi quidam, putantes se ex[illegible] satos ab illis præparationibus, quas piæ pers[illegible] solent adhibere antequam ad chorum accedat vt maiori animi dispositione valeant attende[illegible] & digni à Deo efficiantur aliqua in psalle[illegible] cælesti visitatione; quia non intelligunt vi[illegible] sensum Psalmorum. Non, inquam, sunt aud[illegible] di, nec ignorantia eos excusat, sicut nequ[illegible] ignorantia impedire potest diuinas illustrati[illegible] & communicationes: nam apud Deum, qui [illegible] ba intelligit, & corda cantantium expendit, e[illegible] dem vim & valorem habent orationes idiotæ [illegible] docti. Nec inepta est similitudo, quam aliqui [illegible] lent afferre ad hoc institutum declarandum, [illegible] adeuntibus Principem cum supplici libello, [illegible] aliquam obtineant gratiam, quòd tantumdem impetrabit, imò forsan faciliùs & liberaliùs obtinebit libellus oblatus à rustico & idiota, quantum impetrare posset alius à viro docto datus. Dæmones etiam plus habent timoris ex oratione idiotæ, qui eam explet ex corde, quàm ex oratione docti, qui voluntariè euagatur. Ad quam rem narratur in Vitis Patrum insignis euentus inter duos Religiosos, vnum iuniorem idiotam, alterum seniorem doctum, & in vita spirituali apprimè versatum, inter magistrum & discipulum. Ad illum, qui erat Abbas Pastor, accedens iste iunior, diffidens se posse peruenire ad gustandas eas consolationes spiritus, quas alij Monachi doctiores assequebantur in oratione & Hymnodia,

Orationes tam docti quàm idiotæ sunt apud Deum eiusdem valoris.

dia, ait: *Ecce oro, & non est compunctio in corde meo, quia nescio virtutem verbi.* Ad quem respondit Pastor: *Tu tamen orare perge, quoniam sicut incantator licet virtutem verborũ quæ dicit nesciat, serpens tamen audit & intelligit ea, iisque subiicitur, & incantanti humiliatur; sic & nos quamuis ignoremus virtutem eorum quæ loquimur, dæmones tamen audientes ea intelligunt, terrentur, atque discedunt.* Addamus nos, sicut dæmones discedunt à recitantibus attentè & piè Psalmos, ita Deus benignus accedit, & exaudit.

Dæmones timent Psalmodiæ vim.

Hæc attentio, quæcumque illa sit, siue primi gradus, siue secundi, siue tertij, non debet esse ex vi præcepti tam diuturna, vt durare debeat actu per totum Officium, & ad singula verba: nam præceptum latum de attenta recitatione intelligi debet accommodatum ad humanam imbecillitatem. Nullus mortalium potest viribus propriis ita attendere mente ad vnam rem, quin inuitus & nolens ad alia distrahatur; quia infirmitas humana suo quasi pondere trahit animum ad inferiora, dum ipse per orationem conatur ascendere ad superiora. Quod experiri coguntur etiam insigniores sancti viri, qui deplorantes suam imbecillitatem & miseriam dicunt ad Deum, *Et cor meum dereliquit me*; vti fusiùs dicemus ad Librum tertium, quando de euagationibus mentis agemus. Vix vnum *Pater noster* potest homo dicere, aiebat diuus Thomas, quin mens ad alia feratur. Præceptum Ecclesiæ potiùs est de proposito & voluntate firma attendendi, quàm de ipsa actuali attentione. Satis est ad Hymnodiam accedere cum proposito isto & voluntate attendendi ad orationem; si deinde contingat

Mentis humanæ imbecillitas quanta.

Psal. 39. D. Thom. in 1. Corinth. 14. Lect. 3.

Attendendi propositum potiùs quàm attentio actualis præcipitur.

tingat animum diuertere nobis inuitis, aut ſalt
non aduertentibus, nihil vitiatur executio p
cepti, quia durat adhuc propoſitum ab initio
citum, manet, inquam, ſi minùs actuale, ſ
tem virtuale: nec dici poterit, quòd inuolun
ria euagatio ſit culpæ obnoxia coram Deo. Cu
dum tamen eſt, ſtatim ac aduertitur euagatio,
ſe ipſum redire, & renouare attentionem, ne
negligentia, quod erat inuoluntarium fiat v
luntarium & culpabile: nam euagatio ex n
gentia æquiparatur euagationi voluntariæ. Q
do aduertens diſtractionem negligit atten
tunc eſt voluntaria illa negligentia, quæ ver
erit vel mortalis, iuxta quantitatem euagatio

Euagationes inuoluntariæ immunes ſunt à culpa.

Omnis euagatio ex fragilitate procedens excu
tur, quia non ex voluntate ſed ex impotentia
tur: & ſicut excuſatur coram Deo, etiamſi dura
per totum Officium, ita non amittitur nec me
tum, nec ſatisfactio, nec impetratio, ſed tantu
impeditur ſpiritualis refectio & mentis conſo
tio, quæ dicitur deuotio ſenſibilis. Quam ma

D. Thom. Lect. 3. cit.

optimè docuit diuus Thomas ad illa verba Pau
Si orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt. Proponit ibi ſanctus Doctor
quæſtionem, Num quandocumque quis orat, &
non attendit quæ dicit, amittat omnem fructum

Euagatio mentis impedit conſolationes ſpirituales.

ſuæ orationis. Pro reſponſione affert diſtinctio
nem de duplici fructu orationis, meritum nem
pe & ſpiritualem conſolationem ſeu deuotionem
ex oratione conceptam. hic ſecundus fructus a
mittitur ab eo qui non attendit orationi. Fructu
primus, ſcilicet meritum, niſi aliunde impedi
tur, permanet in ſuo robore ab eam rationem
quia in omnibus actibus meritoriis, qui ordina
tur

tur ad finem rectum, non requiritur, quòd intentio agentis coniungatur fini secundùm quemlibet actum, sed vis prima, quæ mouet intentionem, manet in toto opere, etiam si aliquando in aliquo particulari diuertat; & prima illa vis facit totum opus meritorium, nisi interrumpatur per contrariam affectionem, quæ diuertat à fine prædicto ad finem contrarium. Quæ doctrina tanti Doctoris valdè est aduertenda non solùm ab iis qui ex obligatione, sed etiam ab iis qui sponte & liberè Hymnodiam frequentant. Etiam in his locum habet, suo proportionis modo, omnis ratio euagationis & attentionis: nam orans spontaneè tenetur attentè orare, non quidem tanto obligationis rigore, quanto tenentur qui ex præcepto orant; hi enim mortali se possunt inficere culpa, illi veniali tantummodò ob irreuerentiam Deo. Suppositò quòd orandi sit mens, ait Cardinalis Caietanus, debet homo se præparare ad illum actum illis conditionibus & circumstantiis, quæ actum talem comitari solent. Affert exemplum illius qui non tenetur admittere hospitem in domum suam; suppositò tamen quòd statuat illum recipere, tenetur ea præparare quæ decent inter personas ciuiles: quòd si non præpararet, vtique reprehensione dignus esset. Dixi, quando sit mens orandi, quia si quis adhibere vellet Psalmos pietatis gratia, vt mentem ab aliis cogitationibus diuerteret; tunc nulla esset culpa psallere sine attentione, vt quando quis orationibus vtitur se vestiens, vti suadetur à diuo Basilio, & obseruatur à multis tum Religiosis tum piis personis, quæ certas preces & versiculos Psalmorum habent præscriptos ad vnumquodque opus externum,

Attentio virtualis est sufficiens ad meritum.

Attentionem ad Deum debent habere orantes spontaneè.

Caiet. loco citato.

Orationes ex sola pietate possunt absque culpa expleri sine attentione.

D Basilius Oratione in Martyr. Iulit.

ternum, dum è lecto surgunt, dum vestes p
nunt, dum manus lauant, dum pedem effer
domo, dum Ecclesiam aut vident aut ingredi
tur, & similia faciunt.

Obligatio maior est quoad culpam in habe
tibus præceptum: idcircò enitendum est, qu
tum humana patitur imbecillitas, vt vnum
gradibus attentionis iam enarratis semper h
beamus; vnusquisque sibi eam deligens, qua
ptui suo erit facilior ac promptior. Aliqui m
rem facilitatem experientur, proponentes s
ipso Hymnodiæ principio aliquod myste

Mysteria humanitatis Christi cuilibet Horæ Canonicæ assignata.

noſtræ redemptionis (præsertim cùm iam e
Ecclesiæ vnicuique Horæ Canonicæ suum
assignatum mysterium, vti in quibusdam versi
ab antiquis notatum erat, ad faciliorem memo
vsum; quos versus refert Glossa in cap. 1. de C
lebr. Missarum.

Hæc sunt septenis propter quæ psallimus horis
Matutina ligat Christum qui crimina purgat,
Prima replet sputis, causam dat Tertia mortis,
Sexta cruci nectit, latus eius Nona bipertit,
Vespera deponit, tumulo Completa reponit.

& in contemplatione illius mysterij suauiter
explent integram horam. Alij in perfectiones &
attributa Dei assurgunt, in quibus, dulciſſimè
quasi dormientes, conquiescunt per totum illud
Officij tempus. Alij sensui verborum attendentes illum prosequuntur, degustantes mysteria
illis verbis oblata. Quicumque modus eligatur
aptus est ad rem nostram, maximaq; eget ora
tis humilitate, quia perfecta attentio sine euag
tione *non* est *volentis, neque currentis, sed miseren*
tis est donum præclariſſimum *Dei*, quod non n
maxim

Rom. 9. *Attentio perfecta est donũ Dei.*

maximè humilibus conceditur. Vt vnuſquiſque adiuuetur ad hanc attentionem tum acquirendam tum cõſeruandam, mox ſubijciam duo apta & efficacia argumenta & adiumenta, quæ poſſunt ab vnoquoque facillimè exerci & obtineri.

CAPVT III.

Dei præſentis cogitatio attentionem Hymnodiæ adiuuat.

Attẽtio eſt ſubſtantia diuini Officij.

ATTENTIONIS acquiſitio tanti eſt in hoc ſtudio Hymnodiæ momenti, vt quemadmodum in ea conſiſtit ſubſtantia & perfectio totius ferè diuini Officij, ita omni diligentia curandum ſit media omnia adhibere opportuna ad illam obtinendam. Inter hæc media ſupremum locum tenere cogitationem diuinæ præſentiæ, adſtruunt omnes Scripturæ, ob eam rationem præcipuam; quia ſicut omnis Hymnodiæ ratio ad Deum colendum & exorandum dirigitur, ita qui verè cupit ſuum officium rectè explere, eniti debet circa acquiſitionem huius diuinæ præſentiæ. Qui familiarem ſibi illam obtinere nouerunt, maxima facilitate eleuantur in Deum, & cum illo colloquuntur ſine vlla mentis euagatione. Noſter Hymnographus hanc Dei præſentiam adeò ſibi familiarem conciliauerat, vt Deum oculis propriis cernere, & tamquam amicum alloqui ſibi videretur, idq; non ſolùm tempore quietis, quando ſolus in remotiori aliquo domus vel palatij loco vacabat orationi ac meditationi, ſed, quod difficillimum aliis valdè eſſet, etiam tempore & locis maximarum occupationum, quando vix, ac ne vix quidem licitum eſt homini cogitationem

Dei præſentis cogitatio familiaris Dauidi.

&

& animum ſibi ipſi, ſuæ ſaluti & incolumitati
tendere; nimirum quando profugus migrabat
vno ad alium locum, modò ad prærupta mo-
tium, modò ad deſerta & ſolitudines ſiluarum
modò ad infideliũ ciuitates, vt vitam ſeruaret
læſam. Mirũ certè eſt, quòd licet in ijs locis tam
viri vita maximè periclitaretur, ob Regis perſe-
toris potentiam, tanta nihilominùs animi quie-
ac ſi in loco tutiſſimo ac libero ab omni genere
periculi exiſteret, in diuinas laudes erumpere
Deum ſuum alloquens, celebrans & benedi-

Multi extant inſignes Pſalmi Deum allo-
tes, in ijs locis maioris diſcriminis compo-
decantati, quos percenſere longum eſſet, quos
aliquos iam ſparſim in Opere innuimus. Sed
hoc loco ſit ſignificare, tantam fuiſſe huius pro-
clari viri cogitationem erga Deum præſentem,
de hiſce ſuis fugis & migrationibus agens, non
dubitauerit pronuntiare, ſe Deum ita præſentem
attendiſſe, ac ſi vidiſſet aut audiſſet enumerantem
greſſus & animi anguſtias obſeruantem. Pſal-
mo 55. qui vnus eſt ex compoſitis tempore fugæ
ait ad Deum: *Deus, vitam meam annuntiauit tibi,*
poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo. quæ verba,
ſi attendantur iuxta vim Hebraicæ phraſis, dicere
volunt: *Migrationes meas enumeraſti, & lacrymas*
meas poſuiſti in conſpectu tuo. Hinc eſt, quòd in
medijs fugis, licet ad duodecim enumerentur in
ſacris Libris, nempe ad *a* Regem Achis, ad *b* Re-
gem Moab, ad *c* Ceilam vrbem, in *d* deſertum
Ziph, in *e* deſertum Maon, in *f* deſertum En-
gaddi, in *g* deſertum Pharan, ad *h* Philiſthæos,
ad *i* domum propriam, ad *k* conſanguineos, ad
l Samuelem in Ramatha, per agros tandem *m*

Deus enumerat greſſus afflictorum.

Dauidis fugæ duodecim.

a 1. Reg. 21
b 1. Reg. 22
c 1. Reg. 23
d Ibid.
e Ibid.
f 1. Reg. 24
g 1. Reg. 25
h 1. Reg. 27
i 1. Reg. 19
k 1. Reg. 20
l 1. Reg. 19
m 2. Re. 15

fac-

facie Absalonis filij, numquam tamen visus est tristis, sed semper lætus, semperque Deum suum, quem præsentem existimabat & cogitabat, celebrans Hymnis & Psalmis, ei semper fidens, illum inuocans & colens.

Magna vis huius diuinæ præsentiæ ab homine pio cogitatæ, hæc sola sufficit ad animi feruorem in oratione retinendum. Hac eadem cogitatione sanctus Iob, qui tot antè sæculis præcesserat Dauidem, vir à Deo multis varijsq; calamitatibus probatus, dies suos explebat mira animi tranquillitate, semper de Deo maxima cum reuerentia loquens, semper laudans, eiq; gratias agens, non sine maxima admiratione eorum qui hanc illius cum Deo initam familiaritatem non nouerant; ipse autem notam omnibus facit dicens: *Nónne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat?* Iob.31. Sed vt iterùm redeamus ad Dauidem nostrum, obseruabimus, quòd diuinæ Maiestatis præsentiam sibi semper propositam, vocat sui cordis vnicam firmitatem: *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear.* Psal.15. Imò eidem diuinæ præsentiæ cogitatæ non dubitat acceptam referre diuinorum mandatorum perfectam obseruationem & exactam reuerentiam, quam, post obtentam à Deo vitæ melioris nouitatem, tenuit vsq; ad mortem: *Seruaui mandata tua & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.* Psal.118. quasi dixerit: Ideò potui esse tibi Deo meo fidelis in omnibus mandatis & testimonijs tuis, quia te semper in omnibus actionibus meis cogitabam præsentem ac conspicientem.

Diuinæ præsentiæ cogitatio cõfortat Iobum.

Modus autem cogitandi hanc diuinam præ-
sentiam varius extitit, iuxta varietatem ingeni-
rum. Poteſt Deus proponi præſens maxima cum
Maieſtate inter medios exercitus Spirituum cæ-
leſtium, qui modus eſt conditioni Dei maxime
aptus, & ab omni hominum genere poteſt facil-
mè concipi. Plato vir Ethnicus, licet doctiſſimus
in humana ſapientia, docebat, ſummum Iouem
obambulare cælum in curru & quadriga, com-
tantibus eum diuis, qui illius laudes celebrarent.
De quo Platonico ſenſu teſtatur Auguſtinus Eu-
gubinus in Pſalmum 67. Hanc eamdem formæ
maieſtatis conſpicere dignus effectus eſt, & non
deſcriptam tradidit Iſaias, videns Dominum
throno gloriæ ſublimi ſedentem, vndiq; Seraphi-
cis ſpiritibus ſtipatum. Hanc Maieſtatis formam
ſuadebat virtutum cultoribus pijſſimus Bernar-
dus, vti maximè opportunam ad attentionem
mentis: *Sic ora, cùm oraueris, quaſi ſis aſſumptus
ante faciem Maieſtatis in excelſo throno, vbi mil-
lia millium miniſtrant, & decies centena millia aſ-
ſiſtunt ei.* Ad hanc eamdem exhortabatur diuus
Chryſoſtomus, expendens euentum illum quem
deſcribit Iſaias, dicens, *Vidi Deminum ſedentem
ſuper excelſum ſolium & eleuatum, & plena erat
omnis terra Maieſtate eius.* ait D. Chryſoſtomus:
*Quòd ſi omnis oraturus hanc ſibi proponeret Ma-
ieſtatem, orationes ſuas attentiùs, feruentiùs &
rectiùs funderet. Quis enim tam audax & teme-
rarius, Deum præſentem cogitationis oculis proſpi-
ciens, alias cogitationes admitteret quàm bonas &
opportunas?* tandem concludit: *Qui coram Rege
terreno loquitur, de ijs tantùm verba facit, de quo-
bus voluerit ille audire.* & poſt pauca addit: *Tu*

Dei præſentia quot modis poſſit proponi.

Plato.

Aug. Eugubin. in Pſal. 67.

Iſaiæ 6.

D. Ber. lib. de Conſid. cap. 48.

Dei Maieſtas cogitata feruorē tribuit oranti.

verò cum Rege Regum colloquens, cui cum horrore seruiunt Angeli, omisso cum illo sermone, de luto, de puluere, de telis aranearum loqueris? Impossibile quasi dixerim futurum cordi sic disposito tunc mente euagari.

Dei Iudicis cogitatio timorem fouet.

Potest Deus etiam concipi præsens tamquam Iudex pro tribunali sedens, vt sententiam de nobis, præsertim de hac re, quam nunc præ manibus habemus orantes, proferat. Hic modus esset maximæ vtilitatis, & facilis redderetur cogitationi. Vtilis esset, quia Iudicis præsentia timorē gignere valet. Quis facinorosus tam impudens esse potest, vt coram Iudice, à quo necessariò debet examinari, & potest seuerè plecti, audeat delicta committere? Facilis est, quia mens ea facilè concipit quæ phantasmatibus sunt aptiora & familiaria, cuiusmodi sunt Iudicum auctoritas & seueritas. Qui modus facilior redditur ex argumento Psalmorum qui recitantur & cantantur: nam passim sermo incidit de Iudicijs Dei, de Iustitia, de Præceptis, & de Legibus; quæ recordatio singulari quodam modo frequētissima est in illo Psalmo omni veneratione colendo, qui quotidie frequentatur ad horas diei à psallentibus, nimirum 118. totus enim est in renouandis illis vocibus, iudiciorum, legis, mandatorum, testimoniorum, & similium, quæ ad causam iudiciariam spectare possunt. Ad quam rem narratur à D. Petro Damiani quædam apta meditatio cuiusdam deuoti, sed miræ simplicitatis, viri. Is aliquando expleto Officio diuino, dum à discipulis interrogaretur, quid ea die vidisset in Ecclesia; respondit se vidisse in quatuor versiculis sex personas necessarias ad beneficium animæ suæ, ni-

Dei Iudicis figura frequenter describitur in Psalmis.

D. Petr. Dam. Ser. 12. de Resurrect.

mirum Legem, Testimonium, Iustitiam, Praeceptum, Timorem, Iudicia. In Lege aiebat [illegible] ostensam personam Iudicis, qui secundùm legem iudicaturus est; in Testimonio aduertisse testes examinandos; in Iustitia cognouisse munia actoris & rei; in Præcepto attendisse Iudicis sententiam; in Timore atq; Iudicio obseruasse accusatorem & executorem. Hic pius vir nouerat elicere ex argumento Psalmorum præsentiam Dei [illegible] forma Iudicis pro tribunali sedentis, & hac sancta cogitatione vtili canebat suos Hymnos Deo. Quo modus proponitur vsurpandus à psallentibus dum Ecclesia in quodam Hymno dicit:

Hymn. Laud. Fer. 5.

Speculator adstat desuper,
Qui nos diebus omnibus,
Actusque nostros prospicit
A luce prima in vesperum.

Vtro horum modorum concipiatur Deus præsens, mens cantantis & psallentis Deo attenta poterit munus suum explere. Nullam admittet poterit cor videns his modis Deum alienam cogitationem; & poterit faciliùs ad eam purissimam attentionem peruenire, quam à suis Religiosis requirebat D. Bernardus. Non patiebatur hunc sanctus vir Monachos suos cogitationes admittere, etiam bonas, quæ non essent conformes argumento Psalmorum. Si inter psallendum occurrisset menti nobilis aliqua Theologiæ doctrina paulò antè in cubiculo lecta; si etiam occurrisset mẽti alta aliqua doctrina ex ore ipsius sancti Magistri & Antistitis concionantis audita, expellenda docebat has cogitationes, quamuis bonas, quamuis pias, ob eam rationem; quia etiamsi salubres sint, minimè tamen salubriter inter psallendum

Cogitationes etiam bonæ debẽt aliquando excludi ab orantibus.

D. Bern. Serm. 47. in Cant.

lendum reuoluuntur: Spiritus enim ſanctus illa hora gratum non exiſtimat quidquid aliud offerimus, quàm id quod debemus in opere Dei. Opus Dei vocabatur à D. Bernardo Hymnodiæ opus, citans regulam D. Benedicti aſſerentis: *Nihil operi Dei præponere licet.* quo titulo arguebat, quanta attentione dignum eſſet diuinis vacare laudibus.

Qui non ſtudet hanc familiaritatem diuinæ præſentiæ obtinere, ſicut facilis erit ad euagationes cogitationum, cùm careat freno potentiſſimo ad illas cohibēdas & cōtinendas, ita non modicam poteſt irrogare iniuriam officio quo fungitur: nam euertit ſenſum omnem tum orationum quæ recitantur, tum Pſalmorum qui concinuntur, tum verborum quæ proferuntur. Quidquid adhibetur in diuino Officio, ſignificat Deum præſentem, quem alloquimur, inuocamus, laudamus, exoramus; & tamen illi mens nihilo magis aduertit, ac ſi non adeſſet, nec de illo ſermonem & verba faceret. Facinus certè indignum, & acri pœna aliquando luendum. Peiores ſumus agentes cum Deo immortali & omnipotente, quàm cum Principe aut Prætore mortali, quos alloqui ſtudemus omni reuerentia & timore.

Mēte alienā à Deo dum orant, iram ſibi prouocant.

Hæc Dei præſentis cogitatio eò faciliùs poterit obtineri ab vnaquaq; Religioſa & pia perſona, ſi eiuſdem Dei nobis proponere curabimus non tantùm naturalem præſentiam per illam immenſitatem naturæ, qua rebus omnibus intimum eſſe Deum docuit Apoſtolus Paulus, vti rem ipſis Philoſophis Athenienſibus lumine naturæ cognitam & comprobatam, quia *non longè* abeſt *ab vnoquoque noſtrûm*, & *in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus*; ſed etiam modum ſupernaturalem exiſtentiæ

Chriſti Domini præſētia ſacramentalis in Euchariſtia attentionē excitare debet. Act. 17.

ſtentiæ Verbi incarnati in Euchariſtiæ Sacramento, quod in Templis aſſeruatur, & cuius venerabili ac formidabili adſtamus præſentiæ reali, dum in choro pſallentes canimus. Inde ſtimulum elicere poſſumus ad nos ipſos excitandos, ne coram tanta Maieſtate alias cogitationes admittamus quàm pias & ſanctas. Deus ſub illis ſpeciebus panis latens, quaſi ſub tot cancellis reſpicit & conſiderat corda & animum, licet ipſe non videatur à nobis. de quo poſſumus vſurpare verba illa

D. Bernar. Serm. 55. in Cantica. pijſſimi Bernardi: *Videor, & non video; vereor aſpectum illius exploratoris qui poſt parietem ſtat, quem pro acumine viſus capreæ aſſimilauit Scriptura.* Expendebat tunc ſanctus Doctor illa verba Canticorum,

Cant. 2. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos;* & Deo omnia intuenti & cordium cogitationes conſideranti accommodat, vt cautior inde fiat ad proprij cordis cuſtodiam, ſicuti Sponſa, ex eadem conſideratione ſui Sponſi præſentis & aſpicientis argumentum maioris dilectionis ad ſui excitationem eliciebat. Quæ rectè poſſunt à nobis accommodari ad præſentiam incarnati Verbi in Euchariſtiæ Sacramento, quaſi ſub cancellis accidentium exiſtentis, vt videat & obſeruet fideles pſallentes. Si huius acutiſſimi videntis oculos ſuper nos præſentes cogitabimus, magnum inde nobis ad attentionem tenendam & deſidiam expellendam comparabimus adiumentum, magnique timorem & reuerentiam erga Deum concipiemus. Ipſe tandem Deus, oculorum ſuorum benigniſſimos radios, tamquam Sponſus, ergà nos emittens, maioribus ſemper largioribuſque gratijs animas noſtras cumulabit.

CA-

CAPVT IV.

Angelorum præsentia cogitata eamdem attentionem promouet.

SANCTORVM Angelorum præsentia aliquibus forsan, ijs præsertim qui nondum assuescere aut peruenire potuerunt ad diuinam præsentiam concipiendam, facilius adiumentum ad attentionem poterit afferre : sicut etiam facilius est homini ipsorum Angelorum concipere conditionẽ, cùm sæpè sæpiùs sub humana forma visi sint inter homines descendere, præsertim cùm omnium sanctorum Doctorum & Patrum communis sit sensus, sanctos Angelos adstare in nostris Templis, præcipuè tempore diuinorum Officiorum. Qui sensus auctoritate sacræ Scripturæ maximè comprobatur. Cuius rei, ad maiorem psallentiũ stimulum, illustriora proferam testimonia, tam ex Scripturis quàm ex Patribus desumpta.

Angelorum præsẽtia facilè potest concipi ab homine.

In primis nobilis Pauli Apostoli locus hanc vrget veritatem, dum sanctus Apostolus docere vellet mulieres Christianas Corinthias, quanta modestia & reuerentia ad Templa Dei deceret accedere, præsertim circa vsum veli supra caput, quo numquam licitum est carere mulieres honestiores dum in publicum exeunt, maximè Ecclesiam adeuntes; adhibet reuerentiam Angelis debitam, qui in Ecclesijs sanctis reperiuntur: *Ideò debet mulier potestatem habere supra caput propter Angelos.* Illa dictio *potestatem* significat velamẽ, de quo paulò antè apertiùs fuerat locutus docens, quòd si qua mulier libertatis cupida eo nollet vti,

Mulieres velum in Ecclesijs gerere debent.

1. Cor. 11.

in pœnam ſuæ libertatis, turpiter deberet tonde
Si non velatur mulier, tondeatur. Hoc vel
tanto cum rigore ſuadebat Paulus, propter hono
rem & reuerentiam Angelorum, ait S. Hiero
mus, qui Eccleſiæ aſſiſtere perhibentur. Li
nonnulli Doctores interpretentur Angelos, id e
Sacerdotes, qui Angelicam debent profiteri pu
ritatem, ſicut Angelorum exercent munia et
mortales, ne aſpectu mulieris aliquo modo offe
derentur: nihilominùs germanior & communi
omnium ſenſus eſt de Angelis ſanctis, qui cẽſe
tur Templa oberrare, & quaſi teſtes à Deo poſi
obſeruare & explorari fideliũ geſtus, vota, ve
& modeſtiam. Ita S. Chryſoſtomus, quem ſecu
ſunt alij ſancti Expoſitores, Theodoretus, Anſe
mus, Thomas, Hieronymus, Theophylactus, de
clarantes hanc Pauli epiſtolam.

Angelorũ nomine Sacerdotes intelligi aliquando poſſunt.

D. Chryſ. Hom. 26. in 1. Cor. 11. & Serm. de Aſcenſ.

Huic Pauli doctrinæ inhærentes ſancti Patres, pro comperto habent hanc veritatem, eamq; ſuponunt tamquam infallibilem. Diuus Dionyſius Areopagita, præcipuus Pauli diſcipulus, ſæpe mentionem facit de Angelis vltimi ordinis, tamquam præſidentibus Eccleſiaſticæ Hierarchiæ & Sacrorum miniſterio. Hinc aiebat D. Chryſoſtomus: *Per id tempus & Angeli Sacerdotis ſudati, & cæleſtium Poteſtatum vniuerſus ordo clamores excitat, & chorus altari vicinus, in illius honorem qui immolatur, Angelorũ choris plenus eſt, id quod credere abundè licet vel ex tanto Sacrificio quod tunc peragitur.* Multus eſt hic ſanctus Doctor in hac doctrina ſæpè inculcãda, quòd vbi adeſt ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramẽtum, adſint ſemper plurimi Angeli, qui tamquam milites adſtant ſupremo Imperatori. Loquebatur D. Chryſoſtomus

D. Dion. de Cæleſti Hier. c. 5. & 9.

D. Chryſ. l. 6. de Sacer. *Angeli adſtant Miſſæ Sacrificio.*

mus non solùm quia sic sentiebat, ob Pauli doctrinam; sed etiam quia non semel Angelos videre tempore diuinissimi Sacrificij dignus fuit, vti de ipso narrat luculentissimus scriptor B. Nilus in quadam Epistola ad Anastasium Episcopum his verbis æterna memoria dignis: *Ioannes Sacerdos admirandus, Ecclesiæ Constãtinopolitanæ, imò verò totius orbis splendor, vir animi perspicacis, omni ferè tempore videbat Domum Domini refertam Angelorum cœtu, & tunc in primis, cùm diuinum & incruentum Sacrificium offerebatur; quo quidem tempore, stupore & lætitia plenus, rem præcipuis amicis spiritualibus priuatim enarrauit.* B. Nilus Epist. ad Anastas.

Deinde pergit describere qualitatem & gestus Angelorum adstantium, & ministerium præbentium huic Sacrificio dicens, eos visos esse splendidissimas stolas indutos, nudis pedibus, intentis oculis, pronos altari, magno cum silentio & reuerentia circumstantes diuinum mysterium. Sæpè hic vir sanctus vrgebat hanc Angelorum præsentiam, vt suis Antiochenis & Constantinopolitanis suaderet modestiam, reuerentiam, attentionem & silentium in Ecclesijs. *Angelorum reuerentia in Ecclesijs*

Contemplare obsecro (dicebat aliquando) *adstat mensa Regis, adsunt Angeli mensæ huius ministri, adest Rex ipse, & tu oscitans stas?* Iterùm alibi ait: *Scio quia non vides, audi tamẽ, quia Angeli præsentes sunt vbique, maximè in Domo Dei, vbi astant Regi, & omnia sunt plena incorporeis illis Virtutibus.* D. Chrys. Hom. 3. in Epist. ad Ephes. Homil. 15. in Epist. ad Heb.

Si tantam reuerentiam & compositionem totius hominis requirebat hic sanctus Episcopus à laicis, quando in Ecclesia adesse contingeret coram sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, quid par est nos Ecclesiasticos exequi, quando eidem augustissimo Sa-

cramento adstamus oraturi Psalmis & Hymnos, inquam, deputati ad munus & seruitium tam proximum Deo. Ad nos spectare possunt verba illa verè ignita eiusdem sancti viri, vt nos incitet propter hanc Angelorum in Ecclesiis assistentiam: *Nescis quòd cum Angelis stas, cum illis cantas, cum illis Hymnos dicis?* sicut itaque magnos hos habemus auditores & spectatores nostri cantus, ita magna nobis opus est reuerentia erga illos. Nemo tamen sibi persuadeat, Angelos sanctos solummodò adstare in Templo vbi asseruatur aut conficitur Eucharistiæ mysterium, non verò in Oratoriis aut extra templum Sacrificij; nam statim ac in Ecclesias seu Oratoria conuenimus Hymnos dicturi, aut alio modo oraturi, præsertim quando agitur de precibus istis publica causa faciendis, adsunt Angeli, vt orent nobiscum, & testes sint nostrorum votorum.

Angeli tempore precum adsuolant orantibus.

Huius etiam veritatis luculentissimos proferam testes ad nostram doctrinam. Quorum primum produco Venerabilem Bedam diserte docentem de hac re: *Maximè tamen*, ait, *Angelos nobis spiritus adesse censendi sunt cùm diuinis specialiter mancipamur obsequiis, id est, cùm Ecclesiam ingressi, vel Lectionibus sacris aurem accommodamus, vel Psalmodiæ operam damus, vel orationi incumbimus.* Sed ante omnes nostræ Ecclesiæ Doctores pronuntiauerat Psaltes ipse, quòd quando ad psallendum accedebat, tunc sibi certissimè persuadebat, ad Angelorum conspectum & consortium transire: *In conspectu Angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.* Quo loco aduertit diuus Chry-

Beda lib. 6. in Lucam.

Psal. 137.

Chrysostomus ab aliis legi, *Coram Diis modulabor tibi*; nomine Deorum Angelos appellans, vt maiorem in se reuerentiam erga eos concipiat, tamquam res diuinas. Deinde vtitur verbo *coram*, quod significat præsentiam realem & actualem; quia illos concipiebat sibi præsentes, quasi eos propriis oculis cernens. Qua pia cogitatione munitus sanctus vir, psallendi munus aggrediebatur ea attentione & reuerentia, quæ maiestatem & auctoritatem decet talium auditorum & spectatorum.

Hæc Angelorum præsentia plures in nobis gignit bonos effectus valdè etiam vtiles. In primis, aiebat Origenes, adstantes Angeli obseruant nostras preces; & si eas attentas & pias cognoscunt, statim ad Deum deferunt, & offerunt exaudiendas & donis cælestibus cumulandas. *Nec Angelorum officia*, ait Origenes, *ab huiusmodi officiis desunt: Angeli enim Dei ascendunt, & descendunt ad Filium hominis, perquirunt, & curiosè agunt, quid in vnoquoque nostrûm inueniant, quod offerant Deo; vident, & perscrutantur vniuscuiusque nostrûm mentem, si habeat aliquid, aut cogitet, quod Deo mereatur offerri.* Non modicum profectò beneficium est nobis hoc ab Angelorum præsentia exhibitum; acquirunt enim orationes nostræ maiorem vim & auctoritatem apud Deum: non quia egeat Deus hoc Angelorum ministerio siue ad audiendas, siue ad videndas, siue ad cognoscendas nostras preces & Hymnodias, sed quia Angeli, adiungentes suas commendationes, reddunt nostra vota Deo magis accepta. Hinc orationes & lacrymæ sancti viri Tobiæ per manus Angeli Raphaëlis narrantur oblatæ

Orig. Homil. 9. in Leuit.

Ex Angelorum præsentia quot nobis deriuent bona.

Angeli offerunt preces nostras Deo.

Tob. 12. oblatæ Deo: *Ego obtuli orationem tuam Dom*
Et in Apocalypsi visi sunt Angeli ad Deum p
Apocal. 8. ferre orationes piorum: *Et ascendit fumus incen*
sorum de orationibus Sanctorum de manu An
coram Deo. Hoc, inquam, beneficium inde
bis prouenit, quando ea oramus psallimus
attentione qua par est; sin minùs, nulla de
stris Hymnodiis aut orationibus habetur ra

Angeli diligunt attentiones in oratione.

Imò si tristitiæ capaces essent Angeli sancti,
ximè tristarentur, videntes nos mente alien
Deo; sicut hilares & iucundos se exhibent, qua
do Hymnodiæ attentam obseruant, execu
nem. Diligentes sunt & studiosi in hoc obse
tionis munere circa verba, modum, gestu
compositionem, vt pronuntiare non dubita
rit magnus Basilius, dum ea verba expend
Psal. 28. Hymnographi, *Et in templo eius omnes dic*
gloriam, assistere Angelos verba describentes. A
quam rem proditum est, D. Bernardum fuisse
liquando à Deo dignatum mira visione, qua
mox subiiciam, quia multis referta est docume
tis opportunis. Cùm D. Bernardus interesset no
cturnis vigiliis ea puritate ac deuotione qua so
lebat, ecce benignitate Domini vidit singulos
Angelos iuxta Monachos stantes, & quod quis
que eorum psallebat in schedulis, instar Nota
riorum, tam diligenter excipientes, vt nec mi
nimam syllabam, quamquam negligenter pro
latam, omitterent. Scribebant diuerso modo
quidam eorum scribebant auro, alij argento,
nonnulli atramento, aliqui etiam aqua, quidam
nihil penitus scribebant. Admirabundus Bernar
dus nesciebat causam diuersitatis, tunc Spiritus
Domini eum interiùs docebat intelligentiam.

Lib. de Viris illustr. Ord. Cister.

Angelorum mira visio facta sancto Bernardo.

Angeli scribunt verba orantium.

Qui

Qui auro scribebant, feruorem psallentium & attentionem significabant. Qui argento, minorem quidem feruorem, puram tamen fuisse psallentium intentionem declarabant. Qui atramento, continuum quorumdam bonæ voluntatis vsum in Hymnodia, licet non cum multa deuotione, notabant. Qui aqua scribebant, exprimebant eos, qui, somnolentia & acedia pressi, vel variis abducti cogitationibus, videntur quidem aliquid signare, sed cor eorum prorsus abstractum non concordare cum voce ostendebant. Nam sicut qui aqua pingit, etsi veros characteres describat, nihil tamen reuerà ex eis manet; ita quando cor non concordat cum lingua, tunc huius oratio nullius est apud Deum momenti. Qui tandem nil scribebant, deplorabilem eorum sortem redarguere volebant, qui proprij status & obligationis obliti, ex proposito & voluntariè diuagantur. Tunc diuus Bernardus, recolens illam diui Pauli sententiam, *Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capient salutis*, sicut proficientium gratulabatur feruori, sic paterno pietatis affectu deficientium miserebatur tepiditati. Huic euentui attendant dicentes, Deo placitas esse Hymnodias etiam cum voluntaria mentis euagatione expletas. Quomodo placitæ, si ab Angelis, fidelissimis Dei ministris, nihili omno fiunt, nec dignæ, imò indignæ reputantur Codice Dei? Multa à nobis approbantur tamquam bona, quæ à Deo & ab Angelis esse reprobata tandem cognoscemus. Si dicas visionem esse, non rationem, neque argumentum, quibus niti debent assertiones doctrinarum; visionem certè

Euagantes voluntariè in oratione ab Angelis negliguntur. Hebr. 1.

certè haud nego, dico tamen eam non repug-
re rectæ rationi: visionemque dico sancti v
Theologi sapientissimi, nec nouum esse Theol
gis in re morali, argumenta & rationes ex hui
modi elicere visionibus. Istæ visiones maiore
tunc obtinent vim, quando minimè differun
à sensu priscorum Ecclesiæ Patrum, sicut de h
præsenti constat visione, quam videmus con
nam allatis sancti Chrysostomi, venerabilis B
dæ & Origenis auctoritatibus.

Si vnusquisque nostrûm oculos Bernardi s
cti haberet, & Angelos conspiceret præse
quando persoluimus diuinum Officium; sal
si vnusquisque mentis & fidei oculis sibi rep
sentaret hoc spectaculum Angelorum adst
tium & omni diligentia obseruantium, an ve
nostra valeant describere siue auro, siue arge
to, siue saltem atramento, magnum inde stim
lum ad attentionem sentiret. Hæc cogitatio tan
esset momenti, vt, instar pædagogi, animum d
rigeret ad omnem pium affectum, nec posset a
nimus in ea cogitatione defixus huc illucque l
berè vagari; sicut puer coram pædagogo non au
det motum aliquem reddere incompositum. Nec
dedecet pædagogi nomen in re spirituali; nam
etiam Paulus Apostolus tradidit Galatis, legem
Moysaicam pædagogi munus egisse cum popul
quasi ducens ad altiorem doctrinam legis nouæ:
Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo. Imò si libet aliquid ad hanc
rem ex profano Auctore mutuare, dicere possu-
mus, quòd hoc munus pædagogi maximè An-
gelo conuenit qui nobis à Deo datus est ad custo-
diam,

Angeli sunt tamquam pædagogi animarum.

Galat. 3.

Angeli custodes munia.

diam, qui nobiscum semper conuenit, siue ad negotia, siue ad orationem, siue ad Ecclesiam. Seneca, agens de modo benè viuendi absque morum errore, tradidit, vnicuique nostrûm assignatum fuisse à Deo in pædagogum deum inferioris ordinis; forsan secutus Platonis doctrinam, qui sicut Deorum nomine Angelos intelligebat, ita de Angelis ad nostram custodiam datis videtur aliquid olfeciſſe. Magnam vim obtineret Angeli præsentia cogitata in animum nostrum: nam, experientia teste, cognoscimus, quòd grauis alicuius viri talis præsentia tantummodò cogitata, potest quemlibet animum componere, & in officio virtutis continere. Quemadmodum aliquando docuit diuus Bernardus, vt instrueret, quo modo anima in quolibet loco viuere absque cogitationibus indecentibus posset: *Elige tibi*, ait, *tu ipse hominem consilio meo, cuius vitæ exemplar sic cordi tuo insederit, reuerentia inhæserit, vt quoties eius recordatus fueris, ad reuerentiam cogitati assurgas, & temetipsum ordines, & componas.* & inter cetera ab hac cogitatione, seu recordatione, beneficia reportanda, ait esse propriarum cogitationum puritatem: *Nam omnes cogitationes tuas cùm ab eo videri cogitabis, ac si videat, ac si arguat, emendare cogeris.* Quid operari nobiscum poterit Angeli tam sublimis cogitata præsentia, si hominis mortalis præsentia tantam habet auctoritatem, quantam scribit diuus Bernardus, imò quantam vnusquisque potuit in se ipso experiri? Quotquot in Ecclesia Dei nouerunt sibi hanc Angelorum præsentiam habere familiarem, magnos in omni genere pietatis fecerunt progressus. De sancta Franciſca Romana, quæ

Seneca Epist. 19. & 110.

Cogitatio præsentiæ viri grauis ad animi compositionem confert.

D. Bernar. lib. de Vita solit.

Magna erga Angelos in sancta Franciſca deuotio.

quæ ſingulari erat pietate erga Angelos affec
illos ſæpè cogitans & inuocans, tradunt Scri
res, quòd non ſemel fuerit à Deo digna red
eoſdem Angelos, quos præſentes cogitabat, oc
corporis cernere, & quandoque ab ipſis admo
de leuioribus culpis, ex inaduertentia vel lin
vel mente admiſſis. Inſuper ad ipſius ſanctæ m
lieris vberiorem conſolationem & profectũ, co
ceſſit Deus vnum ex Archangelis qui ei ſem
aſſiſteret, quemadmodum vigintiquatuor an
rum ſpatio integro ſemper aſtitit ab illa vi
donec tandem, amoto iſto, Deus adſcribe
voluit alium Angelum altioris ordinis & gra
nimirum ex ſublimioribus ſecundæ Hierarc
qui eam dirigeret & illuminaret, præſertim c
bonum regimen Virginum ac mulierũ ſecu
Monaſterio à ſe inſtituto viuentium. Magn
ad ſanctitatem adiumentum hauſit beata Fra
ciſca ex hoc pio ad Angelos ſanctos affectu. P
tuit inde faciliùs ac feliciùs eam virtutis ſerua
formam, quam in triplici ſuæ vitæ ſtatu, nemp
coniugij, viduitatis & clauſtri, ſemper tenuit &
excoluit. Nos quoque, licet non cuilibet conce
datur gratia Angelos videndi corporeis oculis,
ſicut certi ſumus de ipſorum reali præſentia in
opere Hymnodiæ, ſi tamen nouerimus oculos
mentis & cogitationem cordis eiſdem addicere,
magnos vtilitatis fructus experiemur. Hæc nam
que præſentis Angeli cogitatio profectò cogita
tiones attentas ad rem, quam agimus, coget no
habere, ne ab illo reprehendamur, vel, vt me
liùs dicam, vt ab illo diligamur, & ſemper ad
meliora incitemur; vel etiam, ne hoſtis malign
ſatanas anſam habeat noſtras irridendi Hymno
dias

dias & orationes, & implendi codicem suum verbis nostris sine attentione prolatis. Adstare dæmones psallentibus experientia conuincit, & in Operis progressu videbimus, obseruantes, si valeant aliquid à nobis obtinere, vel extraneas, vel terrenas, vel turpes etiam suggerendo cogitationes. Nos, qui in medio tum bonorum tum malorum constituti sumus Angelorum, studeamus, ex cogitatione vtriusque obiecti tam diuersi, eamdem in nobis augere attentionem, vt Angelis bonis lætitiam, malis autem tristitiam, nobis denique vtilitatem adferamus & consolationem.

Dæmones adstant orantibus, & scribunt verba.

CAPVT V.

Animi deuotio pars est Hymnodiæ præcipua.

ENIXE commendatur à sacris Conciliis animi deuotio ad diuinum Officium ritè persoluendum, eamque eodem verborum contextu cum attentione coniungunt, quia altera ab altera nescit dissidere. Vbi vna reperitur adesse, ibi altera magna facilitate præstò esse contendit; sicut illa deficiente, hæc vllo modo consistere nequit. Quasi dixerim duas sorores attentionem & deuotionem, ambas Hymnodiæ vtiles, ambas inuicem se iuuantes & fouentes. Attentio iuuat deuotionem, deuotio fouet attentionem. Cùm iam de attentione, nisi pro dignitate, saltem pro necessitate sit abundè dictum, nunc postulat locus, vt de deuotione fiat sermo; qualis nimirum illa sit, quibus item modis queat obtineri. Deuotionis

Deuotio attentionis germana.

Deuotionis species duæ. duæ sunt species siue rationes: vna quæ in vo-
luntate & corde existit; altera, quæ potiùs in se-
su, dependens tamen à voluntate & corde, in-
Deuotio tenera quæ. uenitur. illa est magis necessaria & substantialis
hæc magis affectiua & tenera. Præcipua deuotio-
nis ratio, quæ denominationem deuoti commu-
nicat subiecto, & facit aliquem dici verè pos-
deuotum, & quæ exigitur ab Ecclesiasticis in la-
Deuotionis ratio in quo sita. re, vt deuotè diuinum expleant Officium, con-
sistit in animi promptitudine voluntaria, vlro-
nea & liberali, qua quis se offerat & tradat ad
liquod opus Deo maximè carum. Hanc an-
mi dispositionem propriè importat vera deu-
tio; quemadmodum rectè docuit sanctus Pa-
sper libro 2. de Vita contemplatiua, & post
2.2.q.82. art.1. sum tradidere omnes Theologi cum D. Tho-
ma Aquinate dicente: *Deuotio nihil aliud esse vi-
detur, quàm voluntas quædam promptè tradens
se ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum.* Qui bo-
num opus voluntariè facit, is meritò deuotus di-
ci meretur, quia non inuitus rem facit quam of-
fert. Hoc sensu sumpta est deuotio etiam à pro-
fanis Auctoribus. Hinc illud Poëtæ hortantis ni-
mirum ad orationem:

Aeneid.8. *Communemque vocate Deum, & date vina vo-*
lentes.

& iterùm:

Aeneid.10. ——— *Volens vos Turnus adoro.*

Hinc Deus noster sicut oblationes primitiarum
pergratas habebat in veteri Testamento, quia
tantùm ab vltroneis & spontaneis (verbis vtor
Exod.25. sacri Textus) offerebantur, nullo extante de illis
aut mandato aut præcepto, sed sola aliqua signi-
ficatione; ita verbis magnificis illas primitias of-
ferentes

ferentes voluit in sacra Historia nominari deuotos: *Obtulerunt mente promptissima atque deuota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonij.* Exod. 35.

Animi deuotio Deo grata.

Gaudet Deus hominum hac voluntaria & prompta oblatione, cuius vim & dignitatem cognoscens noster Hymnographus, studebat omni diligentia illius acquisitioni, eamque libenter modò spondebat, modò à Deo exorabat. Spopondit hanc vltroneam oblationem quando dixit: *Voluntariè sacrificabo tibi.* & quando illius in se experiebatur præsentiam, statim illam Deo offerebat: *Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine.* & quasi gloriabundus illam iactabat: *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei.* quæ verba non ab omnibus possunt vsurpari. Multi in domo Dei habitant, quos mundus crederet arbores omni fructu bono onustas, sed verè tamen virentibus tantùm ornantur foliis, nullum intrinsecus habentes succum deuotionis. Non omnes sunt oliuæ, quæ solæ oleum habent & producunt: multi namque nullum sentiunt deuotionis affectum in voluntate. At noster Dauid oliua erat, & oliua fructifera, oleum ferens deuotionis & promptitudinis ad diuinas laudes concinendas. Vt autem promptiùs alacriusque ad harum laudum incenderetur continuationem, exorare à Deo deuotionem non omittebat; cuius insigniorem orationem habemus Psalmo 62. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum.* Vbi attendenda est connexio quam adhibet Dauid, vt primò infusionem postulet Spiritus diuini, qui voluntatem accendens deuotionem gignat; spon-

Psal. 53. Psal. 118. Psal. 51.

Animi deuotio à Deo postulanda.

Psal. 62.

det deinde laudum effusionem cum præcip
cordis lætitia. Vrgebat D. Bernardus hanc D
uidis piam exemplaremque orationis formam
noſtram eruditionem, quia priùs infundi poſt
lauerit, poſteà effuſionem promiſerit, *Infun
priùs nimirum volens, & ſic effundere; nec ſolùm
infundi priùs, ſed & impleri, quatenus de plenitud
ne eructaret, non oſcitaret de inanitate.* Quo exem
plo reprehendit eos, qui inanis gloriæ cupidi
te moti geſtiunt docere, cùm nondum didi
rint; & eſſe priùs canales velint, quàm fuer
conchæ. Nos hinc diſcamus, quòd à Deo e
poſtulanda ſit vera cordis deuotio. Nam à D
ait D. Thomas teſtimonio D. Ambroſij in L
cam, tamquam à cauſa principali, expectandi
expetenda eſt deuotio vera. Niſi donauerit D
deuotionem, nullus inueniri poterit animus d
uotus; proinde in Decreto Concilij poſita ſu
illa verba, *Quantum Deus dederit.* Sed ant
quam diſcedamus à prædicta Dauidis oratio
& poſtulatione, *Sicut adipe & pinguedine repleb
tur anima mea, & labiis exultationis laudabit o
meum*, præſtat aduertere opportunam compa
tionem, quam conſiderat diuus Bernard
hæc verba Dauidis; & aliam orationem, ſeu po
ſtulationem aliquando factam à Sponſa in ipſo
initio ſuorum cum Sponſo colloquiorum, d
dixit: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Aduertit diuus
Bernardus, quòd licet in verbis diſſimiles ſi
iſtæ orationes, in re tamen pares & eædem pro
ſus exiſtant. Quod poſtulabat Sponſa per oſcu
lum Dei, idem orabat Dauid per illam Spiritu
plenitudinem, vt ex plenitudine gratiæ, qua
ex oſculo diuino, recreatus animus, prompti

D. Bernar. Serm. 18. in Cantic.

Deuotionis origo Deus. D. Thom. loco cit. art. 3.

Pſal. 62.

Cantic. 1.

&

& alacrior cantaret gloriam & magnitudinem Sponsi diuini.

Deuotio laudes excitat diuinas.

Quotquot fuere hac Spiritus pinguedine repleti, statim eruperunt in laudes exultationis, quarum multas, præter illas à Dauide euulgatas, habemus & vsurpamus in Ecclesia, ad altiorem & perfectiorem nostrarum laudum prosecutionem. Si de priscis loquamur, qui in antiqua Synagoga illustres fuerunt, celebris est in primis Anna mater Prophetæ Samuelis, quæ omnium sanctorum Patrum eloquentia & scriptis celebratur, tamquam præcipuus Ecclesiæ nostræ typus & figura, propter virtutum excellentissimas actiones quas ipsa persecuta est, præsertim propter mira exempla, ad Deum tum exorandum strenuè, tum laudibus colendum, nobis tradita; tum denique propter virum in omni genere probitatis & virtutis maximè insignem, quem sibi & mundo toti precibus obtentum peperit. Hæc mulier eructauit Canticum magnis laudibus copiosum, in signum animi grati ob tantam à Deo impetratam prolem. Hoc Cantico, quia mysteriis altis abundat, vtitur nostra Ecclesia in suis persoluendis altissimo Deo laudibus; eructauit, inquam, cùm priùs plena esset deuotionis, plena spiritus gratiæ. Obseruauit D. Gregorius huius mulieris plenitudinem ex conditionibus rerum, quas ante Cantici prolationem præmisit in honorem Dei. Primò dicitur, quòd ad Heli Sacerdotem se contulit in Silo, vt filij oblationem, quam spoponderat, exequeretur. Deinde secum detulit quasdam res ad Sacrificium, quas diuus Gregorius admiratur ob mysteriorum sublimitatem; in quibus præcipuè obseruat elucere

Anna mater Samuelis magnæ deuotionis mulier.

D. Gregor. in cap. 1. Regum.

magnam altamque animi deuotionem. Obtul
tres vitulos, & farinæ modios totidem, & am
phoram vini. Post hæc erupit in Canticum læ
tiæ plenum, dicens: *Exultauit cor meum in Do
mino, & exaltatum est cornu meum in Deo me
dilatatũ est os meum.* Sicut hæc verba satis ostẽ
dunt deuotionis plenitudinem; ita oblationis
conditio eamdem meliùs confirmat, ex senten
tia diui Gregorij. Vituli, ex vsu sacræ Scripturæ
Hymnos & laudes significant, iuxta Oseæ pro
nuntiatum: *Accipe bonum, & reddemus vitu
labiorum nostrorum.* qui vituli numero tres fe
re, quia gratias referre debemus summæ Trini
tati. Vitulis adiunguntur modij farinæ itidẽ
tres, ad significandam adfuisse mentis attentio
nem in hac laudum oblatione & prolatione.
Nam sine farina, ait Gregorius, *vitulum offert
qui Dei laudibus verba quidem edit, sed mentem
ga, ad ea quæ loquitur non intendit.* Tandem con
iunxit pia mulier etiam amphoram vini, quæ
tunc perfectiores sunt nostræ laudes attentè pro
latæ, si adsit vinum exultationis in voluntate de
uota. *Igitur vitulus, farina & vinum*, conclude
D. Gregorius, *laus est Dei, intellectus laudis, læ
titia deuotæ mentis.*

Anna Canticum deuotionis lætitia abundat.

1. Reg. 2.

Oseæ 14.

Si Canticorum nouæ legis attendere velimus
originem, reperiemus ea venisse à plenitudine
deuotionis & gratiæ. Nobilius Canticum profe
ro ad confirmationem, nimirum illud à sanctis
sima Deipara Virgine prolatum, quod in nostris
quotidianis Hymnodiis læti vsurpamus: *Magni
ficat anima mea Dominum, & exultauit spiritus
meus in Deo salutari meo,* cuius prima verba, me
dia & vltima deuotionem cordis internam ex se
declarant;

Lucæ 1. *Sanctissimæ Deiparæ Canticum miram eructat deuotionem.*

declarant ; quia ex corde non solùm spiritu & gratia pleno, sed diuinitate ipsa superpleno processit. Canticum quoque à Simeone, sanctissimo sene, prolatum originem cognoscit ex interni spiritus abundantia, ob singularem gratiam visi Saluatoris Dei. Tanta tunc superabundauit sanctus senex interna consolatione, vt, omni alia huius visibilis mundi spreta magnitudine, exardescens in Deum, se totum ei deuouerit dicens: *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundùm verbum tuum in pace.* Offero tandem Canticum aliud maximæ celebritatis in Ecclesia nostra, quod in festiuioribus tantummodò solemnitatibus, ob singularem quam præ se fert lætitiam, adhibemus, *Te Deum laudamus, te Dominũ confitemur*, à sanctis Ambrosio & Augustino compositum, & decantatum derepentè, diuino motis instinctu. Cùm Episcopus Ambrosius tradidisset sanctum Baptisma cathecumeno Augustino, præ exultatione dixit cantans, *Te Deum laudamus, te Dominum confitemur*; cui statim, eodem Spiritu diuino impellente, concinuit Augustinus baptizatus: *Te æternum Patrem omnis terra veneratur.* & alternis procedentes versibus, Hymnum illum festiuissimum composuerunt; quemadmodum testatur D. Ambrosius Sermone 92. si tamen ipse est illius sermonis Auctor, vbi ait: *Triumphare visus est Augustinus illa præsertim hora, in qua nouum hominem sacro Baptismate induimus, in quo vnà nobiscum, diuino quodam instinctu, Hymnum cantauimus de Christi fide.* A Deo itaque postulanda est hæc spiritus plenitudo, quæ impinguans voluntatem, illam reddat alacriorem ad diuinas laudes concinendas. Quando

D. Simeonis Canticum singulari lætitia spiritus copiosum.

Lucæ 2.

Canticum, Te Deum laudamus, quando, & à quibus compositum.

Deuotio est medulla Sacrificiorum.

do hæc deuotio adest, habent holocausta Hym
norum illam medullam, qua maximè delecta
Psal. 65. dicitur Deus, iuxta Dauidis sensum: *Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum.* Q
deuotione si careant Hymni, tunc arida profe
sunt holocausta nostra.

Animi deuotio à Spiritu sancto nascitur.

Inter signa certiora, saltem vehementia
cognoscendam Spiritus sancti præsentiam, q
verè inhabitet in corde & mente psallentis,
cerem esse hanc voluntatis deuotionem: q
Spiritus sancti munus proprium est, afflare hi
ritatem & gaudium mentibus à se repletis, q
bus nil triste nilque difficile videtur, sed o
nia, etiam ardua, redduntur suauia. Hinc Paul
Apostolus Hymnorum vsum suadens fidelib
præmittit Spiritus sancti dona esse postulandi
Ephes. 5. quærenda: *Implemini Spiritu sancto, cantan
& psallentes in cordibus vestris Domino.* Hoc di
no Spiritu præsente, etiam inter acerbiora tor
menta, Hymnodia hilariter & promptè exerc
Spiritus sancti præsentia confert lætitiam.

tur. Inuictissimus Martyr Laurentius, dum
mediis flammis vreretur & torreretur, Hymn
lætitiæ plenos decantans dicebat: *Gratias tibi a
go Domine, quia ianuas tuas ingredi merui.* Sa
ctus Iob in mediis tribulationibus lætus hilarisq
Iob 1. que deuotè dicebat: *Sit nomen Domini benedi
ctum.*

Deuotionis acquirendæ adiumenta.

Ad hanc voluntatis promptam alacritatem ac
quirendam, cùm sit donum Dei, præcipuum a
oratione fundamentũ constituendum est, quem
admodum nouimus factum à Dauide, vti dixi
mus superiùs. Deinde maximè conducit, si
ipsi proponere exempla, siue antiqua, siue re
centia & præsentia, aliorum qui sunt Hymnodiæ
studio-

ſtudioſiores & alacriores. Deuotio in aliis obſeruata, gignere ſolet deuotionem etiam in tepidis. Recolamus, quæſo, mente deuotionem priſcorum Chriſtianorum, qui adeò alacres & prompti Hymnos decantare ſolebant, vt aratores ipſi, vinitores, meſſores, paſtores, in agrorum cultura, in vinearum ſupputatione, in ſegetum collectione, in ouium paſcuis, mira animi alacritate & hilaritate inuicem ſe prouocarent ad diuinas concinendas laudes, ſe inuicem inuitantes illo Hebraico verbo *alleluia*, quod idem eſt ac *laudate Deum:* deinde ad Pſalmorum recitationem deuenientes, læti concinebant integros Hymnos. De qua pia conſuetudine teſtatur diuus Hieronymus, cuius verba ad noſtram æmulationem referre non pigebit: *Quocumque te verteris, arator ſtiuam tenens alleluia decantat, ſudans meſſor Pſalmis ſe auocat, & curua attondens vitem falce vinitor aliquid Dauidicum canit; hæc ſunt in prouincia carmina, hæ, vt vulgò dicitur, amatoriæ cantilenæ, hic paſtorum ſibilus, hæc arma culturæ.* Quis ex nobis hos affectus recogitans, poſſet animo triſti ad Hymnodiam accedere? Pudeat virum Religioſum aliquando eſſe inferiorem, ne dicam deteriorem, ipſis laicis, qui aliquando alacriores ſunt ad Dei laudes in mediis occupationibus, quàm nos in medio otio & commoditatibus. Qui ad Hymnodiam accedunt inuiti quaſi ad grauiſſimum onus, illamque explent ob ſolum timorem vel culpæ cui ſubderentur, vel pœnæ quam expectarent, eiuſque optent exitum quàm citiſſimum, magnam irrogant iniuriam proprio ſtatui; quia cùm ſint à Deo electi ad tam altum munus, quale eſt munus laudandi

Deuotio priſcorum Chriſtianorum.

D. Hieron. Epiſt. 17. ad Marcellam.

Deuotiores frequentãt chorum.

Deum, munus tamen oderunt & fugiunt. Q verè deuotus est, tanta animi promptitudine chorum progreditur, vt licet de hac re nulla extaret præceptum, nullaque absentibus e proposita pœna, nihilominùs accederet, vt De suum laudare dignus esset.

Prælatorũ exemplum vim magnã habet.

Ad suscitandam hanc alacritatem & deuoc nem erga Hymnodiæ frequentiam in subdi valdè conducet Superiorum exemplum; si mirum hi subditis suis præire nouerint alacri & deuotiores. Hinc D. Gregorius de Episc loquens dixit, *Quòd sicut alios superat honor dinis, ita omnibus deuotior esse debet.* Optimor Principum & Prælatorum forma erat illa, qu describit Hymnographus dicens: *Præuener Principes coniuncti psallentibus.* En isti sicut er dignitate maiores, ita pietate ceteris præibant, tempore præueniebant Hymnodiæ accessu Quãta polleat auctoritate hoc exemplum in sub ditis, vnusquisq; nostrûm reddere poterit aliqu testimonium ex his, quæ sibi contingere aliquan do cognouit. Ingenuè fatebor, quòd in me ex pertus non semel cognoui, conspiciens meorum Prælatorum hanc alacrem præuentionem. Esset de multis suppeterent dicenda, vnum tamen hoc loco referam solum, cuius memoria in benedi ctione semper erit, ob præclaras animi dotes, quas in eo elucere ad nostram communemq; vti dimus vtilitatem. Hic fuit Augustinus Torniel lus, vir Christianæ humilitatis amator singularis vti in primis declarauit, quando tiaram Episco palem, sibi à magno Principe oblatam, constan tissimè recusauit, omnibus item celebrioribus do ctrinis apprimè excultus, in sacra præsertim profana

D.Greg. in Pastor. p.2. cap. 1.

Psal. 67.

Deuotiores esse debent qui alios honoris gradu præcedunt.

Augustini Tornielli humilitas & deuotio.

profana temporum ratione diligentissimè indaganda, , vt verè dici queat illam assecutus, viam posterioribus Chronologis aperiens, inoffenso pede per omnia tempora excurrendi. Hic vir licet maximos exantlarit labores in Opere Annalium sacrorum conficiendo, eodem tempore regens, tamquam supremus Præpositus, nostram Congregationem, eidemq; post præfecturam, alijs distentus grauioribus occupationibus & officijs, deseruiens; numquam tamen vsq; ad extremam senectam à communi in choro Hymnodia abesse voluit, omnem, adueniente diuinorum Officiorum tempore, occupationem, siue studiorum siue regiminis, deponens, vt cum psallentibus conueniret, sæpè etiam præueniret. Tanta huius insignis viri alacritas vrgebat cogebatq; aliorum animos ad piam æmulationem. Deuotio vnius solet alterius deuotionem suscitare, præsertim quando illa in Prælatis à subdito conspicitur, & obseruatur. Hanc deuotionem non dedignentur ostendere optimi vigilantesq; Pastores Ecclesiarum, vt eamdem reuocent in subditis suis; & vtriq; valeant præmium & meritum deuotionis aliquando obtinere.

Deuotio vnius alijs excitat deuotionem.

CAPVT VI.

Vocis cordisq; feruor ex deuotione oritur.

QVIA ex bona arbore bonos produci fructus experentia comprobat, & Dominus noster in Euangelio tradit, mirum ideò non erit, si ex deuotione, de qua fuit sermo in præcedente Capite, tamquam ex bona arbore, ortum ducant fructus

ctus verè boni, imò optimi, & maximè oppor
ad Hymnodiæ rectum vsum; quorum alter
feruor cordis & vocis. Nec vllus vmquam
uotus repertus est, qui maximo animi voci
feruore Hymnos Deo suo non decantauerit.
iuxta gradum maioris minorísve deuotionis,
scit quoq; & decrescit feruor vtriusque, sicut
illius extinctionem, omnis etiam extingui dig
scitur feruor. Qui feruor præcipuum est Hy
nodiæ ornamentum, vt hæc expleatur absq;
stidio, imò magna cum psallentis voluptate
quod magis est, vt Hymnodia magis placi
Deo, ad cuius defertur honorem. Delectari
que Deum hoc feruore, varijs Scripturæ testi
nijs compertum est.

Deuotus psallit magno feruore.

In primis Dauid, vt hanc veritatem mundo
tam faceret, pronuntiauit Deum oculos suæ
nignitatis in huiusmodi feruidas orationes
fixos conuertere, & aures suæ pietatis ad eas
rire. Textus insignis extat Psalmo 101. illis
bis magnificis: *Respexit Dominus in orationem
milium, & non sprevit precem eorum. Scribantur
hæc in generatione altera, & populus qui creabitur
laudabit Dominum.* Quo loco, quemadmodum
aliàs diximus, agebat Hymnographus de Eccle
siasticis pensum Horarum Canonicarum perfol
uentibus Deo ex officio, quasi ad hoc munus so
lum explendum creatis & electis. Nunc expen
dere libet illam felicem conditionem, quam
his prædicat personis: *Respexit Dominus in ora
tionem humilium.* Vbi ex fonte Hebræo aduert
Genebrardus legi posse, *in orationem cicadarum*
quæ lectio maximè fauet nostro instituto. Sic
mira conspicitur consensio in nominibus He
braicis

Deus libẽter respicit psallentes deuotos ac feruidos.

Lib. 1. c. 111

braicis inter humilem & cicadam, vt eodem verbo exprimi queant; ita apud Deum humiles psalentes habentur tamquam cicadæ, quæ tantùm in maximo solis æstu canere solent. Super harum cicadarum feruido cantu delectari dicitur Deus, oculosq; & aures illi intentas tenere. Illud quod fortassis politicis videri posset strepitus ingratus & inutilis auri, Dei censetur suauissimum melos, quia ipse diligit feruorem cantantium. Quibus poterit non ineleganter tribui illud pronuntiatum, quod cicadæ in Emblemate à quodam fuit assignatum : *Non silent, dum ardent.* Verè quando feruore animus ardet, tunc Deo suo laudes canit, nec potest eas cohibere quasi cicada nõ sæculi, sed Dei. Hinc Dauid quando cordis sentiebat feruorem vehementiorem, tunc in vocem laudum prosilire cogebatur : *Lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea.* Et sicut cicada communis ad incrementum æstus intendit cãtum & vocem, ita mysticæ cicadæ, ad interni feruoris incrementum, vocem etiam exteriorem suauiter intendunt, atq; emittunt feruidiorem ; vt proponere Deo nõ dubitauerit Hymnographus hanc suæ vocis intensionem: *Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum.* quæ verba non semel profert, vt declaret interni affectus vehementiam magnam, quæ, tamquam ex signo opportuno, cognoscitur ex vigore vocis, quæ in cantu clamabat.

Cicadæ prolentes prietas psalentibus cõuenit feruidis.

Psal. 15.

Psal. 141. & 76.

Hanc Dei delectationem & complacentiam in nostris precibus, magno feruore cordis & vocis vehementia expressis, declaratam maximè videmus ab Euangelio in illo euentu, qui inter mulierem quamdam Chananæam & Christum Dominum

Chananæa mulieris oratio feruida.

Matth. 15.

num accidiſſe narratur. Illa afflicta priùs ſe
orauit, petens quod cupiebat; ſed quia reiecta
iterùm clamans inualuit oratione maiori. At q
nec exaudiebatur, multò magis ingeminauit c
mores, ita vt Apoſtoli, faſtidio pertæſi, pro ea
tercedere decernerent, allegantes clamorem i
portunum huius mulieris: *Clamat poſt nos.* Q
huius facti ſuperficiem attenderet, iudicaret p
fectò, importunam ac moleſtam huiuſcemod
rationem; at qui exitum conſiderabit, cogetur
teri, importunitatem illam fuiſſe Verbo di
maximè acceptam, quia & mulierem lauda
Matth. 15. *O mulier, magna eſt fides tua.* & gratiam poſtu
tam conceſſit: *Fiat tibi ſicut vis.* Aliud item
Luc. 12. ſigne factum deſcribitur à S. Luca de quod
cæco clamante altiſſima voce: *Ieſu fili Dauid m*
ſerere mei. tanta autem & importunitate & ex
tatione voces extollebat, vt turbis tranſeuntib
moleſtus increparetur ab illis, impoſito ei ſile
tio: *Increpabant eum, vt taceret.* Et cæcus, i
cicada, nihili faciens increpationes, magis ex
tabat clamores, replicans: *Ieſu fili Dauid m*
rere mei. Quæ vocis exaltatio tantæ fuit virtutis
apud incarnatum Deum, vt eum potuerit in me-
dia via detinere ac ſiſtere, & ab eo poſtulatam
oculorum ſanitatem obtinere.

Deus delectatur vocis feruore.

Cæci cuiuſdam oratio valida & clamoroſa Deo grata.

Numquid delectatur Deus noſtris eiulatibus
& conatibus? Non delectatur Deus eiulatibus,
ſed delectatur animi affectu & cordis feruore,
vnde ortum habet eiulatus & conatus. Clamant
magno conatu, qui neceſſitatem cognoſcunt, &
quotquot ſunt graui aliqua miſeria afflicti, qu
item intimo feruent ardore: nam affectus anim
internus cogit ad huiuſmodi clamores externos.

Clamor vocis ortum habet ex cordis affectu.

Deus,

Deus, qui delectatur magno animi feruore, delectatur etiam vocibus ab ipso feruore alto conatu emissis. Hinc sancti viri considerantes dilationes Dei in exaudiendis orationibus seruorũ suorum, cùm tamen posset statim absque vlla mora concedere petita beneficia, pronuntiare non dubitant, Deum sæpè differre sua dona, vt orationes & clamores multiplicemus. Quod videtur aliquando ipse Deus declarare voluisse animæ Canticorum electæ dicens: *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis.* Dulcem sibi appellat illam vocem, quæ tanta est, vt resonet in auribus illius. Dauid conscius diuinæ huius conditionis, sicut ad orationem accedere studebat magna animi deuotione, ita voce alta preces suas Deo offerebat, imò, vt citiùs obtineret postulata, clamoris exaltationem pro causa exponebat: *Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine.* quasi dixerit: Idcircò me exaudire statim debes, nec trahere ampliùs moras, quia iam omni conatu clamaui. Hinc aliquando postulaturus nonnullas gratias, quas maximo cupiebat ardore, vt citiùs exaudiretur, afferre voluit eumdem hunc cantum, magna altaque voce à se expletum, pro vnica causa, cur deberet audiri, & statim exaudiri: *Domine clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ, cùm clamauero ad te.* Si nihilominùs à Deo ob occultos suos fines differebantur postulata, Dauid tamen minimè remittebat inceptum clamorem, sed potiùs cantum producebat ad plures horas, & clamorem ingeminabat, orans quasi integros dies & noctes sine vlla requie, vt in alio Psalmo notum fecit: *Domine Deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio*

Deus cur differat postulata.

Cant. 2.

Psal. 118.

Psal. 140.

Psal. 87.

tio mea, inclina aurem tuam ad precem meam: q repleta est malis anima mea. Et paulò pòst in minans adhuc clamores dixit: *Clamam ad te mine tota die, expandi ad te manus meas.* Non mittebat sanctus Rex propter dilationes ca & clamoris energiam, quia clamor erat effe feruoris in corde existentis.

Orationis valor ex cordis qualitate procedit.

Vocis itaque feruor ex cordis feruore co ptus, Deo nostro maximè placitus est, nō qui inconcinnus & inconditus, qualis solet ex v lætitiæ gestienti corde prodire, sed decēs ac co positus, qualis ex animo feruenti solet ve Omnium precum valor ex qualitate cordis a ditur. Si cor feruet, omnis oratio gratissima Deo; etiam si sola expleatur mente in silentio vlla voce. Quod vt declararet Dominus no voluit aliquando celebri euentu significare. pendebat D. Hilarius ad ea verba Psalmi, *despexeris deprecationem meam*, illud insig ctum, descriptum à D. Luca, de quadam morrhoissa, quæ plena fide, humilis, silen verecunda accessit ad Dominum nostrum, eius vestis fimbria sanitatem expetitam requ uit, nihil prorsus dicens, nullum amicum ue uens, imò tam secretè accedens, vt neque tur bis comitantibus, neque ab Apostolis circu stantibus fuerit obseruata. Volens autem Do nus noster factum tam egregium omnibus no esse, exquisiuit ab Apostolis quasi querulus: *me tetigit?* Apostoli factum ignorantes, resp dent admirabundi: *Turbæ te comprimunt, & fligunt, & dicis, Quis me tetigit?* prosecutus Dominus querelam suam: *Tetigit me aliquis; ego noui virtutem de me exiisse.* donec mulier

Psal. 54.

Luc. 8.

Mentalis orationis feruor Deū mouet.

Hæmorrhoissæ orationis valor.

manifestaret sanitatem quasi furtiuè, sed volente, imò gaudente Deo, obtentam. cui respondit Dominus: *Filia, fides tua saluam te fecit.* Ad quid Dominus voluit manifestari hanc sanitatē? vt notum esset omnibus, orationem plenam fidei & feruoris, quocumque tandem modo ea fiat, siue mente sola, siue etiam voce, semper à Deo exaudiri. Adsit feruor in oratione, quia si oratio erit mentalis, obtinebit; si item erit vocalis, placebit, quia à feruore omne orationis pendet bonum apud Deum.

Ad tam vtilem feruorem concipiendum, qui non solùm bonæ orationis, sed omnis præclari operis spiritualis est animus & vita, sicuti plurimùm valent humiles orationes, quia non nisi ab vno trinoq; Deo expectandus est, vt dicebamus; ita orationes feruidiores tunc redduntur, quando illis mortificationis adiungitur studium, quia huiusmodi studio animus orantis ritè præparatur ad similes à Deo obtinendas gratias singulares. Quæ omnia exactè docentur ac traduntur à nostro venerabili Zacaria, in suis aureis Aphorismis spiritualibus dicente: *Verus sanctusque feruor ignis est Patris, splendor Filij, ardor Spiritus sancti. Absq; feruoris magnitudine nullus apud Deum magnus esse potest, idcircò donum Dei est. Bonus feruor stimulus est perfectionis, bonæ augmentum voluntatis, firmitas votorum, perseuerantiæ stabilitas. Veros feruidos valdè timet diabolus, quia cogitur inuitus istis nouas semper afferre coronas. Qui de Deo conqueritur, quia sibi non concedat hunc feruorem, blasphemiam addit suæ peruersæ dispositioni. Auferas à te quæ sunt contraria feruori, mentis nimirum euagationes sensuumque delectationes, tunc*

Ant. Maria Zac. in Aph v. Feruor. n. 1. 2. 4. 8. 14. 15.

Deus in te excitabit optatum feruorem. Hæc doc
menta præcipua tradebat feruidus Dei ſerui
veri feruoris vim & dignitatem cognoſcens,
aliis eamdem ſuaderet, quam in ſeipſo exper
batur.

Hic feruor in Hymnodia non aliundè pot
dignoſci, niſi ex vocis alacritate & cantus ene
gia, iuxta vires pſallentium. Verus cordis f
uor nullum ſentit laborem, nec refugit fatigati
nem, quæ cantum comitatur Hymnorum. Q
immunitatem quærunt cantus ob faucium lab
rem, aut capitis aut ſtomachi afflictionem,
profectò laborare videntur eo morbi genere,
à rerum ſpiritualium Scriptoribus Amor ſui no
cupatur. Nimis amant ſeipſos, qui nullum v
lent ſentire laborem in cantu Hymnorum. con
hos vrget illa Domini noſtri comminatio: q
amat animam ſuam, perdet eam. vbi pro ani
non intelligitur ſpiritus quo viuimus, ſed ipſa v
quam habemus. Nam verè iſti, qui nimio di
gunt affectu vitam & ſanitatem, tantùm abeſt,
vitam longiorem ſanioremque ſint obtenturi,
potiùs, iuſto Dei iudicio, futuri ſint aliis infi
miores, ac ſemper imbecilles; nec ad vllum egr
gium facinus apti cenſebuntur, cùm in omn
nere ſtatus, tam ſpirituali quàm politico, neces
rius ſit quidam ſui ipſius diſcretus contemptus,
qui odium appellatur à Chriſto Domino dicen
te: *Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in æter
eam.* Hymnographus noſter idcircò tam egr
gius Pſaltes fuit, & Domino Deo maximè pl
cuit, quia labori non parcebat; nec ſui ipſius
adeò erat anxius, vt ſibi timeret ex labore cantus
Imò tanto feruore proſequebatur Hymnod
vſum

Amor propriæ ſalutis impedit pſallentium fructum.

Ioan. 12.

Sanitatem propriam diligentes ſunt ceteris infirmiores.

Contẽptus ſui ipſius eſt neceſſarius virtutis ſtudioſis.
Ioan. 12.
Matth. 16.

vsum, vt omni vocis conatu frequenter decantaret, tamque prolixum cantum tueretur, donec pænè deficerent vires, fauces saltem rauceſcerent; ſicuti aliquando declarauit dicens: *Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ.* Vbi attendo poſitum eſſe laborem, clamorem, raucedinem; ne putaremus leniter tantùm decantaſſe. O nos delicatos! dum timemus nobis, cùm tantus Rex non timeret ſibi, ſed ad raucedinem vſq; decantare ſolitus eſſet. Feruor in hoc viro reperiebatur in ſummo gradu perfectus. Et ne quis poſſet aliquando ad ſui excuſationem reſpondere, Dauidem ſemel tantùm tanta vocis energia vſum fuiſſe in ſuis cantibus, quia nondum expertus fuerat huiuſce laboris afflictionem, ipſemet Dauid frequentiſſimè repetit ſuos clamores, vt vidimus paulò ſuperiùs; & tandem voluit non ſolùm eamdem, quam expertus non ſemel fuerat, ſed maiorem, imò etiam nimiam cantus vehementiam ſpondere in fine vnius prolixi Pſalmi iam magna cum energia decantati: *Confitebor Domino nimis in ore meo.* vbi Gloſſa Cardinalis Bellarmini expendens vim aduerbij *nimis*, explicat de magnitudine vocis ac clamoris. Pſal. 68. Pſal. 108.

Addere non omittam, quòd ſi adeſt labor in cantu diuinarum laudum, maius etiam inde nobis meritum acquiretur, maiorque gloriæ corona dabitur propter hunc laborem in futura vita. Hoc audientes animi ſtrenui magis excitari deberent ad laborem, quàm ſi eadem gloriæ corona abſque laboribus promitteretur. Hæc ſemper fuit Heroum conditio, vt ſibi putarent glorioſiorem omnem rem, quam proprio labore & ſudore acquirere deberent, quàm aliam eiuſdem qualitatis

Laboribus acquiſita cariora ſunt quàm dono accepta.

tatis & perfectionis vel dono, vel hereditate, v
alio facili titulo obtentam. Ad quod instituta
maximè confert quod de Alexandro Macedo
proditum est. Nimirum quòd cùm adhuc pu
in paterna existeret domo, patrisq; Philippi
gregia facinora audiret, narrante nuntio, qu
genitor hostem profligasset, vrbem hanc vel
lam occupasset, nullum vmquam lætitiæ signu
edidisse fertur. Interrogatus aliquando, cur
lætaretur hisce felicibus nuntijs, respondit: Qu
si genitor omnes prouincias expugnasset, nulli
sibi reliquum futurum ad gloriam adipiscend
locum. Omnes hoc audito responso mirabant
egregium pueri animum, qui potiùs labore
sudore Orbis Monarchiam, quàm eamdem
hereditate ad se deuolutam voluisset. Magna
de illo puero præsagiebant Sapientes parenti
patriæ, orbi beneficia & facinora; cùm tam
omnis mundi magnitudo & gloria nihil tand
sit, nisi vanitas inanis ac pertransiens. Nos a
tem modico labore perterritos pigebit Hymn
diam adire, ex qua non Regni terreni, non bre
Imperij, non leuis coronæ acquisitio sper
sed gloriæ æternæ status certò dependet, vbi a
tus continuus sine fastidio, vbi corona sin
culo, vbi Regnum sine limite, vbi Imperium
fine conceditur ritè psallentibus.

Alexander Magnus coronas labore proprio partas æstimabat.

Angeli feruentibus psallētibus adstant.

Tueamur itaque alacrem cantum, feruorem
tum cordis tum vocis, viribusque omnibus di
gere studeamus Hymnodiæ rectam frequentiam,
certi quòd, præter nostrum meritum, Angelos
sanctos quoque lætitia singulari cumulabimus,
dæmonesque contristabimus. Huius rei luculen
tissimum testimoniū pro coronide huius Capi
tis

tis profero D. Bernardum, qui tum Dauidis auctoritati, tum experientiæ propriæ innixus docebat Monachos suos, quòd dum Hymnodiæ feruor perdurat, psallentibus lætantes adsint Angeli sancti; sicut tepescente feruore paullatim Angeli discedant ad Deum reuersuri, dæmones accedant tentaturi. Illi discedunt, quia cordis abominantur tepiditatem; isti accedunt, quia sperant omnimodam mentis obtinere euagationem. *Vereor*, ait D. Bernardus, *ne vestram desidiam quandoque abominantes, cum indignatione recedant Angeli sancti.* Vsurpabat sanctus Doctor ad hoc comprobandum illos Dauidis textus, qui de hac re videntur ad literam locuti. Nam semel ad Deum conuersus pronuntiauit ingemiscens, siue in propria persona siue in persona aliorum, quos spiritu Prophetico præuidebat: *Longè fecisti notos meos à me; posuerunt me abominationem sibi.* Iterùm subdens: *Elongasti à me amicum, & proximum, & notos meos.* Alio item Psalmo describit lugens non solùm Angelorum sanctorum discessum, sed etiam accessum dæmonum: *Qui iuxta me erant, de longè steterunt; & vim faciebant qui quærebant animam meam.* Ex his textibus occasionem sumit D. Bernardus incitandi suos Monachos ad feruorem dicens: *Pro certo enim si se à nobis boni spiritus elongauerint, impetus malignorum quis sustinebit? Dico ergo his qui huiusmodi sunt: Maledictus qui opus Dei facit negligenter. Dicit quoque non ego, sed Dominus: Vtinam te calidum aut frigidum inuenissem; sed quia tepidum inueni, incipiam te euomere ex ore meo. Ea propter attendite Principes vestros, cùm statis ad orandum vel psallendum; & statè cum reuerētia & disciplina, &*

Dæmones tepiditatis amatores.

Angeli tepiditatem oderunt.

D. Bern. Serm. 7. in Cant.

Psal. 87.

Psal. 37.

Angelorum præsentia vrget psallentes ad deuotionem & feruorē.

& gloriamini, quia Angeli vestri quotidie vide
faciem Patris, nimirum missi in ministerium p
pter nos qui hereditatem capimus salutis, dem
nem nostram in superna ferunt, referunt gratia
Huic opportunæ conclusioni nihil in præs
prorsus addendum à nobis est, cùm maximè
geat hæc doctrina ad feruorem persuadendu
& quia de eadem materia incidet sermo, cùm
acedia in tertio Libro agemus, ad aliam deuc
nis comitem describendam accedamus.

CAPVT VII.

Iubilatio cantus alter est deuotionis effectus.

SICVT ad ritè psallendum præcepta oppor
niora nullus tradere potest, nisi ipse Psalm
rum Auctor, qui rectè nouit qua forma, dispo
tione, attentione & conditione egeant, vt ea q
par est dignitate pertractentur, ita ipse frequ
est in persuadenda quadam conditione præ
pua, quæ digna est consideratione, ob myst
quæ continet. Exigit iubilationem cordis, ori
& vultus: *Iubilate Deo in voce exultat*
Psalmis iubilemus ei. Iubilate Deo omnis terra. &
sexcentis aliis locis, quos sicut enumerare lo
gum, ita innuere est satis, quia omnibus studio
lis Hymnorum sunt noti.

Iubilatio comes Psalmodiæ.
Psal. 46.
Psal. 94.
Psal. 99.

Hic iubilus non sine magna aliqua causa à n
bis exposci est dicendus, &, meo quidem iud
cio, alter est deuotionis effectus, alterâve pro
In hoc iubilo videtur Dauid constituere magn
Hymnodiæ perfectionem, imò & psallentium
beatit

Iubilus est deuotionis effectus.

beatitudinem; nam de psallentibus cum hac socia iubilatione pronuntiauit Psaltes dicendos esse Beatos: *Beatus populus qui scit iubilationem.* Psal. 88. Nam licet nota sit Deo vniuscuiusque psallentis conditio & status, quia scrutatur renes & corda; tamen iubilatio declarat aptiùs, quis non ex tristitia, nec ex necessitate, aut animo seruili seu coacto Deum suum laudat & colit, sed prompto hilarique corde, & ideò sit tamquam hilaris dator plurimùm à Deo diligendus, iuxta celebre pronuntiatum diui Pauli: *Non ex tristitia, aut ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus.* 1. Cor. 9. Hac eadem iubilatione maximè torquetur diabolus, qui vires amittit, vbi nouit adesse hanc iubilationem.

Nisi psallentes hac sancta exornentur iubilatione, carent præcipua parte perfecti laudatoris; hæc enim semper fuit conditio insignior chori verè Deo cari. Hanc iubilationem quasi vestem nuptialem indutus animus religiosus, ingreditur conuiuium Hymnodiæ, vt paratis deliciis perfruatur. Qui hac veste caret, non meretur recipi, nec admitti à cælesti Rege ad bona sui conuiuij. Dauid eam exigebat à psallentibus in ipso ingressu, monens vnumquemque vt eam sibi præpararet: *Introite in conspectu eius in exultatione.* Psal. 99. Imò si nomen ipsum loci, quò conuenimus ad Hymnodiam, rectè attendamus, iubilationem cognoscemus exigere. Chorus dicitur hic locus; quæ vox siue ducatur à chorea, quia non multùm discrepant in effectibus hæc nomina, iubilationem innuit; (nam sicut choreæ plenæ sunt iubilo chorizãtium, in quibus modò is modò ille saltat ordine suo, sedentibus aliis & adspicientibus;

Iubilatio est vestis nuptialis.

Chorus vnde sumat notionem.

ita iubilare debent psallentes, dum pulcherrim ordine modò hæc pars canit, modò alia, obser tis alternis vicibus;) siue deriuetur à significa tione Musicorum qui in choris harmoniam exc cent, iubilationem sibi propriam vendicat, cùm ratio musices ad exhilarandum animum sit d recta.

Triumphantium iubilus.

Quia autem non qualiscumque exultatio de beret adesse in psallente, sed ingens & singul ris, ideò obseruant Doctores vsurpari à Dau nomen iubilationis, quæ propriè, ex vi nomin significat ingentem lætitiam exultantis cordis o aliquod ingens bonum obtentum; & ex propri tate vocabuli significat lætitiam victorialem triumphalem, quam nempe sentiunt, & osten dunt Duces & milites tempore triumphi, pro pter victoriam de hoste insigni reuectam. N velimus dicere, significari eum lætitiæ affectu

Iubilus proprius pastorum.

quem solent pastores præ se ferre, dum cant nunt simplices & agrestes cantinelas: videm enim licet illos iubilatione exundantes per cam pos, per prata, per siluas, per montes, sine extendere iubilationem. Tales deceret esse psal lentes, si veri & perfecti laudatores esse com piscunt.

Beatæ Virginis Deiparæ exultatio.

Lucæ 1.

Quotquot fuere Deo pleni, & spiritu abundar runt cælesti, ad Hymnodiam exultantes & hila res soliti sunt accedere; nam spiritus Dei, qu hac iubilatione maximè delectatur, eam com municat & largitur, tamquam proprium fru ctum. Hinc est, quòd sanctissima Deipara, quan do Dei gratia & Deo ipso, omnis gratiæ fonte fuit plena, eructauit verbum illud & Canticum bonum, imò optimum: *Magnificat anima mea Dominum,*

Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Cuius prima verba significant hanc suam exultationem; vbi fortassis posset dici, quòd illa particula coniunctiua *&* stat pro causali *quia*, more sacrarum Scripturarum. quasi dixerit: Idcircò anima mea magnificat Dominum, quia exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

Posterioribus etiam sæculis Religiosus ille verè pius vereque deuotus, ex sanctissima diui Benedicti familia, nomine Hermannus, dictus ex membrorum stupore Contractus, generis claritate nobilis, doctrinæ & sanctitatis ornamento nobilior, qui circa annum floruit millesimum, sicuti beatissimæ Virgini Deiparæ erat singularissimè addictus; ita aliquando erga eam maiori æstuans piæ deuotionis affectu, actus diuino spiritu erupit in suauissimum illud religiosissimumque Canticum, cuius initium est, *Salue Regina, mater misericordiæ*, à sancta matre Ecclesia approbatum, & vsurpatum: quod mira iubilatione exundans, ipsos cantantes, imò & audientes, iubilanti cumulat hilaritate variisque consolationibus eximiis, quemadmodum alibi sumus mox dicturi. In huius exultantis Cantici laudem plura tum pia cùm vtilia perorauit diuus Bernardus, præclarissimus beatæ Virginis Deiparæ deuotus, habitis de eo ad Monachos suos aliquot concionibus. Inter cetera eius præconia quæ spiritum commendant auctoris, & formam nobis illud dignè vsurpandi tradunt, vt eiusdem iubilum fructuosum sentire valeamus, hæc proloquitur: *Dulce Canticum, nobilissimum melos, à summis labiis Canticum istud effusum venit, à Sanctis compositum,*

Trithem. l. de Script. Eccles. *Canticum* Salue Regina *quando, & à quo compositum.*

D. Bernar. Serm. 1. de Salue Regina.

Cantici Salue Regina suauitas & vtilitas à quibus sentiatur.

positum, à Sanctis institutum, dignè frequentab-
tur etiam à Sanctis. Et verè nisi à Religiosis, &
fectione sancta feruentibus, nec subtiliter intelli-
nec efficaciter poterit decantari. Est enim tam su-
ad gratiam, tam fecundum ad sensum, tam profu-
dum ad mysteria. Tale est, quòd à nobis confa-
rari & discuti, prout dignum est, non valeat. Et
eo autem quòd suauiter sonat mulcet affectum,
de sensuum vbertate mentem impinguat, & in Sa-
ctam Sanctorum, Aduocatã scilicet nostram, d-
eam quasi præsentem salutat, omnia interiora n-
stra medullitus inflammat. Oportet enim vt n-
præsentem esse dicamus, quam præsentem salu-
mus, & totam animæ nostræ trinitatem in eam d-
rigamus, quam tam deuotis precibus exora-
Agnoscit certè, & diligit diligentes se, & p-
est in veritate inuocantibus se. Imò dum aliqua-
do Canticum istud in sancti viri gratiam decan-
taretur, ipse, interna actus iubilatione, addi-
pro conclusione pauca illa suauissima verba,
clemens, ô pia, ô dulcis virgo Maria, ab vniu-
sali deinde Ecclesia recepta, & deinceps vsu-
pata. Huius additionis euentus fuit huiusmo-
Spiram, quæ Germaniæ Imperialis est ci-
peruenerat diuus Bernardus tamquam Apo-
cæ Sedis Legatus, à Clero & populo excepta
genti lætitia, & ad primariam Ædem Deip-
sacram deductus. Quia autem ab omnibus cog-
nitus erat singularis cultor beatæ Virginis Deip-
ræ, & Cantico *Salue Regina* apprimè addictus,
ipso Templi ingressu exceptus fuit Bernardus a-
hilari Clero cũ huius sacri Cantici suauissima mo-
dulatione. Substitit sanctus Legatus ad audiend-
Canticum; quo expleto, in genua procumbens,
tribu-

Io. Naucl. Volum. 1. Chronol. Gen. 89.

tribus in locis alta exclamauit voce prædicta verba; in primo quidem, *O clemens*, in altero, *O pia*, in tertio, *O dulcis virgo Maria*. In cuius rei memoriam, hæc ipsa verba tribus æneis incisa laminis, iisdem locis humi positis quibus sanctus vir cecinit, etiamnum Spiræ videri, asserunt Scriptores. En igitur quanta iubilatione sancti viri Cantica recitent ac meditentur, quando vera sunt deuotione intus affecti siue erga Deum, siue erga Deiparam Virginem.

Cordis exultatione ingrediendum est ad Psalmodiam.

Ipse Psalmographus, quando voluit prouocare alios ad psallendum, studuit in eis suscitare exultationem cordis, illam suadens grauibus verbis: *Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. Præoccupemus faciem eius in confessione, & in Psalmis iubilemus ei.* quibus verbis vtimur, quando ad psallendum ingredimur, & Officium diuinum aggredimur in ipso exordio Precum nocturnarum. Vtinam quemadmodum verbis pronuntiamus, ita re & opere exequamur Dauidicam hortationem; certi essemus placitas tunc futuras & caras Deo nostras Hymnodias. Notauit in his verbis D. Augustinus, quòd non inuitamur simpliciter ad exultandum & iubilandum, cùm inueniatur exultatio & iubilatio carnis, sensus & sæculi, quæ spiritum destruunt, non autem adiuuant, sed dixit exultandum Domino, & iubilandum Deo. *Inuitat*, ait Augustinus, *ad magnas epulas exultandi non sæculo, sed Domino. Nisi enim esset in hoc sæculo exultatio mala, quæ distinguenda est ab exultatione bona, sufficeret dicere: Venite exultemus. Ergo exultatio mala est, exultare sæculo; exultatio bona est, exultare Deo. Piè debes Domino exultare, si vis securus*

Psal. 94.

Exultatio sæculi non est bona.

mundo

mundo insultare. Ex hac exultatione erga Deum oritur iubilatio erga ipsum Deum.

Cordis iubilatio vnde habenda.

Hic iubilus sicut à paucis forsan obtinetur, donum Dei est, & ortum suum ducit ex studio Deo placendi, & ex corde verè Deum diligendi, quemadmodum magis apertè declarauit Dauid Psalmo 39. *Exultent & lætentur super te omnes quærentes te; & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.* Quod pronuntiatum, quia altam continet doctrinam, repetitur iisdem verbis in alio Psalmo, vt magis cognoscatur vera causa & origo exultationis & iubilationis; quæ nimirum est tum inquisitum dilectio Dei: omnes enim quærentes & diligentes Deum exultant, & lætantur magnificantes eum. Hanc habentes exultationem nunquam Hymnodiam aut fastidiunt, aut omittunt, sed hilares & volentes eam explere student ac lætagunt. Huius effectum conspicere nobis licet in Religioso ex nostris, non sine magna omnium consolatione; cuius grata recordatio nos etiam delectabit. Is fuit Petrus Maria Sessa, Sacerdos non infimæ doctrinæ, qui humilitatis Christianæ amore supplex obtinuit à nostris Superioribus Ianitoris officium, quod non nisi Conuersis solet adscribi, idque expleuit per annos vigintiquinque, & vltra, magno ædificationis exemplo apud omnes qui eum nouerant in vrbe Mediolani. Omnes sæculares aduentantes ad nostrum Collegium hilari semper placidoque excipiebat vultu, eis iniungens, vt, dum se conferret ad Sacerdotes vocatos perquirendos vel aliquam ex piis imaginibus prope ianuam appensis conspicerent; vel librum, quem offerebat,

Psal. 69.

Petri Mariæ Sessæ pietas, & iubilatio.

bat, rerum ſpiritualium legerent. Quòd ſi fortè, ob aliquam occupationem, vocatus Sacerdos eſſet aliquantulùm expectandus, hic humilis ianitor ſæculari illi ſe iungebat, vel colloquia ſpiritualia trahens, vel in vicinam noſtram Eccleſiam cum eo ingrediens, docebat aut orandi, aut peccata ritè confitendi modum, aut capita doctrinæ Chriſtianæ præcipua, iuxta captum aduentantium ſe accommodans. Quando itaque ſtatæ horæ pſallendi in choro adueniebant, ad primum campanæ ictum, quaſi ad Angelicam ſiue cæleſtem vocem aſſurgens, hilaris properabat quærens ſocium à Superiore ſubrogatum, cui ianuæ clauem renuntiaret, vt ad alterum campanæ ſignum expeditus, nulla interpoſita mora, poſſet ad chorum accedere. Mira conſpiciebatur in hoc Religioſo iubilatio in ingreſſu chori; iubilans canebat in progreſſu, iubilans quoque viſebatur in egreſſu. Numquam vidimus triſtem, numquam remiſſum, ſed exultantem, quaſi dixerim exſilientem, dum caneret. Et ſicut Deus ab hoc ſeruo ſuo dum viueret tanta cum hilaritate & iubilo fuit laudatus, ita eidem ipſe voluit rependere honorem, illud Dauidicum explens, *Nimis honorificati ſunt amici tui, Deus.* Pſal. 138. nam tempore mortis Pſalmorum verſiculos frequentans hilaris viſus eſt expirare. Audita eius morte per vrbem, conuenerunt ad Eccleſiam noſtram diui Alexandri, vbi eius cadauer de more expoſitum iacebat, quotquot omnis ſexus, omnis ordinis eum antè nouerant, præſertim qui tunc erat Mediolanenſis Status ſupremus Cancellarius, lacrymis eius mortem deplorantes dicebant: *Sanctus mortuus eſt.* (hoc nomine eum

dum

dum viueret appellabant.) Vnuſquiſque certatim manu & calculis precatoriis tangere eius cadauer ſtudebat, fruſtula veſtium, capillos, barbam ex pia deuotione præcidebat. Huius viri iubilatio ſicut nos oblectat ſola recordatione, ita etiam confundit, & pungit, & ad ſanctam inuitat æmulationem. Iubilus iſte non deberet quidem ſigna externis à pſallentibus prodi, propter pericula quæ huiuſmodi exteriores actus ſecum affere conſueuerunt. Verumtamen ſicut iubilus potest diuina fauente gratia ad tantam excreſcere vim vt nequeat anguſti cordis contineri aut compo mi cancellis, ita foras erumpere tunc permitti poteſt ſine vllo periculo, imò haud ſine fructu rum cantantium conſolatione & ædificatione. D venerabili fratre Ioanne à Cruce, ſtrenuo ſanctæ Fr. Ioſeph. à Ieſu Maria lib. 1. Hiſt. c. 39. & ſeq. Tereſiæ commilitone, in Opere reparatæ Carmeliticæ priſtinæ perfectionis narratur, qui valdè excelluerit hac gratia iubili circa diuina myſteria, quæ per annum ab Eccleſia in ſacrorum Officiorum ſolemnitate recoluntur, præſertim circa myſteria infantiæ Domini noſtri Saluatoris, circa beatiſſimam Virginem, eiuſdem incarnati Dei Genitricem, & circa auguſtiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum. Aliquando, huiuſmodi feſtis iubili actus vi, non poterat vir egregius variis lætitiæ exterioris geſtibus reprimere, quibus fratres ſuos exhilarabat, & excitabat, & pulchrè lens cum ipſis in choro ad deuotionem prouocabat.

Si nobiſcum minùs valeant huiuſmodi exempla eorum qui noſtri generis, ſtatus & ætatis fuerunt, valeant ſaltem exempla auium ratione carentium, & pudeat aliquando Religioſos non exem-

exequi maiori alacriorique spiritu, quod facere nouerunt aues discursu rationeque carentes. Has videmus tum volatu tum cantu implere aërem exultatione, quasi Deum factorem laudantes. Hoc exemplum ad nostram æmulationem vrgebat diuus Ambrosius. Quis hominis sensum gerens non erubescat sine Psalmorum celebritate diem claudere & adoriri, cùm etiam aues solemni iubilatione & dulci carmine ortus dierum ac noctium prosequi non cessent? Vtili hac exultatione carent profectò illi psallentes, qui vocem vel à ductore chori, vel à cantoribus Hymnodiam incipientibus prolatam minimè prosequentes, sed aliam submissiorem sumentes, canunt ita languidè, vt legere potiùs quàm canere videantur. Idque euenire frequentiùs potest apud eos qui voce tantummodò vnisona psallunt, inter quos vel aliqui, vel omnes, sequi nescientes aut nolentes præcinentium vocem, ducere potiùs quàm duci volunt. Quod nec loci, in quo psallitur, conuenit dignitati, nec sine magna audientium, imò & sociorum offensione, & non sine graui diuini cultus, qui hilaris esse deberet, iniuria potest accidere. Qui hac canendi vtuntur ratione, manifestè declarant proprij cordis mœstitiam atque tepiditatem, qua ad chorum accedunt, & inuiti Angelico adstant muneri. Ad hanc cordis iubilationem acquirendam non mediocriter iuuare poterit compositio animi in primo ingressu. Qualis vnusquisque se componit in ingressu Hymnodiæ, talis vt plurimùm prosequi solitus est vsque ad finem. Qui tepidus vel remissus aggreditur Hymnodiam, tepidè remisseque ad finem vsque progreditur, imò

Auium volatus hilaris & cantus alacris æmulandus. D. Ambr. lib. 5. Hexaëm.

Initij qualitas progressum declarat.

imò ſemper potiùs vergit in deterius, iuxta n
ſtræ naturæ corruptæ conditionem. Hinc illu
Dauidicum conſilium ad omnes pias perſon
Pſal. 99. Deũ exorare & laudibus celebrare cupientes: *I troite in conſpectu eius in exultatione.* Cognoſce
ſanctus Rex vim initij operum humanorum, i
lud ſuadet tamquam fundamentum præcipu
Ingreſſus ad diuinas laudes qualis eſſe debet. omnis perfectionis in Hymnodia. Qui ſtudebi
illi munditiei cordis, de qua in ſequenti Cap
agemus, faciliùs hanc iubilationem in ipſo i
greſſu obtinebunt, & in progreſſu tum ſuſti
bunt, tum etiam augebunt. Iubilatio comes
detur puritatis & munditiei. Quò pertinet illu
Eccle. 4. Eccleſiaſtæ pronuntiatum verè aureum: *Cu
di pedem tuum ingrediens domum Dei.* Quem
Salonius Tom. 1. Biblioth. cum Salonius ad animæ cuſtodiã applicat, qua
do ad Deum laudandum quis accedit vt mund
preces effundat; & eſt ſenſus: Cuſtodi greſſ
mentis tuæ, ne offendas in malis cogitationib
vt oratio tua pura dirigatur ad Deum. Expend
re poſſumus etiam verbum illud *ingrediens*, qu
ſignificatur, maximi eſſe ponderis, in huiuſmo
cum Deo conuerſationibus, qualitatem prim
greſſus, ex quo pendeat qualitas progreſſus

CAPVT VIII.

Qua cordis puritate ad Hymnodiam accedendum.

ELEGANTEM habuit Homiliam diuus Chr
ſoſtomus circa munus altiſſimum laudi
diuinarum, dum præ manibus haberet illam D
nidis vniuerſalem omnium populorum imm
rionem

tionem ad hoc explendum munus: *Laudate Dominum omnes Gentes, laudate eum omnes populi.* Psal. 116.

quam Homiliam refert Sixtus Senensis in sua Bibliotheca. In ea sanctus Doctor validissimis comprobat argumentis, præcipuam laudationum vim in animi puritate sitam esse. Vrget in primis exemplum similium laudum à Deo mortalibus commonstratum, quando auditi sunt ab Isaia Propheta Angeli sublimiores Deum Hymnis celebrantes; tunc enim cognoscens Prophetа, quantum humana conditio distet ab Angelica puritate, dixit: *Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Ex quo euentu statuit conclusionem hanc diuus Chrysostomus: *Oportet itaque Angelum fieri, & ita laudare Deum, vt gloria eius per rectam nostræ vitæ institutionem illustretur.* Et sicut tanta hæc puritas cordis, vt Angelorum puritatem assequatur, est admodum rara; ita magis difficile redditur munus laudationis, licet aliquis crederet maximè facile. *Non ergo hanc Dei laudem*, ait Chrysostomus, *rem esse leuem existimemus, sed nitamur, vt ante os nostrum vita nostra ipsum laudet.*

Sixtus Senens. lib. 3. Biblioth. sanctæ.

Isaiæ 6.

Angelorum puritas nobis proponenda.

Deum laudare ritè est difficile.

Hymni itaque nostri tunc Deo gratiores offerentur, quando à laudatis viris, nimirum à viris iustis & sanctis, saltem sanctitatis & iustitiæ studiosis, exhibebuntur. Sicut non censetur *speciosa laus in ore peccatoris*, ex Auctore Ecclesiastici; ita rectos decere laudationem Dei, & gratissimam laudem prodire ab Ecclesia sanctorum docuit & prædicauit Hymnographus, inter alias rationes afferens istam: quia ita in laudatoribus necessaria videtur puritas & sanctitas,

Eccli. 15.

Psal. 32. & 149.

Cordis mundities est necessaria in psallente perfecto. Psal. 32. D. Aug. in Psal. 148.

sicut pura & sancta est materia Hymnorum, mirum eloquia Dei, & opera ipsius, quæ pur ma sunt & sanctissima: *Quia rectum est verb Domini, & omnia opera eius in fide.* Vbi non ad hæc totius hominis rectitudo & sanctitas, vox nihil obtinere potest. D. Augustinus hor batur psallentes his verbis: *Cum laudatis Do toti laudate: cantet vox, cantet vita, canten cta.* Si ipsi idololatræ exigebant à suis Sacer tibus, ad Sacrificiorum oblationem deput

Mundities vestium & nitor requiritur in Dei ministris.

munditiem & nitorem vestimentorum, alioq arcebant eos ab hoc sacrificandi munere, vt d lis pronuntiauerit Poëta,

——— *Puraque in veste Sacerdos:*

quantò magis requiri decet in nostris minist ad cultum Dei deputatis, tum animi tum cor ris munditiem & puritatem, qui Deum ver laudare debent cordium inspectorem, & an torem?

Quando Principibus magnis volumus offer aut tributum aut donum, solemus exponere v quæ possidemus insigniora & pretiosiora, vel rea vel argentea, vt ablatio appareat gratior ipso ingressu. Laudes quoque, Hymni & quas Deo altissimo offerre decernimus, quo uis sint ex sua conditione insignes, perfectæ tamen apparebunt & gratiores, si vas oppor num aureum aut argenteum, non ligneum, et etiam vilius aut turpius aderit; si nimirum c psallentium ea puritate & candore nitere studea quemadmodum decet ministrum Dei. Hanc v sis similitudinem Hugo Cardinalis fuisse à D uide significatam & requisitam putat in illis ve

Psal. 70.

bis, *Confitebor tibi in vasis Psalmi veritatem tua* intelligas

intelligens in sensu allegorico pro vasis Clericos, siue Ministros in choro psallentes, aduertitque, ex doctrina Apostoli Pauli, vasorum mysticorum alia esse in honorem, alia in contumeliam. Nouimus ex Scripturis illos fuisse vasa iniqua & contumeliosa, qui à sanctissimo Patriarcha inter alios filios, ob morum prauitatem, dicti sunt *Vasa iniquitatis*; contrà verò nouimus Paulum, ob nouitatem mundissimæ vitæ, appellatum fuisse à Deo *Vas electionis*. Studere vnusquisque debet munditiei & puritati cordis, vt vas electionis & honoris redditus, offerre valeat Deo dignos & gratos Hymnos, certus, quòd sicut Dei conspectui gratiores exhibebit preces, ita à Deo citiùs exaudietur.

2. Tim. 2. *Mundi corde vasa sunt electa.* Genes. 49. Actor. 9.

Expendere ad hanc rem non erit inutile sancti Hymnographi pium votum, vt suas preces acceptiores Deo valeret offerre, illud, inquam, votum obtinendi alas columbæ, quod magno ardore emisit Psalmo 54. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ?* Non enim vacare mysterio putanda sunt hæc verba quasi prolata more Poëtarum, qui carminibus & verbis suis auium alas aliquando exoptare audiuntur, vt suos affectus citiùs ad destinatum mittant scopum. Mysterium agnoscendum est ad rem nostram opportunum. De precibus & Hymnis sicut est sermo, ita columbæ conditiones sunt aptæ. In primis columba cognoscitur animal gemitui deditum, & ideò in sacris Litteris symbolum fuit meditantium cum gemitu, iuxta pronuntiatum Ezechiæ Regis Israël: *Meditabor vt columba.* Huius gemitus & meditatio sunt tam placita Deo, vt anima, huiusmodi exercitio meditationis intenta,

Columbæ alæ expetuntur à Dauide orante. Psal. 54. *Columbæ conditiones aptæ orantibus.* Isaiæ 38.

Cantic. 6. dicta sit columba electa Dei : *Vna est columba mea.* Siue etiam dicere possumus, quòd sicut columba, ob nitorem quem diligit in se, est puritatis symbolum & munditiei, ita aptissimum animal ad perferenda vota orantium Deo. Noluerunt militaris rei periti, cuiusmodi erat sanctus Dauid, ab inclusis & obsessis intra mœnia arcebitam fuisse columbarum operam, ad monendum amicos, per litteras auium istarum collo ligatas, de rerum statu, & de necessitatibus obsessorum. Hac arte vsi Hirtius deinceps & Brutus, in obsidione Mutinensi litteras miserunt ad auxiliares amicos, dum eorum res maximè periclitaretur, & auxilia opportuna obtinuere; quamadmodum ab iis quoque, ob alias causas, factitatum esse prodiderunt Historiæ omnibus obuiæ. Dauid sui periculi conscius, dum in hac vita degeret variis periculis obnoxia, sicuti Hymnos Psalmos vsurpare non omittebat, quasi litteras missurus ad Deum, columbæ alas exoptabat, hoc est puritatem, munditiem nitoremque columbinam, confidens quòd citiùs exaudiretur. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ?* O vere columbæ quotquot estis animi puritate nitentes, Psalmodiæ studiosi, vos cantu volatis & meditatione, auxilium vobis aliisque implorati, liberationem à multis periculis postulatis, & obtinetis. *Bona vita*, aiebat diuus Ambrosius, *volans facit orationem, & dat alas precibus spiritualis.* Nisi velimus dicere cum eodem diuo Ambrosio, quòd bona vita dirigit orationem ad Deum, sicut dirigitur nauis ad portum omni instructa apparatu; cuius vela sint iustitia, flamina, sapientia, remigia, deuotio & fides, subsidia, innocentia & puritas.

Columbæ perferunt litteras collo alligatas.

Plin. l. 10. cap. 37. Aelian. l. 9. cap. 2. Varro de Re rust. cap. 27. Sabellic. Aenead 9. lib. 9. Aldrouād. lib. 15. Ornith.

D. Ambr. in Psal. 118 Serm. 22.

puritas. His virtutibus ornati sunt illi recti, qui ad Hymnodiã possunt animo fidentiori accedere, & de quibus dicitur: *Rectos decet collaudatio*; seu, vt Aquila legit, *Rectis speciosa sit Hymnorũ decantatio.* Psal. 32.

Peccatorum laudes Deo ingratæ.

Nullo autem modo placere possunt Deo Hymni ore peccatoris oblati. Dominus noster & sancti Apostoli, si aliquando à dæmonibus laudabantur, illas respuebant laudes, increpantes immundos spiritus, eisque silentium imponentes. Omissis dæmonibus, constat fuisse acerbissimè increpatos quosdam iniquos per Hymnographũ, quia vsurpare auderent diuinas laudes: *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Psal. 49. Nos homunciones respuimus aliquando sententias etiam vtiles ab improbis pronuntiatas, nec illis fidem præstamus aut auctoritatem; quia apud nos illa improbitas aufert prorsus, vel saltem minuit auctoritatem & fidem dictorum. Vnde & proditum est de Lacedæmoniis, quòd adeò odissent improbitatem in suis ciuibus, vt si quis vitio aliquo infectus consilio publico interesset, pronuntians sententiam Reipublicæ vtilem, nollent eam priùs recipere, aut approbare, quàm ab aliquo viro cognitæ probitatis iterùm proponeretur. Quomodo non credemus idem multò firmiori fundamento nobis eueniendum apud diuinam Maiestatem, cui odio sunt impius & impietas eius? Numquam acceptæ erunt Deo improborum laudes, quamuis sint natura sua altæ & sublimes, iuxta illud Dauidis celebre pronuntiatum: *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Vbi consultò dixit Propheta, *si aspexi.* quod tunc euenit, quando quis videns & attendens se aliqua iniquitate

Improborum dicta nullius sunt auctoritatis apud viros graues. Plutarch. de Audit. Laced. & de Ciuil. instit. Aul. Gell. lib. 18. c. 3.

Impij Deo inuisi. Psal. 65.

quitate detentum, non deponit voluntatem p
candi, sed voluntariè perseuerat in illa; tunc c
tum est, non exaudiendum esse à Deo. Qu
de graui agitur peccato, quod dicitur lethale,
stat, quòd meritum nullum, nullúmve gr
augmentum obtinetur per illas preces in pec
expletas, cùm meritum supponat gratiam.
agatur de peccato leui, seu quod dicitur ven
etiam istud, quia est voluntarium, impedit s
tuales mentis refectiones, quas sentiunt & e
riuntur amatores puritatis.

Non ideò excusari debent ab Officij diuini
citatione, nec à chori frequentia, qui pec
mortalis labe se vident infectos, nam per pe
tum non impeditur debiti satisfactio: & l
peccatores nullum inde meriti fructum p
reportent, possunt tamen aliis obtinere quod p
stulant; præsertim quia in persolutione Hym
diæ induunt Ecclesiæ personam, eiusque v
orationibus & precibus. Ecclesiam constat se
per esse Deo gratissimam & dilectissimam, tu
quam sponsam sponso, licet odio habeatur mi
ster indignus, qui polluto corde profert Hym
& preces; quemadmodum dicetur Libro seq
ti. Verùm expediret ante Hymnodiæ ingress
mutare voluntatem, imò & concipere actum sa
quem contritionis, quando copia non suppe
ret Confessionis Sacramentalis; ne labor & op
tantæ dignitatis omnino amittatur quoad fruct
Diximus aliàs, quòd etiam peccatores (si vol
tatem deponant peccandi) à Deo exaudiantur
propriam vtilitatem. Qui etiam vitioso alic
habitu nouerunt se affectos, nec anteà emend
studuerunt, deberent ante accessum ad Hymn
dia

Psallentes ex officio, etiã in peccato existẽtes, possunt aljs impetrare vti ministri Ecclesiæ.

Lib. III. cap. II.

Lib. I. cap. XIX.

diam idem elicere propositum emendationis, ne à Deo despiciantur, & reprobentur in hoc ministerio, quod exigit puritatem non solùm à vitiis, sed etiam ab habitibus vitiosis.

Preces adhibendæ ante diuinum Officium.

Feruentiores, qui sedulam nauant operam perfectioni, licet sibi conscij non sint de peccato, quia tamen cum Paulo Apostolo dicere possunt, *Non in hoc iustificatus sum*, timentes accedere cum aliqua macula, orationes particulares adhibendas sibi præscribere student opportunas, vt cordis munditiem à Deo valeant obtinere. Vnusquisque sibi eligere potest illam precum formulam, quam sibi magis congruere cognoscit. Nos aliquando vsi sumus illa breui, sed apposita ad rem oratiuncula, vnico verbo mutato, quam ante Euangelij recitationē in Missæ quotidiano Sacrificio vsurpat omnis Sacerdos: *Munda cor meum ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaiæ Prophetæ calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, vt dignè ac competenter laudes tuas valeam enuntiare.* Multùm valebit hæc oratio, si ritè ex animo exerceatur; forsan exaudietur, sicuti exauditum est votum illius Prophetæ qui in hac oratione recolitur. Huic, quia excruciabatur, videns suam impuritatem, collatam præsertim cum Seraphinorum quos audierat puritate, adfuit statim Angelus, purgans & linguam, & cor, & mentem: *Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Sicut idem est Deus, ad eadem quoque nobis præstanda paratus est dona aliis aliquando facta, imò & maiora, si, quantum est ex nobis, præparationem opportuniorem exquiremus.

1. Cor. 4.

Oratio ante diuinum Officium opportuna.

Isaiæ 6.

Opportuna etiam esse potest illa Dauidis po
catio, qua sibi postulabat restitui pristinam co
dis tum puritatem tum rectitudinem, quam a
quando delinquens in legem Dei amiserat,
mereretur dignè prosequi inceptum munus c
Psal. 50. brandi laudes diuinas: *Cor mundum crea in*
Deus, & spiritum rectum innoua in viscerib
Hæc oratiuncula sicuti breuior, ita forsan effi
cior erit ad finem quem intendimus. Non o
tamus nos quas possumus diligentias & præp
Corda mutat Deus. tiones opportunas, Deus quoque non oblit
tur misericordias super seruos suos; ipse di
cor, diriget mentem, diriget verba, &, si o
erit, nouum cor, nouam mentem, nouos con
affectus, sicuti felici Catharinæ Senensi, h
versiculum frequenter ex animo recitanti, e
nisse scripserunt Historiæ.

CAPVT IX.

Cordis tranquillitas gratiorem Deo reddit Hymnodiam.

VT perfectiùs expleantur diuinæ l
sicut animi conditio est præcipuè a
da, ita deceret animum esse ab omni
passione, ab ira præsertim, liberum, vt capax
queat diuinarum illustrationum & illumina
Passiones nubes sunt animi. num. Cor, aliqua inordinata affectum passio
incapax est omnis boni motus tam in intelle
quàm in voluntate; affectu enim illo, quasi nu
aliqua aut caligine, & impeditur, & obscura
ne diuinarum rerum lux & calor ad animum p
D. Tho. 2. 2. q. 15. ar. 1 netret. Diuus Thomas, agens de donis Spiri
sanc

sancti qui animum hominis perficiunt, & afficiunt ad diuina, cùm docuisset, cæcitatem mentis oppositam esse illi dono Spiritus sancti, quod dicitur Intellectus, tradit, hanc cæcitatem ex duplici præcipuè capite oriri, nimirum vel directè, quando quis voluntariè & spontaneè mentem à consideratione diuinorum auertit, quia nolit intelligere vt benè agat; vel indirectè, quando animus variis distrahitur & occupatur affectibus terrenis ac passionibus inordinatis. Inde emanauit commune proloquium circa passionem iræ:

Passiones inordinatæ impediunt dona Spiritus sancti.

Impedit ira animum, ne possit cernere verum.

Et sicut non habitat *sapientia in corpore subdito peccatis* & passionibus, ita animi tranquillitas maximè confert ad rerum diuinarum intelligentiam & gustum; quemadmodum rectè docuit Abbas Theodorus apud Cassianum. Hic verus Religiosus sicut, ob studium purgandi cor à passionis, mirabiles circa diuina illustrationes recepit in oratione, ita grauiter hortabatur, animi puritatem ab omni passionis inordinatæ affectu esse omni studio quærendam, ob hanc rationem; quia his passionibus expulsis, cordis oculi, quasi sublato velamine, Sacramenta percipere poterunt Scripturarum, quæ anteà, vitio nostro quasi velamine oculos obnubente, reddebantur obscura.

Sap. 1.

Cassian. l. 5 Instit. c. 34.

Scripturarum intelligentia obtinetur cordis puritate.

Cor turbatum passionibus est sicut aqua turbata, in qua degentes pisces respicere non valent nec aëris claritatem, nec retium insidias. Diabolus, quando facilè impedire intendit fructum Hymnodiæ, quasi astutus piscator turbare conatur psallentium corda aliqua passione, præsertim iræ, quæ frequentior in homine, & facilior suscitatur; certus, quòd inde plurimos obtinebit effectus

Iram excitat diabolus, vt fructum Psalmodiæ impediat.

Irati cordis damna.

fectus peiores. Obtinet saltem hoc, quòd ingrata redditur Deo melodia, ob cordis dissonantiam ex iracundia ortam. Tunc tantummodo vera à nobis profertur vocis & cantus melodia, quando cor existit in suis affectibus consonum. Id exigere volebat Dauid à nobis in illa sua hortatione: *Cantate, & exultate, & psallite. Psallite Domino in cithara, in cithara & voce Psalmi.* Hæc verba si rectè attendantur, omnem à nobis excludunt inordinationem passionis: nam in verbo *cantate* vocis modulatio ostenditur; in verbo *exultate* lætitia exprimitur cantantis; in verbo *psallite* materia offertur occupationis; in verbo *cithara* morum & passionum perfecta declaratur consonantia. Sicut cithara pluribus constans chordis tunc gratum suauemque reddit sonum, quando chordæ sunt inter se consonæ & concordes; ita animus humanus tunc gratum edit sonum in suis operationibus, quando omnibus virtutibus ornatus, sedatas & ad virtutis regulam conformes tenet passiones. Hanc virtutum animique consonantiam intellexit in hac cithara à Dauide proposita D. Hieronymus, vel quicumque alius sit sub nomine Hieronymi Commentator, super hunc Psalmum. Possumus etiam aduertere aliud mysterium ad hanc rem opportunum in geminatione huius verbi *cithara*, quod vsurpat Dauid dicens; *In cithara, in cithara*: quia scilicet tales debet adesse consonantia in laudante Deum, vt vtraque cithara hominis, seu vtraque portio hominis, interior & exterior, sit rectè consona, nec vllam chordam affectus aut motus discordem habeat.

Psal. 97.

Morum & affectuum consonantia gratiorem reddunt Psalmodiã.

D. Hieron. in Psal. 97.

Huius

Huius animi tranquillitatis sicut extitit egregius doctor Dauid, illam suadens aptis allegorijs, ita præcipuus fuit studiosus assecla, ne eius Hymni à Deo despicerentur. Mira profectò fuit huius bellicosissimi viri cum omnibus mansuetudo, quæ abire quasi in prouerbium visa sit inter homines, & appellari ipse meruerit vir omnis mansuetudinis; quasi dicatur in ea altiori sublimiorique mansuetudine resplenduisse, quæ maior potest reperiri. Nisi velimus dicere, quòd dictus sit vir omnis mansuetudinis, quia in se vnitos habuerit omnes gradus mansuetudinis perfectiores in alijs viris insignibus dispersos, quos omnes altè superauit. Ideò dicitur Psalmo 131. *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Hanc virtutem non semel ostendit Dauid erga hostes, quos habuit plurimos, sibi verbis & opere insidiantes, Saülem infestissimum Regem, Absalonem ingratissimum filium, & Semei contumeliosissimum seruum; omnibus tamen capitales iniurias, quas facili negotio poterat vlcisci, liberalissimè condonauit.

Mansuetudo cordis mira in Dauide bellicosissimo.

Psal. 131.

Mansuetissimus hic vir, dum alium Psalmum esset inscripturus, in quo de suis persecutionibus, quas patiebatur, agere intendebat, posuit hæc verba, *Pro columba muta:* sic enim legitur titulus à D. Hieronymo, vbi vulgatus legit, *Pro populo.* Verè columba Dauid innocentiæ studiosus, columba mansueta absque amaritudinis felle, columba muta in aduersis silens, mansuetudini studens. Silens & eloquens Dauid erat. Silens in aduersis æquo animo ferendis: obmutescebat enim, *cùm consisteret peccator aduersum se.* Eloquens autem in Hymnis Deo suo decantandis.

Psal. 55.

Psal. 38.

Cognosce-

Manſuetorum oratio Deo grata.

Cognoſcebat Dauid huius virtutis vim miram cum Deo, qui humilium & manſuetorum libenter audit preces. Sicut huius virtutis fuit ſtudioſiſſimus amator, ita hac ſola confiſus, poſtulare auſus eſt Templi ædificationem, quam maxime cupiebat, vt meliùs vacare poſſet ſuis Hymnodiis. Totus eſt in illo Pſalmo, vt poſtulet hanc gratiam, non proponens merita præcedentium Patrum, non ſtirpem ex prognatione Sanctorum deductam, non promiſſiones à Deo habitas de naſcituro Meſſia, non denique titulum aliquem ſpecioſiorem, ſed tantùm eminentiam propriæ

Pſal. 131. manſuetudinis: *Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.* Et ob huius virtutis communerationem, ait S. Chryſoſtomus, petiit Templi conſtructionem, vt Dei cultus maximè propagaretur, putans Dauid faciliùs hoc medio obtinere effectum poſtulatum; quia nouerat Deum libenter reſpicere manſuetos, & eorum benevolentiùs audire laudes & orationes.

Manſuetorum preces citiùs exaudiuntur.

Nec ſolùm faciliùs & citiùs exaudiuntur preces manſuetorum, ſed aliis etiam cumulantur manſueti maioribus bonis, licet non poſtulantes. Sicut qui hanc virtutem profitentur facilè omnibus cedunt, potiùs ſibi ipſis damnum aliquando eligentes, vt concordia conſeruetur; ita Deus hos largiùs varijs cumulare ſolet beneficiis singularibus. Expendebat ad hanc rem D. Chryſoſtomus illuſtre illud manſueti cordis exemplum,

D. Chryſ. Hom. 34. in Gen.

quod prioribus mundi ſæculis à ſanctiſſimo Patriarcha Abrahamo fuit mundo traditum, quando, ne orta diſſenſio inter paſtores ipſius Abrahami & paſtores Lot conſobrini, paſcuorum cauſa, ne, inquam, à ſeruis ad dominos diſſenſio migraret,

Gen. 13.

graret, sanctus Abraham statuit potiorem pascuorum terram cedere alteri, & ad huius arbitrium omnem eligendi facultatem referre, modò omnis discordia tolleretur. *Ne quæso*, ait Abraham, *sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos : fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra coram te est : recede à me, obsecro : si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo : si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.* Tantæ fuit vis apud Deum hæc mansuetudinis declaratio, vt statim res Abrahami cœperint felicissimos habere progressus, & in dies magis magisque excrescere in meliùs.

Mansuetorum apud Deum merita præclara.

Quicumque hac mansuetudine ornatur, potest verus dici discipulus Christi; hac enim, quasi proprio signo, suos inurit & distinguit ab alijs Deus, quemadmodum declaratur ab ipso Christo dicente : *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicē.* Tunc elucet vera mansuetudo, quando offertur occasio tolerandi à fratre aliquod probrum, aut conuicium, aut damnum. Tunc est vera mansuetudinis perfectio, quando offensa patitur silens, & læta. Hac vigente mansuetudine inter psallentes mortales, chori militantis Ecclesiæ nihilo dissimiles redduntur choris cælestium Angelorum, in Ecclesia triumphante iugiter Deum laudantium. Si enim integri Ordines Religiosorum, chori Psalmodiam haud habentes, iure gloriantur ob hanc mansuetudinis egregiam prærogatiuam, non recantandi scilicet ad opprobria frequentissima, sed orandi pro inimicis, ad imitationem Christi Domini & diui Stephani, vt idcircò hanc mansuetudinis virtutem sibi choralis Hymnodiæ

Mansuetudo est nota discipulatus Christi. Ioan. 13.

Mansuetudinis perfectio in quo sita.

nodiæ loco propriam asserant; multò maiori ra-
tione ac iure gloriari debent ceteri Ordines, qui
chori Psalmodiam exercent vnà cum ipsa man-
suetudinis virtute coniunctam: quia & Chri-
Domini & diui Stephani æmulantur sublimem
conditionem, & insuper sanctorum Angelorum
assumunt & frequentãt præclarum munus. Ha-
studet dæmon omni conatu & arte auferre omni-
no, vel aliquo modo saltem turbare; quia cùm
non valeat omnes ab Hymnodiæ frequẽtia ave-
tere, saltem conatur reddere Hymnodiam sic
odiosam, cuiusmodi est illa quæ animo ira tur-
bato expletur. Nouit hostis malignus, respu-
Deo omnes iracundorum oblationes, sicut in ip-
mundi ortu se obtinuisse gloriatus est in Sacri-
ciis oblatis à Caino, quæ à Deo negligebantur
imò reiiciebantur: *Ad Cain & ad munera illius non*
respexit. quia is oderat fratrem Abelem, iram
aduersus eum retinebat. Hæc causa innuitur
ipso sacro Textu. Interrogans enim Domi-
Cainum, cur ipsius vultus concidisset, statim ad-
dit, iuxta lectionem Septuaginta, *Nonne si rectè*
offeras, non rectè autem diuidas, peccasti? verba
ista innuunt, Cainum iam meditatum esse contra
fratrem Abelem malas diuisiones seu discordias,
& peccati iam fuisse reum. Hæc autem culpa
oblationes à Caino factas reddebat Deo odiosas,
quãuis aliàs illæ essent rectè expletæ. Hinc scrip-
diuus Paschasius in hæc verba: *Recordari co-*
uenit Cain & munerum eius, ad quem cùm offer-
non respexit Dominus, neque ad munera eius; pro-
fectò quia indignationem in animo contra fratrem
gerebat, vnde dicitur: Si rectè offers, & non re-
diuidis, peccasti.

Iracundorum preces à Deo respuuntur.

Gen. 4.

D. Paschas. l. 4. in Mat.

Hæc

Hinc præclara illa diui Bernardi sententia & admonitio ad Religiosos viros : *Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare quis valeat postulata ; hoc est, si aut mala quisquam committit, aut si delinquenti in se debita non dimittit.* En quòd diuus Bernardus paria facit hæc duo, committere malum, & non dimittere. Ante Bernardum vrgebat Paulus Apostolus hanc hortationem suis discipulis, ne vmquam accederent ad Deum exorandum cum aliquo motu iræ, aut cum discordia & turbatione : *Leuantes puras manus sine ira & disceptatione.* Ibi sermo erat de oratione ad Deum, à qua excludendam iubet omnem iram atque disceptationem. Iram dicit, quæ coniungitur cum desiderio vindictæ ; disceptationem addit, vt tollat omnem illum cogitationum conflictum, quæ ex ira concepta solent oriri in animo, dum secum quasi disceptat iratus de modo vindictæ faciendæ. Hæc omnia deponenda iubet Paulus antequam ad orationem quis accedat: *Volo viros orare sine ira & disceptatione.* Huic Pauli Apostoli doctrinæ concinit Aphorismus duplex Apostolici asseclæ, Venerabilis nostri Zacariæ, docentis, & dicentis : *Iratus nequit Deum perfectè orare, quamuis voce exteriori inuocet illum. Sicuti homo pace fruitur in Spiritu sancto, ita ab iracundo discedit Spiritus sanctus.*

D. Bernar. l. de Conf. cap. 52.

Ira impedit orationis fructum.

1. Tim. 2.

Ant. Maria Zacaria verbo *Ira.* n. 2. & 16.

Consulendi sunt psallentes, si quando ex infirmitate aliquam iræ turbationem incurrant, vt ante Hymnodiæ ingressum studeant reconciliati omnem deponere iram, &, si opus est, priùs sanctificent cor ab illa passione medio aliquo opportuno pietatis remedio. Simile aliquando remedium consuluit Deus populo suo dilecto,

lecto, & Moysi, antequam oraturus & sacrifica-
turus in montem ascenderent. nam lege cauit, p
populum ipsum priùs sanctificaret, & expira-
Exod. 19. Moyses: *Vade ad populum, & sanctifica illos h*
die & cras, lauentque vestimenta sua. Hanc l
D. Gregor. Nyssen. Homil. 1. in Cantic. gem considerans D. Gregorius Nyssenus, cog-
git, à nobis exigi cordis ab omni passione & v
tio purificationem, vt nostræ orationes sint D
acceptæ. Sed ne veteribus tantùm remediis in
hærere videamur, offero recentiora nobis Eccle-
siæ Christi filiis tradita ab ipsomet Christo Do-
Ante orationem deponenda ira. mino. Consulebat Dominus sacrificaturis, n
cet iam ad Altare accessissent, si ibi quoque re
curreret memoriæ aliquis indignationis iam pr
teritæ, nondum tamen reconciliatione extinc
motus iræ, licet manum & operam iam habere
ad Sacrificium admotam, potiùs tamen ab ip
Altari priùs recederent, ad reconciliationem de
tinendam à fratre, quàm Sacrificium perfi-
Matth. 5. rent: *Vade priùs reconciliari fratri tuo, & tu*
veniens offeres munus tuum. Nisi studeant pal-
lentes huic Euangelicæ obtemperare doctrinæ,
se inuicem reconciliantes ante chori ingressum,
tempus amittent & operam; animus iræ fermen-
re præoccupatus nequibit debitam attentionem
Hymnis decantandis præstare, sed totus pagina
nuper commissæ ruminationi vacabit, expen-
dens qualitatem tum dictorum, tum respon-
num quæ hinc inde sunt allata, & poterant
ferri. Quoties alter alterum videbit sibi præs
tem, aut audiet cantantem, toties varij in ip
renouabuntur & cogitationum fluctus, & inor
dinati motus sanguinem turbantes, iramque fo-
uentes conceptam. Quare nec Deo placebun-

Hymn

Hymni & preces oblatæ, nec forsan psallentes propriæ obligationi facient satis; cùm non studuerint animum à passionibus purgare iis facillimis aptisque remediis, quæ nobis benignissimus Dominus noster tradere dignatus est. Qui tenaciores in sua ira minimè verentur perseuerare, & venienti fratri ad reconciliationem se exhibere audent aut duros, aut asperos, caueant, ne sibimet iram diuinam thesaurizent acriorem. Quo namque debitam diutiùs differunt reconciliationem, & acerbiores sibi à Deo vindice parant, siue in hac siue in futura vita, infligendas pœnas. Consultius itaque est, facilem se præbere oblatæ reconciliationi, ne quod initio fuit fragilitatis miseria, temporis dilatione fiat malignitas grauis.

Iracundorum Sacrificia Deo odiosa. Eccli. 28.

Ingrata omnino, imò odiosa esse omnia iracundorum Sacrificia Deo oblata, omnibus satis iam constare debet; vti tandem apertè declaratum est ab Auctore Ecclesiastici dicente, frustrà quærere misericordiam à Deo, qui proximo suo denegat amorem, ei reseruans iram. Profero hoc loco exemplum sanctissimi piissimique Doctoris Ecclesiæ Hieronymi, qui non audebat, imò verebatur Templum Dei ingredi, quando aliquo iræ motu pulsaretur; &, quod magis est, etiam quando nocturnam phantasmatis illusionem passus esset. Audiamus eiusdem sancti Doctoris verba, quæ nobis timorem & pietatem iniicient: *Ego confiteor timorem meum, ne forsitan de superstitione descendat; quando iratus fuero, & aliquid mali in animo meo cogitauero, & me nocturnum phantasma deluserit, Basilicas Martyrum intrare non audeo, ita totus & corpore & animo pertremisco.* D. Hieron. lib. Contra Vigil.

X. De po-

Ira à choro exulare debet.

Deponenda itaque est ira à psallentibus, in debet omnino à choro & Hymnodia exula tum vt gratiores reddantur preces, tum etiam admittatur ea conditio, quæ ex diametro aduer est Hymnis & choro. Chorus dicit plurium ca tantium societatem concordem, qui eodem animo & consonantia, licet vocibus diuersis, & si nis differentibus, eumdem vnum laudent, ca celebrent, & exorent Deum in Hymnis & co fessionibus. Hymni ipsi concordiam suade

Animi concordiam exquirunt Hymni & chorus.

vna enim ex præcipuis causis, cur voluerit De suas laudes esse metro compositas, non sine m lodiæ ratione, fuit, vt intelligeremus nos debe nobis ipsis & aliis esse consonos; numquam v rò nec à nobis, nec ab aliis dissidentes, alioqu boni aptique cantores dici non poterimus.

Angeli diligunt concordes animo.

Concludamus, quòd si psallentes, depos omni ira, Deum exorabunt, & benedicent, fier ab Angelis sanctis visitabuntur, ita perfecti etia laudatores. Vbi concordia viget animorum, ait bat diuus Bernardus, ibi adsunt Angeli sancti e fecti socij psallentium. *Credimus* (ait sanctus vir) *Angelos sanctos afflare orantibus, offerre Deo preces & vota hominum, vbi tamen sine ira & disceptatione leuari puras manus perspexerint.* Vbi con-

D.Bernar. Serm 7. in Cantica.

cordia animorum viget, ibi, ait diuus Augusti-

D.Aug. in Psal. 132.

nus, existit vera ratio benedicendi & laudandi Deum, affertque verba Dauidis ex Psalmo 132. qui totus est in recensendis virtutibus sanctæ con cordiæ inter fratres. vbi pro conclusione dicitur

Concordia fratrum merita apud Deum.

Quoniam ibi mandauit Dominus benedictionem. Super quæ verba exquirit Augustinus, *Vbi man dauit?* & sibi respondens ait: *In fratribus qu habitant in vnum. Ibi præcepit benedictionem; ub*

benedicun

benedicunt Dominum qui habitant concorditer. Ibi prosequitur Augustinus ostendere, quòd in discordia nulla profertur nec offertur vera benedictio Deo: *Nam in discordia non benedicis Dominum.* dicere volens, quòd cor ira infectum non valeat benedicere Dominum, licet ore proferat verba benedictionis. Et qui non rectè offert benedictionem Deo, non erit dignus benedictione, quam Deus offert concorditer habitantibus in vnum, nempe æternam etiam vitam in sæculum: *Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem & vitam vsque in sæculum.* Deum itaque animo puro ac rectè benedicamus, vt ab eo recipiamus vitam & benedictionem æternam.

Irati nec Deum benedicunt, nec à Deo benedicuntur.

CAPVT X.

Cordis humilitas est Hymnodiæ præcipua virtus.

INTER plurimas quæ de sancta humilitate celebrari possunt insignes conditiones, ea censenda mihi videtur magis præcipua, quam possidet erga preces & laudes Deo oblatas. Quicumq; ex vero humilitatis sensu confiteri nouerunt propriã vilitatem & necessitatem, quam habent diuinæ gratiæ & auxilij ad opera omnia, sicut prompti sunt & frequentes ad Deum inuocandum & laudandum, vt gratiæ auxilia obtineant; ita faciliùs ad Dei admittuntur ingressum, aures illius penetrant, & postulata obtinent. Hanc humilitatis insignem conditionem & prærogatiuam declarauit Hymnographus dicens: *Ne auertatur humilis factus confusus: pauper & inops laudabunt nomen*

Humilitas vim confert precibus.

Psal. 73.

Humiles sunt veri cantores diuinarum laudum.

men tuum. quasi dixerit: Humiles numquam
Deo recedunt confusi quando offerunt prec
quia isti sunt veri & perfecti cantores diuinarum
laudum. Vbi ad rem nostram rectè ait Cassiod
rus; hinc cognosci felicem dicendam inopi
& paupertatem humilium; quoniam declara
apta ad Deum laudandum & celebrandum. M
tus est si psallat superbus, pauper autem & inop
laudant Dominum, etiam cùm videntur silen
Hunc eumdem Dauidicum textum expende
sanctus Abbas Isaac, sicuti eum confert cum il
Euangelica beatitudine à Domino nostro sem
tore asserta, quæ inter ceteras beatitudines p
matum tenet, *Beati pauperes spiritu, quoniam*
ipsorum est Regnum cælorum; ita de humilib
eum intelligit dicens: *Quæ maior aut sanctior p*
test esse paupertas, quàm illius qui nihil in se pr
sidij nihil virium habere cognoscens, de aliena la
gitate quotidianum poscit auxilium, & vitam
suam, atque substantiam singulis quibusque m
mentis diuina ope intelligens sustentari, verum q
mendicum Domini non immeritò profitetur, sup
pliciter ad Deum quotidie clamans: Ego autem
mendicus sum & pauper, Deus adiuua me; & sic
ad illam quoque multiformem scientiam Dei ipsi
illuminante conscendens, incipiat deinceps sublimo
ribus ac sacratioribus mysteriis saginari. Hæc do
cebat præclarus Doctor, vt ostenderet, quòd hu
miles aptiores sunt ceteris ad diuina mysteria &
illustrationes. Magna profectò humilium præro
gatiua est ista, quòd nimirum libenter ac beni
uolenter à Deo audiantur, & exaudiantur.

Cassianus Coll. 10. cap. 10.

Matth. 5.

Psal. 39.

Si quis sublimem Angeli intellectum pos
deret, & Angelica esset sapientia præditus, idc
qu

que sciret altissimas proferre laudes; si tamen superbia aliqua esset infectus, respueretur reiicereturque à Deo. Non attendit cælum in psallentibus intellectus sublimitatem, sed animi humilitatem. Causam hoc loco libeat expendere, cur, cùm Deus omnipotens Angelorum creationem decreuisset ad hunc præcipuum finem, vt essent isti suarum laudum perpetui cantores, alios tamen eiecerit & loco, & officio; alios verò retinuerit, & confirmauerit. Causa fuit, quia illi, cum suo duce Lucifero, superbia pleni tum sapientiam, tum cetera dona sibi ipsis tribuebant, non Deo auctori; alij verò humillima submissione auctorem Deum coluerunt, & celebrarunt. Hanc causam detegit, & pulchrè describit sanctus Propheta Ezechiel, loquens de isto Angelorum casu infelici sub typo & nomine Regis Tyri: *Eleuatum est cor tuum in decore tuo, perdidisti sapientiam tuam in decore tuo, in terram proieci te.* Quem casum considerans diuus Bernardus, declamat contra hanc elationem animi, quando quis sibi tribuere audet quæ ad Deum sunt referenda, aitque: *Perdidit sapientiam, cùm fecit suam. Proprietas in causa est, quòd sibi sapiens fuit, quòd non dedit gloriam Deo, quòd non retulit gratiam pro gratia, quòd non secundùm veritatem ambulauit in ea, sed ad suam eam retorsit voluntatem; istud est, cur eam perdidit, etenim sic habere, perdere est.* En elationis & superbiæ præmium, amissio cæli, iactura felicitatis, eiectio à munere laudandi. *Si Deus*, aiebat D. Petrus, *Angelis peccantibus non pepercit*; quantò minùs attendet psallentibus superbis, & elatis animo? certè respuentur, eiicientur, & punientur. Angeli humiles perseue-

Superbi à diuinis decantandis laudibus reiiciuntur.

Angelorum reproborum casus propter superbiam.

Ezech. 28.

D. Bernar. Serm. 70. in Cantic.

2. Petr. 2.

Humilitas in Angelis bonis resplendet.

seuerant in officio, audiunturque omni tempore sine requie glorias altissimi Conditoris celebrare, & decantare; homines item humiles liberter audiuntur à Deo psallentes, vti verè & prudenter pronuntiauit sancta Iudith dicens: Iudith 9. *Non superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.*

Humilium oratio penetrat nubes, ad Dei thronum conscendens, oculos & aures Altissimi ad se pertrahit, nec discedere nouit sine gratiæ postulatæ concessione. Quasi dixerim, quòd humilium mortalium Hymni & preces maiori respiciantur beneuolentia & amore à Deo, quam sublimiorum Angelorum eædem laudes & preces. Verùm ne humilitatis pulchritudine capti audere hîc videar nimis, proferam diui Bernardi sensum, cui acquiescere faciliùs poterit vnusquisque. Hic sanctus vir, sacrorum euentuum profundissimus scrutator, expendens eam mirabilem Christi Domini responsionem, quam dedit Sacerdotibus & Scribis, mirantibus clamationes puerorum admississet dum Ierusalem ingrederetur; (clamantes enim pueri dicebant: *Hosanna Filio Dauid.* Matth. 21. dixit tunc Dominus: *Numquam legistis; Quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem?* Psal. 8. desumens extra verba ex Dauidicis Psalmis, vt comprobaret, non fuisse respuendas laudes has pueriles) hanc itaque responsionem expendens D. Bernardus, vim faciens in illo verbo *perfeciſti*, declarare non vereretur, laudes humilium præferendas aliquo modo laudibus ipsorum sublimium Angelorum, ea ratione; quia asseruerit Dominus, perfectionem laudum omnium sitam esse in laudibus parua-

D. Bernar. Serm. de SS. Innoc.

Humilium laudes præferendæ sunt aliquo modo Angelicis laudibus.

paruulorum & infantium. Conferens itaque sanctus Bernardus laudes ab Angelis Deo incarnato & nato oblatis, quando dixerunt, *Gloria in excelsis Deo*, cum laudibus à pueris & infantibus oblatis Christo Domino Ierosolymã ingredienti circa vitæ finem, concludit has fuisse perfectiores illis, quia hoc afficiuntur honore ab ipso Domino dicente: *Numquam legistis; Quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem?* Magnas confitetur sanctus Doctor & altas esse dicendas laudes illas Angelorum, sed has pueriles esse dicendas altiores & maiores: *Magna quidem*, ait (nimirum laus Angelorum) *sed audeo dicere necdum perfecta laus, donec veniat qui dixit: Sinite paruulos venire ad me, quia talium est regnum cælorum.* Licet autem nomine infantium & lactentium intelligi commodè ad litteram queant, qui verè sunt tales ætate: nihilominùs scitum est, nomine paruulorum intelligi præcipuè veros humiles, propter morum similitudinem. Sicuti infantes matribus nutricibusq; omnino adhærent, nec se patiuntur ab iis modicum temporis separari, alioquin in lacrymas statim erumpunt; ita veri humiles, conscij propriæ imbecillitatis, Deo in omnibus fidunt, nihil sibi tribuentes, & ob hanc fiduciam à Deo nequeunt auelli, & à Deo vicissim diliguntur.

Lucæ 2.

Matth. 21.

Humilitatis cum infantibus similitudo.

Humiles itaque ij verè dicendi sunt, qui sibi viles videntur: nam vera humilitas contemptum sui in primis operatur, iuxta humilitatis definitionem à diuo Bernardo traditam, dicente, humilitatem esse virtutem, qua homo verissima sui agnitione sibi ipsi vilescit. Quemadmodum de se ipsis humiliter sentiunt, ita etiam numquam

Humilitas parit contemptum sui.

Humiles de se ipsis demisse loquuntur.

de se magnificè aut loquuntur, aut iactant; &
propter hanc causam Deo placuerunt, siue p
se siue pro aliis deprecantes. Danielem recol
mus, qui magnus fuit altissimi Dei seruus, qu
que meruit non semel maximis cumulari grati
& beneficiis, tam pro se quàm pro populo su
postulatis. Si quis percunctetur, quam ob cau
sam meruerit apud Deum tantam auctoritatem
responderem, ob hanc in loquendo de se deq
suis rebus humilitatem. Is beatus vir, cùm h
oblata esset occasio declarandi suam Regiam stir
pem, ex qua ortum ducebat, mira sobrietate &

Danielis humilitas quanta.

modestia declinauit. Describebat Historiam d
rebus quæ sibi aliisque Hebræis apud Rege
Chaldæorum acciderant, præmittens ordinatio
nem à Rege factam Præposito domus, vt eligeret
ret ex filiis Israël & de semine Regio pueros, q
possent stare in palatio Regis; cùm deuenis
narratio ad nomina puerorum istorum electo
Daniel. 1. rum, quia ipse vnus erat ex illis, dixit, *Fuerunt ergo inter eos de filiis Iuda, Daniel, Ananias, Misael & Azarias*, tacens semen Regium, ne iacta
ret sanguinis clarissimi stirpem. Hanc humilitatis modestiam obseruauit sanctus Theodoretus & luculenter descripsit his verbis: *Licet mira illius intueri modestiam; cùm enim suprà dixerit imperasse Regem, vt eligerentur è stirpe Regia iuuenes forma conspicui & magnitudine decori, & hîc personarum nomina posuerit, tribus Iuda simpliciter mentionem fecit, & Regiam cognationem occultauit.* Istius generis humiles faciliùs à Deo exaudiuntur; quia quò viliùs de se ipsis loquuntur, eò magnificentiùs de Deo verba faciunt.

Hæc eadem causa, nimirum humilitas cordis vera,

vera, fuit origo primaria, cur Dauid euaserit præcipuus diuinarum laudum cantor inter homines mortales, imò doctor, & dux omnium excellentiorum laudantium Deum : verus namque humilis fuit, quemadmodum variis declarauit temporibus ; sed præsertim dum, à pueritia edoctus omnia opera bona Deo soli accepta referre, numquam autem sibi, canebat, post vnamquamque actionem felicemque euentum, aliquem Hymnum ad Dei honorem. Imò ipsos Hymnos decantatos ne quis illi adscriberet, Deo soli acceptos retulit solemni & publica protestatione: *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* quasi dicere volens : Sicut prudens sermo non est tribuendus linguæ, sed menti, à qua omnis sermo ortum habet, & characterum elegantia non calamo pingenti, sed manui est adscribenda; ita quæ ego vmquam aut dixi ore aut calamo descripsi, Deo soli auctori refero. Hanc Dauidis humilem submissionem videtur obseruare diuus Bernardus dicens super eadem verba citata: *Laudatur de bona litteræ tornatura manus, non calamus, fateor; vt multùm tribuam mihi, lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Iuuenis quando strenuè occurrens vrsis & leonibus, qui in suas oues inuadebant, eos mira facilitate Dauid occidebat, numquam propriæ fortitudini adscribere potuit facinora, sed Deo soli referebat. Quinimò hac eadem fiducia fretus, propter præteritas à Deo receptas vires, subire non dubitauit monomachiam cum Golia, inuocato priùs Dei nomine: *Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum.* Vt rationem tantæ fiduciæ traderet,

Dauidis humilitas mira.

Humiles Deo omnia referunt.

Psal. 44.

D. Bernar. Epist. 135.

Humilis nihil sibi tribuit.

1. Reg. 17.

attulit præteritas à Deo acceptas gratias com
vrſos & leones, atrociſſimas feras: *Dominus q
eripuit me de manu leonis, & de manu vrſi, i
me liberabit de manu Philiſthæi huius.* Huius
conſuetudinis tenaciſſimus obſeruator, ſtatim
poſt victoriam de gigante reuectam, gladium
quo Philiſthæum obtruncauit, ad Dei Taberna
culum ſuſpendit, quemadmodum tradidit Io
Ioſephus lib.6. Antiquitatum cap.11. & colligi e
lib.6. Antiq.cap.11. iam videtur ex ſacra Hiſtoria Regum dum dici
tur, quòd gladius iſte fuiſſet vnà cum Epha
apud Tabernaculum, quando dixit Sacerdos Da
1.Reg.21. uidi: *Ecce hic gladius Goliath Philiſthæi, quem
percuſſiſti in Valle Terebinthi, eſt inuolutus pal
poſt Ephod.* ob tantam igitur humilitatem, ego
gius exſtitit Dei laudator.

Humilitas eſt diuinarum gratiarum receptaculum.

Ad huiuſmodi humiles facillimè omnes ca
leſtes confluunt gratiæ. Si quæ vmquam à De
ſunt hominibus conferendæ gratiæ, hæ ad hu
miles decurrunt, ſicut aquæ ſolent defluere fac
negotio ad conualles, montes ſiccos relinquen
Pſal.103. tes, teſtante Hymnographo: *Qui emittis fon
in conuallibus.* Quem locum de humilibus int
D.Gregor. in lib.1. Reg.c.6. ligit diuus Gregorius: *Vallis*, ait, *in ſacro Elo
æſtimationem deſignat humilium.* vbi pergit dic
re, quòd aquæ cæleſtium gratiarum mentibus
per humilitatem diſpoſitis infunduntur. Hinc
Dauid, quando poſtulabat aliquam gratiam
Deo, ſolitus erat humilitatis actum præmittere
confidens, quòd certiùs & citiùs foret exau
diendus. Nota eſt & familiaris illa deprecatio
Pſal.129. veniam peccatorum obtinendam: *De profundis
clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem
meam.* Cuius orationis prima verba ſunt hum
liantis

liantis se ad vallium profunditatem; vbi enim dicitur in nostra vulgata lectione, *De profundis*, legi appositè potest cum aliquibus, *De vallibus*. Si nos à Deo non audimur, nec nostræ laudes sunt Deo acceptæ, causa aderit in corde nostro, nempe elatio aliqua ac superbia, quæ semper fuit Deo odiosa. Deum superbis resistere, humilibus dare gratiam, tradunt omnes Scripturæ. Conuenit psallentes esse humilitatis studiosos, vt gratiores offerre valeant Deo preces & laudes; atque etiam vt valeant degustare mysteria in Psalmis contenta. Memores omnes psallentes sint illius Pharisæi in Templo orãtis sublimibus gratiarum actionibus, *Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum*, qui ob superbiæ elationem fuit reprobatus; & humilis Publicani, qui pro suis peccatis mira animi submissione deprecabatur, paucis quidem, sed efficacibus verbis: *Deus propitius esto mihi peccatori*. Hic meruit iustificari; & huius potiùs humillimam demissionem in vultu, oculis & verbis studeamus æmulari, quàm inflati Pharisæi glorioſam phaleratamque orationis elationem, ne cum hoc reprobemur, sed cum illo approbemur. Vera semper erit illa doctrina insignis, quam tradebat venerabilis Pater noster Zacaria in suis Spiritualibus Aphorismis, dum de sancta humilitate præclarè dissereret, dicens: *Si dari posset peccator humilis & iustus superbus, potiùs Deo placitus esset peccator quàm iustus*. Tanta est vis humilitatis, vt sicut vnà cum peccato nequit conuenire, ita posset peccatorem reddere gratum.

Animi elatio Deo odiosa.

Iacob. 4.
1. Petr. 5.

Lucæ 18.

Humilis peccator approbatur; iustus superbus reprobatur.

Ant. Maria Zacaria in Aphor. verbo *Humilitas.* num. 44.

CAPVT

CAPVT XI.

Cantus musicus Hymnodiam non dedecet.

ERRANT grauissimè, qui musicos cantus a diuinum cultum importunos asserentes, e ab Ecclesia explodere nituntur. Isti vel aliqu sunt errore decepti, vel graui passione sunt i fecti. Ratio & auctoritas musicam melodia comprobat tamquam opportunam, imò & pi & vtilem. Pietas in primis suaderi facilè po ex diuina approbatione tam aperta, vt nequea dubium reuocari à cordatis viris. Deus in pri Templo, quod sibi construendum in terris e creuit, non solùm concentus admisit musi sed signis beneuolentiæ singularibus comprob uit. Illud præcipuè offero testimonium, qu tamquam ceteris illustrius, describitur à sac Historico singulari quadam diligentia; quan nimirum à glorioſissimo Salomone dedicatio p mi Templi iam erecti & perfecti celebrabat Sicut ea die facta est Arcæ Testamenti ex a Sion ad Templum solemnissima translatio, talis magnificentia & maiestas interceſſit, vt milis numquam nec anteà nec posteà visa (quam luculenter descriptam tradidit Tob Corona in suis sacris Templis) tum propter R gis Salomonis augustissimam maiestatem, q præsens cum omnibus sui Regni Proceribus Principibus voluit adesse; tum propter popu concursum pænè innumerabilem ex omni Reg parte coactum; tum propter Sacrificiorum p

Musicus concentus in Templis pius est & vtilis.

3. Reg. 8.
2. Par. 5.

Deus musicam modulationem comprobat.

Tob. Corona Part. 1. cap. 21. de Sacr. Templis.

pè infinitorum oblationem (*Immolabant oues & boues absque æstimatione & numero*;) tum propter pretiosissimum operimentum ferè inæstimabilis valoris positum super Arcam. In hac solemnissima translatione adfuerunt musici cantores, qui voce, organis, citharis, & aliis instrumentis concinebant Dauidis Hymnos, talique suauitate Templum replebant; vt cùm animos adstantium afficerent maxima admiratione, tum Deum ipsum, quem laudabant, mirificè oblectarent. Ad cuius rei euidentius testimoniũ, voluit Deus sensibili signo hanc suam comprobare complacentiam, implens illud Templum nube, seu caligine quadam leui, quæ erat indubitatum diuinæ præsentiæ signum, iuxta promissionem ab ipso Deo factam Moysi, veniendi ad ipsum in caligine nubis, & descendendi in nube super Oraculum. Quis reprehendere audebit Ecclesiasticos musicæ concentus in vsu Hymnodiæ, quando Deus ipse sibi eos placuisse declarauit? Imò ob hanc causam voluit Deus Dauidem, insigniorem Hymnorum Auctorem, artem callere musicam, & metro & numero Hymnos componere. Addam, quòd ob eamdem causam voluit primum omnium Hymnorum, quem nouimus scriptum ad Dei gloriam, musica decantari modulatione, quando vtriusque sexus ordinati chori decantauerunt: *Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est.* vt nimirum inde prouocarentur ceteri ad eamdem canendi formam prosequendam.

3. Reg. 8.

Deus in nube apparere solitus.

Exod. 19. Leuit. 16.

Musicæ peritus erat Dauid.

Exod. 15.

Quam formam vti verè piam non solùm amplexa est, sed diligenter imitata nostra noua Ecclesia, cantum admittens, siue quem dicunt figuratum,

Psalmorum cantus varius in Ecclesia.

ratum, siue firmum, siue etiam vnisonum, qu
lem nos Clerici Regulares Paulini obseruamu
nostris Hymnodiis. Sicut ex Hebræis primi
sumpti sunt fundatores Christianæ Ecclesiæ,
Hebræorum pium vsum retinuerunt & freque
tarunt; quemadmodum testatum reliquit de p
mis Christianis Philo Iudæus dicens: *Non so*
subtiliùs intelligunt Hymnos veterum, sed ipsi p
ciunt nouos in Deum, omnibus eos & metru
sonis honesta satis & suaui compage modulan
Quem vsum, tamquam pium, non dedigna
sunt Religiosiores primi Imperatores non soli
sua præsentia assistentes in Templis comprobar
sed etiam in propria persona exercere. De The
dosio iuniore, piissimo Imperatore, scriptum
liquit Socrates grauissimus Auctor, quòd pri
diluculo, vnà cum sororibus suis, surgeret
Hymnos alternatim concinendos. Verba Scr
ptoris ponam ad nostram æmulationem: *Eu*
Regia non dissimilis fuit Monasterio; nam pr
diluculo ipse cum sororibus suis Hymnos alter
tim decantatos recitauit. Sororum istarum nom
na fuere, Pulcheria maior natu, virgo Deo dic
ta (quam sibi in Imperij consortium assumpsi
Augustamque creauit Theodosius) Placilla, Ar
cadia, Marina, quæ pari pietate, suasu Pulch
riæ, virginitatem Deo dicantes, vitam in Pala
quasi Monasticam duxerunt. Quam ob causa
Deus, Auctor est Sozomenus, vt etiam dixim
suprà, rebus Imperij se prębuit manifestè propit

Sozomen. lib. 9. cap. 1. & 3. Socrat. l. 7. cap. 22.

Qui virtutes cantus non intelligeret, admir
bundus consideraret, quam ob causam, cùm p
sint Hymni & laudes offerri Deo sine cantu sc
simplici recitatione quæ ex animo fiat, nihilom
nih

nùs ſuadeatur ab ipſo Pſalte non ſemel eos cantu expleri: *Cantate Domino Canticum nouum.* imò cantu alacri & iucundo: *Cantate, & exultate, & pſallite.* Sed omnis ſtatim dubitatio ceſſat, cùm inde dignoſcitur, quòd multiplices ſint modulati cantus vtilitates, vti teſtantur ſancti Eccleſiæ Doctores. Profero D. Iuſtinum Martyrem, qui, de Eccleſiaſticis diſſerens concentibus, ſermonem extendit ad vtilitates eorum enarrandas dicens: *Excitat hæc cum voluptate quadam animum ad flagrans eius quod carmine celebratur deſiderium; affectiones & concupiſcentias carnis ſedat; cogitationes malas inimicorum, quos cernere non eſt, amolitur; mentem ad fructificationem diuinorum bonorum rigat; pietatis decertatores generoſos & fortes per conſtantiam in rebus aduerſis efficit; omnium rerum, quæ in vita triſtes & luctuoſæ accidunt, piis affert medicinam.* Hic ſanctus vir pietatem vſus iſtius ſimul cum vtilitate eiuſdem coniungens, vtrumque celebrat. Pſal. 95. Pſal. 97. *Muſices vis & vtilitas.*

Sed vtilitates cantus Eccleſiaſtici meliùs cognoſci poterunt ab vnoquoque, ſi attendantur ea, vel quæ in nobis ipſis experimur euenire, vel quæ ab aliis fide dignis ſunt deſcripta. Primò ex cantu incitantur fideles ad huiuſmodi laudes tum explendas promptiùs, tum auidiùs audiendas, & ad alios pios affectus ſentiendos. Pulchrè ad hanc rem aiebat diuus Chryſoſtomus, Deum ideò voluiſſe Pſalmos eſſe compoſitos metro, & modulatione ſuaui decantari, vt animi delicatiores ad diuinas laudes tum audiendas ab aliis, tum ore proprio reddendas excitarentur. Nihil in rebus humanis reperiri poteſt aptius ad leniendum laborem actionum, quàm modulatio vocis *Cantus Eccleſiaſtici quanta vtilitates.* D. Chryſ. in Pſal. 41. *Cãtus muſicus labores lenit.*

vocis opportunè adhibita. *Imò nihil* (ait Chrysostomus) *animam æquè erigit, & alatam quodam modo efficit, & à terra liberat, & exoluit à vinculis corporis, & amore sapientiæ afficit, &, vt omnes ad hanc vitam pertinentes irrideat, perficit vt versus modulatus, & diuinum canticum numero compositum.* Inde paullatim progreditur sanctus Doctor ad comprobandum, quòd omnis labor facilè vincitur modulatione carminum.

Musicus cantus omnem duritiam emollit.

Nam etiam infantes ab vberibus pendentes fleant, & afflictentur, hoc cantu sopiuntur; vectores quoque iugalia animalia ducentes cantu aliquo itineris & meridiei molestias consolantur; agricolæ quoque & vindemiatores hoc cantu duros labores hilariter superant; nautæ etiam remos impellentes eodem cantu suum explent suauiter opus; mulieres quoque texentes, & confusa stamina radis discurrentes sæpè quidem & per se singulæ, sæpè etiam omnes concorditer laboris molestiam canendo eludunt Si labor omnis in actionibus corporis externis superatur per cantum, idem etiam labor superabitur medio cantu in diuinarum laudum munere explendo.

Idcircò volens Deus gratiorem suauiorem quæ hunc reddere laborem mortalibus, coniunxit melodiam Prophetiæ, vt omnes numero versus delectati cum magna animi alacritate sacros Hymnos emittant. Si laboris obtinent victoriam cantica profana, quæ sæpè damnum & exitium possunt animæ afferre, sicut & afferunt, eamdem certè victoriam obtinere non erit dubitandum. Cantica diuina, quæ à Deo fuere hominibus concessa, vt ex eis simul caperetur voluptas & vtilitas. Per hæc tollitur omnis labor tum con-

Cantus profanus exitiosus.

templ-

templationis tum actionis, & spiritus animique progressus maximè adiuuatur. In primis mens eam faciliùs obtinet ac diutiùs tenet attentionem, quam asserimus omnino necessariam rectè psallentibus: nam tarditas pronuntiationis, quæ deuoto coniungitur cantui, hoc præstat beneficium menti, vt ipsa queat suauiùs attendere ad ea quæ lingua profert. Hoc beneficium fuit ab Angelico Thoma qua solet breuitate & claritate traditum his verbis: *Si aliquis cantet propter deuotionem, attentiùs considerat quæ dicuntur, tum quia diutiùs moratur super eodem; tum quia, vt Augustinus dicit libro decimo Confessionum, omnes affectus spiritus nostri, pro sua diuersitate, habent proprios modos in voce atque cantu, quorum occulta familiaritate excitantur.* D. Thom. 2.2. q. 91. art. 2. ad 5. Ex Psalmorum cantu putat B. Chrysostomus oriri tum sanctificationem cantantium, tum etiam veræ Philosophiæ occasionem; quia verba animum purgent, & Spiritus sanctus in canentium animas descendat faciliùs, præsertim quando psallentes intelligentiam possident Hymnorum. Ad suam comprobandam sententiam adducit sanctus Doctor illa Pauli Apostoli verba: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto.* Ephes. 5. Quomodo obtineri queat hæc Spiritus sancti plenitudo, subditur his verbis: *Loquentes vobismetipsis in Psalmis, & Hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino,* hortando nimirum ad Psalmorũ modulationem. Expendẽs autem D. Chrysostomus verba illa, *in cordibus vestris,* quid sibi velint, ait idem esse ac cum intelligentia; *vt non os verba loquatur, & mens extrà versetur maximè diuagans, sed vt lingua ab anima*

Psalmorum intelligentia magnam vim possidet.

anima audiatur. Non ideò tamen hoc priuari fr
ctu dicendi sunt idiotæ canentes, quia sensu
non percipiunt; sed dicendum est, quòd h
non tanta digni fortassis sint Spiritus gratia, tam
sanctificabitur etiam in eis lingua per verba
sancta, si dicantur prompto attentoque anim

Cantus Psalmorum audientes allicit.

Adest etiam vtilitas audientium, qui cantu
lo, quasi quadam sancta illecebra, alliciuntur
Templa, vt horas diei sanctè expendant. M
ad Templa non accederent, nisi hanc piam m
dulationem essent audituri; & dum musicis c
centibus attendunt, quot tunc mala deuita
quoties multi ad meliorem frugem cõuersi s
quoties multi pij ad maiores virtutis progre
excitati sunt? Non malè scripsit quidam, qu
huiusmodi pius concentus motus diuinos &
mirabiles animis hominum incutiat, eosdem
ad studium pietatis ac deuotionis accendat, c
rerum mortalium & caducarum omnino libe
in obliuionem mundi pellat, ad contempla
nem denique cæli rapiat. Hinc alius musi
modulationem, non sine fundamento, sic de
loquentem introduxit:

Melodia miri effectus in animis mortalium.

Vinco, flecto, rego, cantu, dulcedine, plectro,
Dira, cruenta, feros, tartara, monstra, c
Languentes releuo, morituros excito, mœstos
Erigo, psallentes munio, vinco deos.

Et quotquot vmquam aut ficti aut veri dei
pti sunt effectus, ad animi mores componen
visi inter mortales, possunt simplici veritate tr
ferri ad pium concentum in nostris Templis
pletum; quia similes, imò etiam maiores effec
ex Psalmorum cantu in animis mortalium
quando deriuati sunt.

Pro

Prodiderunt antiquæ Ethnicorum Hiſtoriæ, Empedoclem modulationis vſu repreſſiſſe iuuenem ruentem in cædem; Pythagoram iuuenem vino calidum amoris æſtu percitum, iam iam in libidinum voraginem ruiturum, præmiſſo citharista tranquillaſſe, & ad mentem ſaniorem reduxiſſe; Antigenidem Alexandrinum remouiſſe Alexandrum Magnum ab epulis, & ad arma capienda commouiſſe, quaſi coëgiſſe ſola modulatione; Timotheum eumdem Alexandrum, quando ira diriori agebatur, adhibito concentu reddidiſſe agno mitiorem; Achillem effrenes iras, tamquam in animo debacchantes, vnius cantus ſuauitate compeſcere ſolitum fuiſſe; Agamemnonem Troiam profectum, vxori ſuæ muſicum excellentem tradidiſſe, vt eius modulatione delectata adulteris non aduerteret. Beſtias tradunt eſſe concentu vel mitigatas, vel incitatas; vti cum delphinis ab Arione actum eſſe ſcribitur, qui eos ſibi conciliauit. De equo ad tubæ ſonitum commoto proditur à ſancto Iob cap. 39. Caium etiam & Gracchum hac modulationis arte Romanum populum ſæpiſſimè ad ſuam voluntatem flexiſſe. Verùm alios longè maiores effectus quotidie in Eccleſia noſtra ex Pſalmorum cantu euenire ad animorum vtilitatem, licebit facilè cognoſcere tum ex iis quæ de pſallente Dauide deſcribit ſacra Hiſtoria, nam quoties Rex Saül à dæmone arreptus vexaretur, à Dauidis Pſalmodia liberabatur; tum ex iis quæ de ſe ipſo ſcribit & confitetur diuus Auguſtinus: *Cùm reminiſcor*, inquit, *lacrymas meas, quas fudi ad cantus Eccleſiæ tuæ in primordiis recuperatæ fidei meæ, & nunc ipſo commoneor non cantu, ſed rebus*

Muſice animi affectus commouet.

Muſicæ vi expulſus dæmon.

1. Reg. 16.

D. Auguſt. lib. 10. Cõfeſſ. c 33.

bus quæ cantantur; cùm liquida voce & conuenientissima modulatione cantantur, magnam institutionis huius vtilitatem agnoſco.

Hinc non minùs ſcitè quàm verè aſſerüit grauis Auctor ex noſtri Ordinis Religioſis, quòd *Pſalmodia ſi ſapienter, ſi attentè, ſi feruenter, si deuotè exerceatur, non tigres, ſed efferatas mentes permulcet, non quidem ſaxa, verùm corda, ipſa enimuerò lapidibus duriora, motu & vita donat, non ſiluarum robora, ſed pectora mortalium mouet: mo potiùs quàm loco mouet: non inferos recludit, ſed cælos veriſſimè patefacit; delet crimina, non vincit monſtra.*

Christoph. Giarda in ſua Ape Relig. l. 2. cap. 7.

Si tollantur abuſus qui in Eccleſiaſtico poſſunt irripere cantu, ſicuti, cùm de defectibus Libro ſequenti agemus, admonebitur, nihil esse modulationibus Pſalmorum reprehendendum, ſed vberrimi inde fructus & vtilitates percipiantur à mortalibus. Quando cantus eſt grauis & pius, ac laudibus Dei accommodatus, ita vt verba ſuauiter audiantur, & ſenſus queat ab intelligentibus percipi, quemadmodum à viris ſanctis deſideratur, qualiſque graui Synodali Decreto à ſancto Carolo præſcribitur ſuæ Eccleſiæ Mediolanenſi, varias ſpirituales operatur vtilitates animis tum canentium, tum audientium. Nónne & Angeli ipſi, ad animos hominum in Deum excitandum, modulatione cantus, tamquam medio aptiori, vſi aliquando ſunt? Teſtem profectò illam ſuauem modulationem altiſſimi Hymni, *Gloria in excelſis Deo*, quam læti expleuerunt per natum Chriſtum Dominum, deſcriptam à Euangeliſta Luca, quæ potuit etiam rudes paſtores excitare, imò & compellere, vt ad viſendum Chriſtum

D. Carolus in Synodo anni M. D. LXV. cap. De muſica. *Muſicam Angeli adhibent.*

Lucæ 2.

Christum se conferrent,& laudantes reuerterentur ad greges : *Reuersi sunt laudantes Deum.* Si musicum cantum adhibuere ad Dei laudes celebrandas sancti viri, mulieres, Patriarchæ & Angeli sublimes, cur nos quoque eumdem non amplectemur & comprobabimus? Ascendentes igitur Templum Domini, laudemus Deum nostrum *in psalterio & cithara, in tympano & choro, in chordis & organo, in cymbalis benesonantibus, in cymbalis iubilationis*, cantemus, exultemus, & psallamus, *Omnis spiritus laudet Dominum.* Psal. 150.

CAPVT XII.

Amor Dei ad Hymnodiæ excitat cantum.

Amor musicam docet, acuit, & sustinet.

VBI cor amat, lingua clamat, dixit Antiquitas. Hinc illud in schola Platonis proloquium, Amor musicam docet. Nec vmquam vllus cantus potuit sine amoris aliquo impulsu aut produci, aut productus diu durare. Quis excitare potest matrem ad cantum, vt lactentem prolem ac vagientem placet, nisi amor? quis philomelas luscinias que suauiter replere cantibus & modulationibus aërem docuit verno tempore, dum fecunditati operam præstant, nisi amor? Amor musicam docet. Sicut verum est hoc pronuntiatum in omnibus naturæ operibus, quod longum esset variis adductis exemplis comprobare, ita verissimum est in munere diuinarum laudum. Vbi amor Dei vigebit, vigere cognoscetur frequentia & impulsus ad Hymnorum cantum. Vbi

vehementior aderit amor, vehementior repetetur impulsus ad Hymnodiæ vsum.

Qui Deum diligunt, honorem & cultum eius quærunt.

Quicumque semper vero in Deum ferentur affectu, sicut cupient Dilecto suo omnem laudem & honorem, ita studebunt pro viribus Hymnis illum colere & celebrare, vt eius honor latè que publicè ab omnibus colatur, & dilatetur magis in animis mortalium: imò si possent, quot vellet animus, cuperent maiorem facere ipsum maximum infinitumque Deum. Circumfertur ad hanc rem emphaticus quidam diui Augustini erga Deum affectus, dum maximo æstuaret

D. Augustini affectus in Deũ dilectum.

Deum amore. Quòd si ipse Augustinus Deus se potuisset, nihilominùs adeò gaudebat Dei perfectissimis attributis, vt paratus esset libens volens ad seipsum spoliandum tanta dignitate, & Deo suo illam concederet. Ego fateor veritatem hunc affectum, qui tam vulgaris est apud Scriptores, nondum potui reperire inter scripta Augustini. Magni similes affectus erga Deum, qui ad laudationum vsum, visi à nobis sunt in Dilecto Hymnographo, qui licet sciret Deum esse magnitudine infinitum, cui nulla potest fieri magnitudinis accessio; tamen quando amore ardebat vehementiori in Deum, non solùm studebat ad Hymnos concinendos se recipiebat, quæ plurimùm exorditur à laudatione, vnde & nomen traxerunt Hymni, sed etiam verba eligebat apta, quæ, si fieri posset, maiorem redderent Deum amatum ac dilectum, vsurpat præsertim verba magnificandi Deum: *Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude.* & alibi: *Magnificetur Dominus,* quo verbum innuit desiderium augendi magnitu-

Psal. 68.

Psal. 39.

nem Dei. Non quia possit aliqua Deo fieri accessio siue quoad substantiam, siue quoad perfectiones, alioquin non esset Deus, nec infinitus, nec quidquid est in Deo Deus esset, contra omnem veram Theologiam; sed verba sunt eximij affectus in Deum, qui cupit etiam quod fieri nequit. Valdè sunt Deo gratæ huiusmodi animi declarationes, nam Deus potiùs animum pendit quàm censum.

Deus potiùs animum pendit quàm censum.

Eumdem amoris affectum visi sunt exhibere omnes animi spiritu & feruore pleni, &, iuxta feruoris plenitudinem, plenior quoque affectus declaratio visa est in illis. Hinc præcipua verba ex ore Virginis Deiparæ audita statim post Incarnationis mysterium in eius vtero peractum, fuere in Dei magnificationem declarandam: *Magnificat anima mea Dominum.* vbi licet etiam aduertere sensum illius verbi *magnificat*, in quo latet etiam specialis prærogatiua animi illius amore feruentis. Non dixit, Magnifica anima mea Dominum, quasi excitans animum ad laudes Dei, quemadmodum ceteris Sanctis dicere opus esset (quia non semper actu poterant omni tempore laudare Deum; sed colligere priùs cogitationes, & animum ad seipsum reuocare ab aliis occupationibus necesse erat, inuitando spiritum proprium, & dicendo cum Dauide: *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius*;) sed ipsa semper tam in itinere quàm in Oratorio, tam vigilans quàm dormiens, ait D. Ambrosius, actu Deum suum Hymnis laudabat & magnificabat; proinde sola dicebat: *Magnificat anima mea Dominum.*

Beatæ Virginis Deiparæ affectus singularis in Deum. Lucæ 1.

Psal. 102.

Animi beatæ Virginis Deiparæ prærogatiua. Lucæ 1.

Nec solùm ipsi, qui ex animo Deum diligunt,

Diligentes Deum cupiunt auxilium sociorum ad Dei laudes.

sunt laudibus illius frequentes & solliciti, sed et optant alias creaturas sibi associatas ad eamdem explendam laudationem, imò eas inuitant & accersunt. Tres pueri in Babylonica fornace constituti, ad nostrum exemplum, prouocare studebant omnes creaturas à Deo factas, vt secum Deum, communem omnium conditorem, celebrare non recusarent, *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula*; quasi impares se declararent operi tanto cùm Deus infinitis modis maior sit omni laude. Eumdem inuitandi socias creaturas modum ante hos præclarissimos iuuenes exercuerat sanctus Rex Dauid, præsertim vltimis suis Hymnis, prouocans omnes creaturas existentes in cælis, aëre, in terra, & subtus terram: *Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelsis.* aliàs etiam voluisset omnes amicos & notos sibi vnitos, socios ad hoc munus Hymnodiæ, dicens: *Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum.* Eumdem affectum videmus conseruatum etiam à profanis amatoribus, qui, amoris sui vehementiam testentur, implent chartas suspiriis, & prosopopœis etiam ad inanimata, inuitantes omnia ad laudes dilectæ creaturæ prosequendas. Imò apud omnes homines argumentum præcipuum veræ dilectionis & æstimationis habitum fuit desiderium & ardor circa laudes rei dilectæ & æstimatæ. Quò magis quis amare ac diligere alium cognitus est, tantò vehementiùs quærere visus est ab aliis auxilium ad eumdem celebrandum & laudandum. Huius affectus insigne exemplum proposuit nobis Christus Dominus in illa muliere, quæ, ob inuentam

Daniel. 3.

Psal. 148.

Psal. 33.

Cordis affectus erga res dilectas.

à se drachmam quam priùs amiserat, conuocauit vicinas & amicas, vt omnibus communicaret rei carissimæ deperditæ recuperationem, & ab omnibus exigeret ostensionem lætitiæ maioris: *Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram.* Et in illo pastore, qui, ob inuentam à se dilectissimam ouem, conuocare studuit omnes pastores regionis illius, vt omnibus communicaret proprium gaudium, & ab omnibus reciperet maioris lætitiæ ostensionem: *Congratulamini mihi, quia inueni ouem, quæ perierat.* Ob hunc communem omnium hominum affectum & desiderium acquirendi socios ad laudandum Deum, asserere non dubitauit sanctus Augustinus ad ea verba citata Dauidis, *Magnificate Dominum mecum*; quòd si veri amantes Dei reperirentur, adessent illis multi alij laudatores Dei ipsius, eorum exemplo & prouocatione excitati. *Si amatis Deum, rapite omnes ad amorem Dei qui vobis iunguntur, & omnes qui in domo sunt vestra.* & iterùm subdit: *Excitate in vobis amorem, fratres, & clamate vnicuique vestrûm, & dicite: Magnificate Dominum mecum; sit in vobis iste feruor.*

Lucæ 15.

Veri amantes Dei seipsos aliosq; student ad diuinum amorem excitare.

Ego asserere non dubitarim, quòd si aderit feruor amoris in Deum, aderit & desiderium & studium diuinarum laudum; &, ad mensuram dilectionis & feruoris, procedet studium laudationis tum in se, tum in aliis. Tantum aberit, vt Hymnodiæ in choro studiosos quis possit appellare inutiles, vt debeat potiùs eos celebrare veros Dei amatores. S. Augustinus, expendens illam Dauidis locutionem ad omnes gentes, vt Deo Cantica semper noua decantare & adhibere stu-

Psal. 95. deant, *Cantate Domino Canticum nouum, cantate Domino omnis terra*, acutè concludit, hunc cantum à feruenti amore originem trahere suam decens: *Cantare amantis est. Vox huius cantoris feruor est sancti amoris. Amemus, gratis amemus. Dominum enim amamus, quo nihil melius inuenimus; ipsum amemus propter ipsum, & nos in ipso tamen propter ipsum.* Quare sicut amor est cantus cantus Hymnorum, ita Hymnorum cantus nutrit amorem, & alter alterum inuicem promouet. Ideò Dauidici Hymni variis scatent affectibus amoris tum in Deum laudatum, tum in mandata & legem eius, tum in virtutes omnes; quibus additis aut decantatis incitatur animus ad huiusmodi affectus eliciendos.

Amor gignit cantum, cantus nutrit amorem.

Dauid vt Deo suo, imò potiùs mundo quàm Deo, declararet sui amoris magnitudinem, quem mundus penetrare non valet cordis affectum, docebat se cantasse Hymnos omni conatu cordis

Psal. 118. *Clamaui in toto corde meo.* vbi dignum est consideratione illud adiunctum *toto*: non enim vacuum mysterio putandum est, alioquin satis fuisset dicere *in corde*. Totum cor dicit, vt ostendat se cantare consueuisse omni cordis sui portione. Sunt ex psallentibus, qui altera tantùm cordis parte, nimirum subtilibus & altis speculationibus, psallunt, sed abest pars melior ipsius cordis, nempe amor & affectus. Qui acuto pollent intellectu, faciles sunt ad pulchras speculationes exercendas super Hymnis quos concinunt; sed si ardore amoris & affectus carent, dicere non poterunt se clamasse in toto corde. Meliùs explicabo hanc doctrinam præclara diui Bernardi considerationem, dum inuehitur in Luciferum; quia cùm subtilissimo

Cordis humani portiones duæ.

D. Bernar. Serm. 3. de Verb. Isaiæ

tilissimo & sublimissimo ornatus esset intellectu, frigidissimo tamen iacuisset affectu, ideò reprobatus à Deo, & à cælo eiectus fuit: *Tu habuisti miser lucem, sed ardorem non habuisti; bonum erat tibi, si lignifer magis esses quàm Lucifer, ne tam immoderato appetitu lucendi, vt eras frigidus, ipse frigidam quoque eligeres regionem* (nempe Aquilonarem intelligere volebat sanctus Doctor) quia frigidissima est, nam dixerat Lucifer: *Sedebo in lateribus Aquilonis.* Si itaque Angelo tam sublimi nihil profuit fulgor sine ardore, neque in nobis Deo placebit acumen ingenij alta speculantis, si desit ardor voluntatis. Totum cor adhibent feruentes laudatores, vti adhibebat Dauid dicens; *Clamaui in toto corde meo.* quod videtur innuere voluisse diuus Ambrosius super hæc verba, dicens *toto corde* idem esse ac, cogitationum sublimitate concentuque virtutum.

Isaiæ 14.

Ingenij acumen sine voluntatis ardore nullius est apud Deum meriti.

Psal. 118.

Horum amantium cantus numquam languet, semper feruet, nec vllo aut studiorum aut occupationum impedimento minui potest; in mediis etiam tormentis exercetur, & tenetur, etiam si Deus se aduersum & iratum semper ostenderet. De felici illo Propheta, qui, ob claram mysteriorum nostræ fidei locutionem, nomen Euangelici à diuo Hieronymo est adeptus, nimirum Isaia, qui tanta claritate loquitur de mysteriis ad Christum Dominum & ad Ecclesiam spectantibus, vt potiùs præterita describere quàm futura prædicere videatur; quique moribus & vita fuit talis, qualis in Christi alfeclis desideratur. Scitum est quòd fuerit constans in laudibus Deo concinendis omni tempore, etiam dum sibi cognosceret Deum iratum atque aduersum; is enim

Amoris erga Deum indicia.

Hymnum

Hymnum celeberrimum illi decantauit dicens:

Isaiæ 12. *Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi.*

Tepidi cantum Hymnorum detrectant. Soli frigidi & remissi cantum aut reprehendunt, aut fastidiunt, aut fugere etiam & declinare student. Veri diligentes Deum Hymnodiæ cantum tuentur & frequentant, sicut etiam à Deo caritus audiuntur, & citiùs exaudiuntur; non enim apud Deum solus attenditur vocis clamor, sed amor cordis, quemadmodum eleganti rhythmo prodidit Antiquitas:

Non vox, sed votum, non chordula musica, sed cor
Non cantans, sed amans cantat in aure Dei.

Qui rhythmus ob elegantiam translatus est a

Dist. 92. Glossa super cap. *Cantantes.* vbi agitur de conditionibus ad psallendum opportunis. Qui diligunt Deum, ab ipso diliguntur Deo. Qui amore

Amantis lingua percipitur à Deo. ardentes cantant, isti vtuntur apta lingua, quæ sola apud Deum intelligitur. Si quis à Deo eam gratiam, quam habuisse scribitur S. Ephræm, obtinere dignus esset, conspiceret haud secus ac ore psallentium diuinum egredi ignem. Narrat

Surius in Vita S. Basilij Tom. 1. mens. Ianuar. Surius, quòd dum hic sanctus vir relicta patria in Capadociam contulisset, vt sanctum Basilium, de quo præclara audierat, inuiseret, Ecclesiam primis adiuit, sibi certò persuadens, quòd ibi Episcopum posset videre. Nec spes fefellit, imò in ipso primo aspectu miram rem conspicere meo fuit dignus. Sicut enim hunc beatum Episcopum reperit tunc cum aliis Clericis diuina persoluentem, ita in eius ore, dum promeret verba sacra, vidit igneam linguam. Hoc spiritali diuinoque igne gaudere existimandi sunt, quorquot Deum ex animo diligenter canunt in choro. Si amor non adsit, etiam si Angelorum linguam &

cantum

cantum quis habeat, non magis à Deo percipietur, quàm æs tinniens ab homine percipiatur, iuxta doctrinam Pauli Apostoli dicentis: *Si linguis hominum loquar & Angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.* 1.Cor.13. Imò inter Angelos ipsos qui feruentiores sunt in Dei amore, frequentiores auditi sunt ab hominibus ad Dei laudes concinendas, & proximiores Deo existunt, & nomen ab amoris ardore obtinuerunt. Seraphim dicuntur, & Seraphim fuere, qui auditi sunt ab Isaia decantantes: *Sanctus, sanctus, sanctus.* Isaiæ 6.

Seraphini proximiores sunt Deo.

Quomodo autem Hymnorum cantus debeat adscribi amori Dei, qui est actus caritatis, iam explicauimus ad calcem Libri superioris, vt non sit opus nunc eadem repetere, sed supponere tamquam vera atque conformia iis quæ hoc asserimus loco, amorem nempe semper fuisse præcipuum musicæ doctorem; nec vllum vmquam fuisse verum amantem sine aliquo musico cantu; Cantica item esse Dauidicos Hymnos, Cantica scilicet animi verè diligentis Deum. Ad istorum Canticorum frequentationem eò auidiùs incitatur animus amantium Deum, quò certiùs vnusquisque nouit, per illa reddi dilecto Deo eum honorem, qui à nebulonibus & impiis publicè eidem detrahitur Deo. Multi namque peruersi homines in ludis, in viis, in plateis, in hospitiis Dei nomini ac honori detrahere minimè verentur; aut illi tribuentes quæ non decent, aut denegantes quæ debentur; vel maledicentes, vel illudentes, vel alio quouis modo blasphemantes. Nisi essent in militãte Ecclesia veri amatores Dei, qui publicè illius laudes purissimas, à Dauidicis Psalmis

Hymnodiæ vsus reddit Deo eum honorem, qui à blasphemis aufertur illi.

Psalmis oblatas, cantarent, cum hac etiam ex
pressa intentione restituendi dilecto Deo eum h
norem, quem alij in publico conculcant iniust
simè, cultus Dei exterior magno careret sibi n
cessario ac debito ornamento. Sollicitiores ess
ministri impietatis ad conuitia in Deum euom
da, quàm Dei amatores ad eiusdem Dei tue
dum cultum, & promouendum honorem, qua
repugnaret naturæ veri amoris.

Veri amatores Dei nequeunt abstinere à choro. Surius 6. Martij.

Feruidi amatores Dei numquam à diuinis la
dibus possunt se subtrahere; sed prompti &
lacres ad illarum frequentiam accedunt. Hu
rei illustre exemplum nobis reliquit beata vir
Colleta, magni in Deum feruoris Religiosa. H
tanto in Deum ardebat amore, vt licet non m
diocri laboraret morbo, numquam tamen vol
rit à diuinis laudibus & à choro abstinere,
que, propter Sororum paucitatem, de illis
quid minuere; sed, etiam si adessent cum
duæ tantùm vel tres aliæ Sorores, preces C
nicas omnes solemniter explere volebat. N
quam item, quod est mirabile, in diuinis peri
uendis Officiis vllum vel tædium vel labore
sensit, imò quantò ea prolixiora essent, tantò
gratiora videbantur. Quòd si aliquando exp
retur aliquam desolationem, mox inchoato O
ficio, confortata psallebat maximo spiritus fe
uore, perinde ac si ante oculos suos summi D
conspiceret glorioſissimam faciem. En feruo
effectus in corde Deum diligente. Possideat
quando hic amor omnium psallentium cor
quia tunc tota Ecclesia in terris viuens imitabi
Ecclesiam triumphantem in cælis: vbi sicut
det amor, ita viget Hymnorum feruidus can

sine vlla requie aut labore, ad gloriam altissimi Dei, qui sit benedictus in sæcula.

CAPVT XIII.

Ministrorum canentium sanctitas maiorem tribuit vim Hymnodiæ.

LICET omnes ministri Ecclesiæ, ad Hymnodiam in choro deputati, sint ad id munus explendum apti, & dum orant nomine Ecclesiæ, semper sint Deo accepti; dignitatem tamen maiorem ministrorum, in quocumque isti sint gradu, vim augere Hymnodiæ pro comperto supponunt omnes Catholici Doctores. Qui digniores erunt, siue inter Sacerdotes siue inter Leuitas, siue inter Clericos simplices siue inter quoslibet alios ministros ad hoc psallendi munus institutos, faciliùs ac promptiùs à Deo exaudientur. Digniores appello non gradu, sed ratione caritatis & gratiæ quæ in anima residente, & reddunt aliam animam alia digniorem coram Deo, iuxta illud Apostoli Iacobi pronuntiatum: *Multùm valet deprecatio iusti assidua.* Iacob. 5. Quo testimonio innixus Summus Pontifex Alexander scripsit de Sacerdotibus, quòd quantò digniores fuerint, tantò faciliùs pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. Quam Pontificis doctrinam insulsè reprehendunt hæretici; quia sicut oderunt veram Iustitiæ & gratiæ sanctitatem, ita eiusdem vim negare non erubescunt. Verùm, quidquid blatèrent isti sanctæ Ecclesiæ hostes, inhæreamus nos non solùm scripturis Apostolicis, sed etiam ipsi rationi euidenti: nam, etiam apud politicos,

Iustorum preces gratiores sunt Deo.

Alex. II. Epist. 2.

1. q. 1. *Ipsi Sacerdotes.*

liticos, discrimen agnoscitur inter virum & virum, etiam si ab eodem Principe ad idem munus eligatur. Nouimus omnes, quòd inter nuntios seu Oratores à Regibus missos, illi censentur ad munus legationis aptiores, qui eloquentiæ dono præditi, sciunt negotia prudenter & appositè agere, & Principis sui sensum aptè proferre, & explicare; si insuper peculiari valeant gratia apud alium Principem ad quem sunt missi, & apud eius primarios ministros: huiusmodi enim Oratores & nuntij solent feliciùs expedire assumpta negotia. Eodem omnino modo philosophandum est à nobis circa ministros ad Deum exorandum deputatos: licet enim omnes sint veri ministri & omnes eodem legationis fungantur munere pro populis ad Deum (nam hoc nomine Legatorum vocantur ab Apostolo Paulo ministri Ecclesiæ;) qui tamen maiori apud Deum pollebunt gratia, quia iustiores & sanctiores sint aliis, ut sine dubio faciliùs exaudientur. Hæc similitudo nuntij eloquentis exprimit aptissimè munus nostræ orationis Deo oblatæ, vti disertè demonstrare studet Parisiensis in sua Rhetorica diuina, dum disserit de oratione & virtutibus illius.

Principum nuntij aptiores ob eloquentiam.

Psallentes munere funguntur Legatorum apud Deũ. 2. Cor. 5.

Paris. de Rhetorica diu. c. 38.

Huic vitæ sanctitati & gratiæ acquisitioni studere deberent, quotquot sunt in Ecclesia Dei ministri; quia sicut ex laicorum facultatibus viuunt ad hunc præcipuum finem relictis, vt instituerentur perpetui ministri diuinarum laudum, qui dum laici suis distinentur negotiis, dum ludunt, dum rident, dum dormiunt, pro ipsorum incolumitate Deum exorent, ita debent sanctiori vitæ disciplina se disponere, vt à Deo facilè & promptè exaudiantur. Non mediocris culpa

Redditus Ecclesiastici instituti sunt à laicis, vt diuina obeantur Officia.

fiunt

fiunt rei, pœnas aliquando debitas ſubituri, qui ſuæ obligationis obliti, aut cum magna morum relaxatione viuunt, aut omnino ab Hymnodia ſe ſubducunt.

Vrgebat ſanctus Anaſtaſius, quem refert beatus Theodoretus in dubiis Scripturæ, illa verba Oſeæ ad miniſtros Templi, vbi peccata populi comedere dicuntur, *Peccata populi mei comedent,* & dicebat: *Hinc docemur, quòd nos veſcentes iis quæ offeruntur à populo, & pro eis preces non diligenter offerentes Deo, pœnas dabimus.* Huc ſpectat illud commune Canoniſtarum proloquium: *Beneficium datur propter Officium.* vnde qui non perſoluit Officium, priuandus etiam cenſetur beneficio; nam magna eſt relatio Officij ad beneficium, & beneficij ad Officium. Quod maximè fundatur in ſacris Litteris, in quibus conſtat, quòd omni ætate, & apud omnes nationes conſtituti fuere à laicis redditus pingues miniſtris Templorum, vt liberè ſine moleſtia poſſent iſti orationi & Sacrificiis vacare. Legitur de ſancto Rege Ezechia, quòd poſt conſtitutos miniſtros, qui in officiis ſuis Domino deſeruirent canentes & confitentes, conſtituit eodem tempore, & decreuit dari eis à populo redditus ad victum, vt poſſent vacare Domino. Idem reperiemus factitatum etiam apud Barbaras nationes à primis mundi ſæculis, quando adhuc nullum in mundo extabat vero Deo Templum erectum. Sicut tunc aderant miniſtri diis colendis deputati, ita ij fuere ex redditibus populorum pia ac liberali munificentia prouiſi, vt rebus ſacris, meliùs dixerim ſuperſtitioſis, falſorum deorum vacare liberiùs poſſent. Hanc exemplarem pietatem ob-

Oſeæ 4.

Beneficium datur propter Officiũ. cap. Si quis Sacerdotum. & cap. Eos etiam. quæſt. 11. diſt. 12.

2. Par. 31.

Sacerdotes idololatræ laicorum redditibus ſuſtentabantur.

Torniellus anno mundi 232.

seruauit Torniellus in Pharaone Rege Ægypti qui sicuti erat veræ expers Religionis, non ita omni pietate, saltem apparenti, fuit alienus, tempore præsertim illius famis vniuersalis, quæ omnem afflixit terram per annos septem, cùm omnes confugerent ad Ægyptum (vbi solùm, ex prouidentia sanctissimi Iosephi, qui penuriam prædixerat, venalia dispensabantur frumenta) ipsos & terras proprias vendentes Regi in seruitutem, vt vitæ alimenta obtinerent. Non potuit

Genes. 47.

Rex ille, quamuis Barbarus, tunc pati terram Sacerdotum venumdari, imò statuit illis alimenta gratis ex horreis publicis.

Psallentium error quando cordis sanctitati non student.

Dum igitur populi benefici & liberales existunt in Ecclesiasticos, vt isti pro ipsis Deum exorent, pudere deberet eos, qui, tantæ obligationis obliti, torpescunt in munere tam stricti iuris nec student se componere, vt & muneri suo faciant satis, & citiùs à Deo exaudiantur. Offenditur ab istis non solùm ipse Deus, si non persolvatur illi debitum tributum; sed etiam ipse laesus proximus, pro quo ex iustitia debetur oratio oblatio. Multis timeo grauem illam commi tionem à diuo Bernardo prolatam: *Va tibi clo ce, mors in olla; quia populi constat esse peccata comedis, sumptus Ecclesiasticos gratis habere tas.* Caueant sibi, qui maiores pinguioresq possident redditus, si negligenter munus explere inuenientur. Si enim onus maius exc scit, vbi maius existit emolumentum, non forsan coram Deo à veritate alienum illud q rumdam Doctorum non mediocris gradus p nuntiatum; quòd nimirum plura beneficia p sidentes, pluries quoque teneantur recitare nonn

nonicas preces. Hoc tamen nos non asserimus, sed tantummodò recolimus, vt inde arguatur, magnam esse impositam ministris Ecclesiasticis obligationem, etiam ex hoc solo titulo reddituũ, ad sanctitatem vitæ procurandam, & ad muneris sui perfectam absolutionem.

Huic autem sanctitatis studio impensiùs tenentur operam dare illi ministri, qui ratione status ad maiorem vitæ perfectionem sunt à Deo vocati, nimirum Regulares personæ à sæculo eductæ, & ad Religionis felicem statum adductæ. Hi sicut ex peculiari Dei gratia ad sortem Sanctorum sunt vocati, nulla ipsis imposita cura nec de nundinis, nec de negotiis, non de victu, non de vestitu, non de liberis, nec de vxoribus, non de sanguine, nec de carne, ita etiam maioribus donantur redditibus & possessionibus; copiosiusque in Monasteriis aluntur, vt cunctis sollicitudinibus liberi, exactiori cultui diuino possint sedulò vacare, atque strictiori obseruatione, tum diuinorum præceptorum tum sui Ordinis institutorum, sanctiorem vitam profiteri, & orationes perfectiores pro populis offerre Deo valeant. Quasi dixerim, quòd inter alias causas, ob quas Deus optimus permittit viuere improbos & malos in mundo, hæc forsan sit non postrema, vt isti suis bonis temporalibus adiumento sint personis Religiosis, quæ diuino incumbunt cultui, vt expeditiùs possint suo muneri facere satis. Nam ipsi improbi, cognoscentes vias suas malas, timentesque sibi aliquod malum à Deo vindice iusto, quærunt sibi amicos de mammona iniquitatis; & ad orationes & vitam bonam illorum confugiunt, vt à Deo tum sustinean-

Regularium personarum maior ad sanctitatem obligatio.

Impij cur à Deo permittantur viuere.

neantur, tum aliquando efficiantur digni misericordia, eleëmosynas, facultates & propria bona Religiosis sanctioribusque personis libenter offerendo. Nam certum esse cognoscimus, quòd ob vnum iustum orantem plurimis impiis parcere soleat Deus; quemadmodū ob vnum Abrahamum omnes gentes benedictionem salutis à Deo recipere meruerunt, iuxta illud: *Benedicentur in semine tuo omnes gentes.* & quemadmodum vnus Eliseus dictus fuit *Currus Israel & Auriga eius*; quia suis precibus & meritis totum Israëlitarum Regnum sustentabat, ne à vindice Deo puniretur.

Iustorum precibus sustinentur impij.

Genes. 22.

4. Reg. 13.

Dum Deus liberalior erga Religiosas personas suæ prouidentiæ benignitatem præbet; dumque populi ipsi, consilia Dei exequentes, suas facultates Religiosis personis largissimè communicant, maior inde Religiosis consurgit obligatio vitam sanctiorem exercendi, & orationes fundendi frequentiores, vt Dei & populorum respondere valeant intentioni. Ad Religiosos omnes ego nunc omnium Religiosorum minimus offeram adhortationem huic rei opportunam, quam confidentiùs vsurpabo, quia ne minimum quidem apicem proferam ex me, non enim tantum mihi licentiæ assumere auderem, sed verba sanctorum virorum, quos scimus Deo apprimè gratos, possum adhibere.

Religiosæ personæ frequentiori orationi studere tenentur.

Illam hoc loco recolamus grauem cohortationem, quam sanctissimus Dux populi Hebræi Iosue habuit ad totum populum, ne cùm in terras & regiones, omnium benedictionum plenas, aliorum populorum essent Dei benigno fauore introducti, vbi tot tantisque bonis absque labore pe-

perfruebantur ; ne, inquam, Dei obliuiſcerentur benefactoris, ſed eum colentes corde magno timerent atque diligerent, eique ex animo ſeruirent: *Dedi vobis*, ait, *terram, in qua non laborastis, & vrbes quas non ædificastis, vt habitaretis in eis, vineas & olineta, quæ non plantastis. Nunc ergo timete Dominum, & ſeruite ei perfecto corde atque veriſſimo.* Vnuſquiſque noſtrûm ſibi ipſi ſuggerat, quòd verè in terram lacte & melle manantem introductus à diuina miſericordia, aliena bona poſſidet abſque labore; inde cognoſcet, ſe teneri ad ſanctitatem & perfectionem vitæ impenſiori cura obtinendam & acquirendam, ne ingratus ſit Deo tam liberali. De nobis altiori ſenſu dicta ſunt illa verba Dauidica: *Dedit illis regiones Gentium; & labores populorum poſſederunt, vt cuſtodiant iuſtificationes eius, & legem eius requirant.* Vbi aduertenda illa cauſalis particula *vt*, quæ oſtendit & declarat finem ac intentionem Dei donantis hæc bona. Hoc textu Dauidico inhærens diuus Gregorius admonebat, quòd ſi quis Deum tot bona largientem non recognoſceret bonorum operum executione & ſtudio, timere iuſtè poſſit, ne vnde nutritus piè creditur, inde iuſtiùs damnetur.

Religionis ſtatus ſimilis terræ lacte & melle manantis.

Ioſ. 24.

Pſal. 104.

D. Gregor. 3. Par. Paſtor. admonit. 27.

Qui Religioſi reſpondere non ſatagunt obligationi ſanctitatis, nec proprij inſtituti obſeruationes & Regulas cuſtodire curant, ſicut graniùs quàm laici Deo ſuo ingrati peccant, ita iram eius ſibi acriorem prouocare non deſinunt; vt timere valdè ſibi debeant magnum aliquod iudicium. Quos Deus videt abuti acceptis commoditatibus ad alium finem quàm ipſe conceſſit, iratus iuſtè punit, priuans eos bonis iam da-

Religioſorum negligentiorum pœnæ acriores.

tis. Caueant Religiosi minas illas ab eodem sancto Duce Iosue factas populo legem Dei non custodienti, nimirum fore, vt Deus eos auferret de regione illa, quam concesserat, pingui atque electa: *Sicut ergo* Deus *impleuit opere quod promisit, & prospera cuncta venerunt; sic adducet super vos quidquid malorum comminatus est, donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima, quam tradidit vobis, eò quòd præterieritis pactum Domini Dei.* Verè pactum transgrediuntur Religiosi qui vitam professioni emissæ non conformant. Nam Deus videtur tradidisse nobis statum Religionis eo pacto, vt perfectioni vitæ & morum studeamus, & orationi feruentiori & frequentiori pro populis incumbamus. Si inuenerit Deus aliquos huic obligationi non respondere, poterit iustè illos punire aliqua dispersione, quemadmodum comminatus est per Iosue & re ipsa videmus expletum in populo Hebræo. Saltem multi Religiosi audituri sunt opportuno tempore obiurgationem illam acrem, quam protulit Ieremias nomine Dei ad populum electum & ad Sacerdotes illius gentis: *Induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius, & optima illius; & ingressi contaminastis terram meam, & hereditatem meam posuistis in abominationem. Sacerdotes non dixerunt: Vbi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores prævaricati sunt in me; & prophetæ prophetauerunt in Baal, & idola secuti sunt, propterea adhuc iudicio contendam vobiscum.* Ne, quæso, obsurdescamus vocibus istis, quæ si attendantur, in Religiosos tepidos ac negligentes appositè vrgent. Memores simus, quòd vbi maior extitit gratia, ibi gra-

Ios. 23.

Dei minæ ad malos Sacerdotes.

Ierem. 2.

Maior gratia nisi pro-

uior adesse debeat pœna, si gratia non prosit ad salutem. Concedere dignetur Dominus noster vnicuique Religioso, vt quod ore quotidie profert, dum canit vel recitat, *Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum, & exquirã eam semper*, opere ipso aliquando expleat, & vita, exemplo, precibus & hortationibus populos ad meliora prouocet. Tunc sicut vita respondebit statui, ita preces maiorem apud Deum vim possidebunt.

sit ad salutem, maiores exigit pœnas.

Psal. 118.

CAPVT XIV.

Plurium cantantium societas confert Hymnodiæ varias vtilitates.

CVM ratio chori, in quo diuinæ persoluuntur laudes, exigat plurium societatem concordem, qui eodem animo & consonantia, licet diuersis vocibus, alternis versibus & vicibus, eumdem celebrent & precentur Deum Hymnis & Canticis, præstat videre ac considerare, quanta ex hac concordi plurium societate proficiscantur bona atque vtilitates. Hæc cognitio plurimùm conferet ad chori amorem & frequentiam fouendam. Tria præcipua bona ex hac vnione orta possumus attendere, nimirum vsum cantus faciliorem, insuper Dei maiorem delectationem, tandem precum vim efficaciorem.

Chori vsus plurima confert psallentibus bona.

Cantus vsus redditur facilior ex alternatione versuum, qui modò ab vna chori parte modò ab alia dicuntur: dum enim alij cantant, quiescunt alij, & hi statim feruentiores redeunt ad cantum dum illi quiescunt. Hac alterna canendi forma

Cantus Psalmorum facilior in choro.

ad noſtram informationem, vti ſuperiori dixi-
mus Libro, vtebantur Seraphini, ab Iſaia in an-
tiqua Eccleſia, & à D. Ignatio Epiſcopo & mar-
tyre in noua Eccleſia auditi, canentes alter ad al-
terum Hymnos Deo altiſſimo. Hac forma expe-
tur ſuauiùs illud onus, quod aliàs eſſet & labo-
rioſum & graue, propter prolixitatem Pſalmo-
rum & precum, quando ſemper ab iiſdem vo-
cibus ſine vllâ quietis interpolatione concine-
rentur.

Hac eadem alternationis ſeu viciſſitudinis for-
ma in onerum deportatione nouerunt vti ipſa a-
nimalia rationis expertia, ab ipſa natura edoct-
vt ſuauiora reddantur onera portanda. De cer-
prodiderunt graues Scriptores, quemadmodu-
refertur à D. Auguſtino, quòd dum paſcua m-
tare volentes, fretum aliquod tranare optis-
bent, quia onere cornuum valdè premuntur,
quo poſſent ex latitudine tractus maris facilli-
tandem demergi, ita ſe ordinare nouerunt,
vnus poſt alium poſitus collocet caput ſuum p-
graue ſuper anteriorem ſibi ſocium. Et ne q-
prior alios antecedit onere preſſus demerga-
quia nulli præcedenti caput ſuum poteſt imp-
nere, ſolent vicibus alternis officium ducis ſ-
ire, ac præcedere; ita vt qui prior anteceſſit p-
aliquod freti ſpatium, iam ſui capitis onere l-
ſatus, poſt omnes ſe recipiat, vt caput ſuum n-
clinet ſuper vltimum ceruum, interim alius c-
cis fungitur munere, donec laſſatus recedat p-
omnes ad quieſcendum: hac alterna mirabili r-
ciſſitudine ſuauiſſimè perueniunt ad litus inte-
tum. Quod itaque nouerunt explere cerui in fo-
torum & fluminum tranſnatatione, idem obſe-

Ceruorum induſtria in fretis tranſuadendis. Homil. 21. de Verbis Apoſt. & lib. 83. qq. q. 71. & in Pſal. 41.

qua

uant Ecclesiastici in Officij diuini & cantus exercitatione; alternis enim versibus explent suum munus mira suauitate, ob interpositam quietis vicissitudinem.

Secundo loco, ista pluralitas & varietas cantantium maiorem Deo exhibere dignoscitur delectationem, ob eam rationem, quia exhibent musicæ modulationis, qua Deũ summoperè delectari tradunt sacri Libri, perfectũ exemplar. Sicut musica modulatio ex plurium vocum concordi discordia coalescit, in ea enim adesse debent voces graues, acutæ, altæ & variæ, omnes tamen reddunt suauem concentum; ita dum in choro Ecclesiastico plures conueniunt psallentes, qui sunt varij tum temperamenti, tum ætatis, tum gradus, tum aliquando etiam patriæ, nihilominùs reddunt eosdem Hymnos, easdemque preces, orationes, & sonum. Quando præsertim omnes sunt vera caritate coniuncti, dici poterunt suauissimam modulationis & musicæ formam referre Deum valdè delectantem. hoc sensu dixit sanctus Augustinus, *Quòd multi homines caritatis vinculo colligati vnus sint homo, & ipsorum vnius hominis vox in Psalmis plerumque auditur; & sic clamat vnus tamquam omnes, quia omnes in vno vnus sunt.*

Plurium psallentiũ concordia Deo est gratior.

D. August. Præfat. in Psal. 69.

Quantum delectetur Deus hac cantantium diuersa conditione & qualitate in vnum conspirante, possumus rectè colligere ex variis sacri Euangelij & Apocalypsis locis. Nouimus ex Euangelio magnas miraque promissiones factas à Deo fuisse pluribus orantibus in vnum coactis. Semel promisit Christus Dominus, se concessurum quamlibet petitionem emissam à pluribus concordibus in fundenda oratione: *Dico vobis, quia si*

Varia gratiarum promissiones orantibus in vnum factæ.

Matth. 18.

si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis. tunc autem sermonem fuisse de petitoria precatione ab hominibus ad Deum offerenda, docet Caietanus ad eum locum. Addidit statim Christus Dominus aliam promissionem, nimirum promissam suam diuinam præsentiam iis, qui simul vnitis orationem conueniissent: *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* In cuius præsentiæ & assistentiæ figuram possumus recolere situm ex diuina ordinatione Altaris incensorum designatum, nempe coram Arca Domini. dixerat enim Deus: *Altare aureum, in quo adoletur incensum, coram Arca testimonij.* Non sine mysterio voluit Deus collocandum Altare incensorum coram Arca, in qua Deus aderat præsens. Figura ista fuit diuinæ præsentiæ promissæ orantibus in vnum collectis. Quis modò nectat Altare incensorum, quod aureum erat, designare orationem caritati coniunctam? nam aurum est symbolum caritatis, incensum autem orationis. Si oratio, ex diui Dionysij doctrina, dicitur eleuatio mentis in Deum, etiam incensum in Deum dirigitur, vnde vtrumque simul in Psalmis à Dauide copulatur: *Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Cum igitur Deus promittat & exhibeat suam præsentiam hisce orationibus coniunctim à pluribus oblatis, concludere nouit animus, magnam ex hisce orationibus delectationem in Deum deriuari.

Exod. 40.

Altare incensorum typus est orationis caritate feruentis.

Psal. 140.

Quinimò si dicamus, delectationem istam non esse valdè dissimilem ab ea, quam in Empyreo cælo haurit Deus ex Hymnodiis Beatorum, forsan non dicetur quidquam hyperbolicum, sed simplicius

Laudes cariores Deo in cælis à creaturis diuersis offeruntur.

simpliciter verum: nam prodidit diuus Ioannes, Apoc. 4.
quòd solemniores & gratiores Hymnodiæ Deo oblatæ in cælis expleantur à quatuor animalibus simul vnitis, sed diuersæ naturæ, conditionis & formæ, nimirum à leone, vitulo, homine & aquila; quæ animalia requiem non habebant die ac nocte dicentia Hymnum trisagion: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est.* Qua voce emissa, quia gratissima est Deo, statim applaudunt viginti quatuor alij seniores, illis animalibus se iungentes, exclamantes: *Dignus es Domine* Ibidem.
Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem; quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. En quomodo delectatur Deus laudibus oblatis à creaturis diuersæ speciei & conditionis, vt cognoscantur ex hisce narrationibus, quòd tunc gratiores reddantur laudes, quando à pluribus in vnum coactis explentur, & offeruntur. hinc illa Tertulliani sententia: *Coimus in cœtum & congregationem, vt ad Deum, quasi facta manu, ambiamus orantes.*

Tertiò, ex hac plurium canentium in choro vnione prouenit precum vis efficacior. Tanta pol- *Multorum simul orãtium preces non respuuntur.*
lent apud Deum auctoritate preces vnitæ plurium personarum, vt si quod petitur sit honestum, obtineatur citiùs & certiùs ab istis. Licet omnes preces, quæ puro fiunt corde à singulis priuatim orantibus, esse possint sæpeque sint Deo gratæ; nihilominùs faciliùs respuentur à Deo quàm orationes multorum simul precantium. Expendere solebat ad hoc institutum Origenes illam petitionem tanti ponderis oblatam à Sponsa in Canticis, cùm dixit: *Osculetur me osculo* Cantic. 1.
oris

oris sui. Magna certè petitio, quæ nimiam tedi-
let familiaritatem; quia tamen fiebat à Spon-
id est ab Ecclesia, quæ plurium fidelium de
congregationem, fuit illicò exaudita: præsent-
enim habuit Sponsum desideratum, cum eo m-
loquia trahens suauia. *Meliora sunt vbera tua v-*
no. Ex quibus verbis acutè colligit Origenes p-
sentiam Sponsi, cùm non ampliùs per mod-
optantis, sed præsentis eum alloquatur. vnde c-
stat promissionem illam fuisse expletam, qu-
Dominus per Isaiam pronuntiauit: *Adhuc lo-*
quente dicam, Ecce adsum.

Origenes Homil. in Cantic. 1.

Isaiæ 58.

Ad eamdem rem confirmandam eleganter
tiones congerit beatus Chrysostomus Homil-
Incomprehensibili Dei natura. Postquam e-
pronuntiauit, preces in Templis factas esse
gratiores ratione sanctitatis loci, affert e-
vnionem plurium orantium: *Vbi,* inquit, *tres, vbi clamor felici societate excitus ad Deu-*
immortalem refertur. In hac societate vult d-
Chrysostomus esse efficaciam maiorem pro-
illam vnionem: *Est enim in hoc plus aliquid,*
delicet concordia, conspiratio, copula amoris &
ritatis. Expendere solebat Doctor egregius
tionem illam factam à fidelibus simul vnit-
prima nascente Ecclesia pro incolumitate P-
qui erat ad supplicium, ex Regis Herodis
creto, euocandus die postera: cùm enim
fieret *sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pr-*
ecce Angelus Domini adstitit soluens catenas
carceres aperiens, sospitemque educens Pet-
in libertatem. Ex hoc euentu appositè concl-
diuus Chrysostomus magnam vim & efficac-
precum à communi aliquo Ecclesiæ conse-
factarum

S. Chrys. Hom. 3. de Incompr. Dei nat.

Loci sanctitas & vnio orantium vim auget precibus.

Actor. 12. *Prcees Ecclesiæ liberant Petrũ è carcere.*

factarum : *Quòd si Petro Ecclesiæ oratio profuit, & columnam illam ac firmamentum nostræ Religionis carcere liberauit, cur eius vim tu contemnis?*

Precum vnio cogit Deum.

Quando videt Deus plurium affectus simul vnitos, quasi videtur coactus exaudire, quemadmodum aliquando euenire conspicimus inter nos mortales. Sæpè clamor populorum deprecantium gratiam pro reo ad mortem addicto extorquere solet. Euentum præcedentibus similem libet aduertere in destructione Ierichuntis. non enim sine mysterio voluit Deus, quòd non priùs corruerent illius vrbis muri, nisi post clamorem simul vnitum totius populi. Tunc statim muri demoliti iacuerunt. *Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, muri illicò corruerunt.* qui effectus non acciderat nec prima, nec secunda, nec tertia die vsque ad septimam; quia totus populus non vociferauerat, sicuti tandem vociferauit in vltima præscripta die. Hunc euentum considerans Origenes, concludit, maiorem inde cognosci vim communium orationum.

Ios.6. *Ierichodestruitur clamore.*

Origenes Homil.7. in Iosue.

Quia res ista est maximè iucunda, libet diffusiùs eam comprobare aliis euentibus præclaris, quos vidit nostra Ecclesia Catholica. Recolamus hoc loco orationem illam Apostolorum & fidelium simul congregatorum vnà cum sanctissima Virgine Deipara, dum prima ipsius Ecclesiæ iacerentur fundamenta: nam orantibus omnibus vnanimiter in cœnaculo Sion, adfuit repentè de cælo Spiritus sanctus igneis flammis, qui illos felices orantes accendit, & incendit, imò suauissimè adussit. Hic euentus non ea tantummodò accidit vice, sed iterùm ac sæpè, quando

Spiritus sanctus precibus obtinetur.

primi

primi illi pij fideles vniti orabant. Insigniores quemdam alium euentum describunt sacræ Historiæ, quando, fidelibus quibusdam simul cum Apostolis in oratione coniunctis, dum vnanimes dicerent, *Domine, tu es qui fecisti caelum, et terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, qui Spiritu sancto per os patris nostri Dauid, pueri tui, dixisti*, &c. *Nunc Domine respice in minas eorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum*, vix peracta oratione, motus factus est in illo loco verè beato, adfuitque super illos orantes Spiritus sanctus, qui illos repleuit.

Act. 4.

Nec posterioribus temporibus similes euentus denegati sunt aliis orantibus simul iunctis non tam loco, quàm animo & affectibus. Anno M. CC. XLVII. in Conuentu Montispessulani in Gallia, dum ad generalia Comitia ex omnibus orbis partibus frequentiores conuenissent Religiosi Ordinis Prædicatorum, & in ipsa die sanctissimæ Pentecostes essent vnanimiter congregati pleturi Horam Tertiam, ad Hymnum, *Veni creator Spiritus*, ecce visus est Spiritus sanctus descendere in ignea claritate super psallentium cleri rum, implens eorum corda diuino ardore. Et cum maioribus cumularentur donis veri illi pij Religiosi, visa deinde etiam est beata Virgo Deipara benignè respiciens eos. Dum enim congregati Ecclesia cantarent deuotissimum Hymnum, seu Canticum, *Salue Regina*, adfuit sanctissima Dei para Filium Deum gestans inter brachia; postque ante Fratres, ad illa verba, *Et Iesum benedictum fructum ventris tui*, ostendebat singulis Fratribus eumdem Filiolum: cùm ad ea verba peruentum fuit, *O dulcis virgo Maria*, quando

Vmbertus lib. 1. Ferdinand. Castil. p. 1. lib. 1. c. 61.

Spiritus sanctus descendit super psallentes pios.

Beata Virgo Deipara ostendit se orantibus vnitis.

D. Anton. 3. p. Histor. tit. 23. c. 3. §. 1.

caput profundè inclinabant, ipsa resalutans Fratres se inclinabat. Quod illis tunc contigit visibiliter, contingere sæpè inuisibiliter credendum est animis rectè dispositis ac præparatis inter orandum & psallendum. Quòd si fortassis non semper concedatur huiusmodi gratia, non idcircò virtus Spiritus sancti credi debet imminuta, vel diuina misericordia super psallentes abbreuiata, sed id nostris euagationibus aut aliis prædominantibus in corde passionibus est adscribendum. Melius itaque semper est orare cum aliis coniunctim quàm solum, etiam ob eam causam; quia quod aliquando, imò sæpè, non auderet quis petere suæ vilitatis conscius, id obtinere merebitur ex petitione facta ab aliis sociis, qui fortassis gratiores Deo sunt, & magis accepti. Nam dum singuli orant pro omnibus, aiebat D. Ambrosius, sequitur vt omnes orent pro singulis. Hinc fit, quòd cognoscentes tot tantaq; bona ex societate psallentium orta, omni sepposita alia cura, studeant interesse choro ad diuinas persoluendas laudes vnà cum aliis; vel si in itinere necessariò reperiantur, solent in ipsis locis hospitij socios adhibere ad recitationem Officij. quemadmodum à nostro Episcopo Dossenio obseruauimus factum, dum, visitationis gratia, siue ad nostros Religiosos, siue ad Religiosos Fullienses proficisceretur. Quemadmodum etiam obseruare solitum scribunt D. Dominicum in suis itineribus. Idem hodie obseruatur à multis piis Religiosis, qui nouerunt fructus magnos ex hac societate prouenientes.

D. Ambr. lib. de Cain & Abel, cap. 9.

Pia persona student recitare Officium vnà cum sociis.

CAPVT

CAPVT XV.

Vigiliæ nocturnæ ab Hymnodiæ studiosè obseruandæ.

Tempus nocturnum aptissimum orationi.

QVIA Eccleſia noſtra Hymnodiæ & oratio-
bus, nocturno tempore Deum præueni-
illique clamans, diligentiſſimè vacare numqua-
deſtitit, idcircò ſemper cariſſima fuit Deo, q-
ſummoperè delectatur huiuſmodi obſequ-
quemadmodum ex variis Scripturæ ſanctæ lo-
licet colligere, & cognoſcere. Sponſa Canti-
rum quærebat per noctem maximo ſtudio D-
ctum ſuum, & hic ad eam aduenire ſatage-
eodem tempore noctis, plenum ferens caput
re, & cincinnos guttis noctium. Hinc Iſaias
Deum confugiebat nocturnis horis: *Anima*
deſiderauit te in nocte. & Ieremias incitabat
ipſum & alios fideles ad noctis vigilias cele-
diendas, vt Deus meliùs laudaretur: *Confurge*
lauda in nocte, in principio vigiliarum. Hæc præ-
uentio indicium eſt animi vehementer ſolli-
& anxij erga diuinas laudes. Explicabat ad hu-
rem appoſitiſſimè diuus Ambroſius verba
Hymnographi, *Memor fui Dei, & delectatus*
Quo loco loquebatur ſanctus Rex de nocturn-
precibus ad Deum ſuum directis. Confert au-
tem ſanctus Ambroſius hoc ſtudium Dauid
cum ſtudio Sponſæ in Canticis quærentis per n-
ctem Dilectum; & vtriuſque ſollicitudinem n-
ſtræ accommodat Eccleſiæ, dicens: *Audi Eccle-*
ſia vocem quærentis etiam in noctibus Chriſtum.

Nocturnæ preces Deo gratiores.

Hæc ſollicita præuentio fidelium ad nocti-

Cantic. 3. & 5.

Iſaiæ 26.

Thren. 2.

D. Ambr. in Pſal. 118.

nas vigilias tanto ardore vigebat in primitiua nostra Ecclesia, vt omnes omnino ad eas conuenirent. Huius veritatis testes luculentissimos habemus ipsos nostræ Religionis hostes præcipuos. Plinij Iunioris extat Epistola ad Traianum de moribus Christianorum agens, in qua testatur, se in Christianis nihil obseruasse culpa dignum, nisi quòd suo Christo antelucanos canerent Hymnos. Huius Epistolæ meminerunt Tertullianus, Eusebius, Nicephorus, & alij Ecclesiastici Scriptores. Vigebat tunc in Ecclesia Dei fides & meditatio futuri iudicij vniuersalis, quod, sicut creditur, peragendum circa mediam noctem, propter verba Sibyllæ à Lactantio Firmiano in huiusce rei confirmationem allata, eoque tempore omnibus fidelibus obuia; ac præsertim propter illa verba Domini nostri ad discipulos suos in parabola decem virginum: *Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiàm ei.* Ita incitabat feruidos pioque illos fideles ad huiusmodi sanctam laudabilemque vigiliarum obseruationem, vt à veniente iudice inuenirentur paratiores, iuxta eiusdem Domini nostri consilium & monitum: *Vigilate ergo, & estote parati, quia qua nescitis hora filius hominis venturus est.*

Nocturnis vigiliis primi Christiani frequentes.

Plinius Secundus Epist. ad Traian.

Tertul. in Apol. c. 2.

Euseb. l. 3. cap. 26.

Nicephor. lib. 3. c. 17.

Lactant. Firmian. l. 7. Instit.

Matth. 25.

Matth. 24.

En quantæ semper habitæ sint existimationis in Ecclesia nostra à viris Apostolici feruoris nocturnæ Hymnodiæ. Qui feruor non solùm Apostolorum tempore, sed etiam per multa posteriora sæcula feliciter perdurauit. Diui Hieronymi ætate adeò florebant nocturnæ Hymnodiæ, vt nefas putarent, sine causa necessaria abesse; & tanta animorum consensione ac deuotione Hym-

ni Deo persoluebantur ab illis fidelibus, vt di-
cere licuerit diuo Hieronymo, nocturnarum vi-
giliarum insigni defensori : *Tota Ecclesia no-
cturnis vigiliis personabat Christum Dominum, q
in diuersarum gentium linguis vnus in laudib
Dei spiritus concinebat.* Tuetur sanctus Doct
harum vigiliarum sanctam institutionem aduer-
sus maledicta cuiusdam hæretici, qui licet nom
naretur Vigilantius, potiùs dici deberet per an-
tithesim Dormitantius, qui eas & vanas & i
Deum iniuriosas appellabat, & improbab
Contra hoc monstrum validissimis pugnauit ra-
tionibus & argumentis diuus Hieronymus, vi
dicans sacras nocturnas vigilias à calumniis im-
piissimi hæretici. In eamdem sententiam pl
scribit sanctus Augustinus Ecclesiæ columen,
non solùm collaudaret hoc pium institutum
diœcesanis, sed etiam animaret ad frequentatio-
nem vigiliarum. Verùm in his longiùs immo-
ri non est huius loci, cùm de iis iterùm debea
quædam alia haud inutilia dici Libro sequenti
earum commendationem.

D. Hieron. Epist. 48. ad Sabin.

Nocturnarum vigiliarum hostes hæretici.

Illud ad nos, qui Religiosiores ratione sta
esse deberemus, spectat, vt vigiliarum noctu-
narum obseruantiam sartam tectamque tueam
Nam sicut in ceteris fidelibus laicis sola pieta
frigescentis causa, non autem ob aliquod Eccl
siæ Decretum, abiit in desuetudinem hæc pia ob
seruantia; ita nos ad cultum Dei tuendum des
nati, deuotè, promptè ac studiosè somnum oc
lis præripientes hanc retineamus, alioquin si
nobis etiam deficiet, prorsus extincta iacebit
Ecclesia. Etiam ipse Hymnographus, qui noctu
narum vigiliarum fuit custos solertissimus,

Vigiliarum nocturnarum obseruatores Regulares.

dia semper nocte surgens ad confitendum Domino, voluisset tanto operi addictas præcipuè Religiosas personas, quæ nullis distentæ sæculi negotiis, domum inhabitant Domini in Claustris degentes. quare aliquando integrum efficacis hortationis cecinit Psalmum, eas accersens & excitans ad operis istius studium perdiligens, dicens: *Ecce nunc benedicite Dominum omnes servi Domini.* Psal. 133. Muneri namque diuinarum laudum maiori censebat Dauid vinculo obstrictos eos, qui diuino, ratione status, sunt obsequio mancipati. *Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.* Ij enim sicuti habitatione gaudent à tumultibus remotiori Deoque proximiori, ita tenentur impensiùs laudes persequi diuinas. *In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum.* Nocturnum tempus potissimum suadet, tamquam omnium aptissimum ad benedicendum Deo in Hymnis & confessionibus, tum propter communem omnium rerum quietem & silentium, quæ psallentibus maximè fauent; tum propter temporis opportunitatem, quæ magis est placita Deo. *Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cælum & terram.* Benedictiones tandem pro coronide à Deo super istis vigilantibus & psallentibus exoptat ex animo, & precatur enixè. Qui enim in Hymnis Deo concinendis horas quietis impendit, diuinis meretur repleri benedictionibus. Dauidicam istam hortationem libenti audiunt animo omnes Hymnodiæ cultores, eamque studeant diligenti persequi studio. Hanc quotidie mater vsurpat Ecclesia, nec sine alto consilio eam pro vltimo completorij Psalmo proponit canendam psallentibus, vt scilicet ab illa excitati

animi pij, ad proximas sequentis noctis resumendas vigilias reddantur promptiores & alacriores. Illud nobis sit curæ, ô Religiosi quotquot estis, siue viri siue feminæ, quod dicebat Apostolus Paulus ad fideles Corinthios, dum illos adhortatur, vt se Dei dignos ministros ostenderent, dicens: *In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros.* inter alia opportuna media enumerat ac suadet vigiliarum obseruationem. *In vigiliis.* Ex quibus verbis ansam desumit Turrecremata dicendi, quòd non sit verus Dei minister, qui nocturnas fugit sacras vigilias: sicut contrà, qui laudibus Dei nocturnis vigiles adesse studeat, sicut Angelorum cælestium assumunt officium, ita eorumdem nomina sibi promerentur. Inter Angelorum sanctorum nomina, à Propheta Daniele vsurpata & tradita, insigne fuit nomen vigilis: *Et ecce vigil & sanctus de cælo descendit.* Vbi diuus Hieronymus admonet eo nomine fuisse à Daniele appellatum Angelum sibi amicum, quia Angeli semper vigilant, & ad Dei imperata exequenda sunt semper parati. Deinde subdit eamdem nominis sortiri felicitatem, qui nocturnis Dei laudibus adesse studeat ex mortalibus, vnde & nos, ait, crebris pernoctationibus imitamur Angelorum officia. Hinc apud sanctiores Religiosos huiusmodi vigiliarum obseruatio tantæ extitit veneronis, vt neque aduersæ valetudinis causa potuerint nonnulli à nocturnis vigiliis seipsos subtrahere. Insignem in hoc genere historiam refert Surius, dum obiter egregias cuiusdam Monachi, nomine Zachæi, qui sub disciplina Magni Pachomij vitam agebat cælestem, recenser virtutes; in primis scribit, quòd hic Religiosus tam

2. Cor. 6.

Daniel. 4.

D. Hieron.

Angeli semper vigilant.

Surius in Vita sancti Pachomij, Tom. 3. mens. Maij

colebat

colebat alacritate monasticos omnes conuentus, vt numquam ab eis abesse cognitus fuerit. Deinde quòd variis licet afflictaretur corporis doloribus, imbecillimæque semper esset valetudinis, numquam tamen à nocturnis abfuerit vigiliis, quæ semper à media nocte vsque ad manè peragebantur in cantu Hymnorum; nec tamen ad somnum redibat, sed reliquum diei tempus in operibus manuum transigebat.

Has vigilias obseruare maximè decet Ecclesiam, quæ, veluti castrorum acies ordinata, hostibus terribilis esse describitur; idcircò more militiarum conuenit vigilias & excubias obseruare, non quidem vt corpora vel res externas custodiat, quemadmodum armis custodiunt milites stipendiarij à Principe positi, sed vt Hymnis & orationibus paratas hostis communis insidias excludat. Ad nos Ecclesiasticos spectat imitari militum sæcularium vigilias, vt expleatur id, quod non semel à Christo Domino pronuntiatum est de vigiliis huiuscemodi militaribus. Sicut notæ sunt quatuor noctis vigiliæ in castris exercituum ab antiquis diligentissimè obseruatæ, quarum vnaquæque ternis horarum spatiis explebatur, de quibus agunt Scriptores de re militari agentes; ita Dominus noster meminit secundæ & tertiæ vigiliæ apud D. Lucam, & quartæ vigiliæ apud D. Marcum, vt nos inuitaret ad vigilãtiam. Pudere nos deberet, aiebat D. Chrysostomus, quando patimur nos Christi militiæ initiatos negligentiores tardioresque vigiliis spiritualibus adesse, quàm sint milites laici suis vigiliis à Principe politico decretis. Hi nec labori parcunt, neque ob pluuias, aut gelu, haud sine vitæ

Cantic. 6. *Ecclesia Dei more militiarum excubat ad animarum custodiam.*

Militum vigiliæ nocturnæ quatuor. Veget. l. 3. de Re milit. cap. 8. Lucæ 12. Marci 6. D. Chrys. Homil. 26. in Acta Apost.

discrimine, abstinent ab officio circumeundi muros, propter loci & ciuium incolumitatem. Eò magis erubescere deberemus, quia faciliores nobis sunt indultæ huiusmodi vigiliæ, respectu earum vigiliarum quas obseruabant prisci Religiosi. Illi pluries surgebant ad Hymnos qualibet nocte, quater nimirum, iuxta quatuor vigiliarum quarum vnicuique vnum ex Nocturnis diuini Officij assignabant, primum Nocturnum primæ vigiliæ, secundum Nocturnum secundæ vigiliæ, tertium Nocturnum tertiæ vigiliæ, Laudes autem quartæ vigiliæ. Nostris temporibus indulgens Ecclesia nostræ humanæ imbecillitati, quæ videtur deterior effecta, ad vnicam tantùm nocte vigiliam, siue media nocte, siue post mediam noctem, siue ante auroram, reduxit hanc nocturnam vigiliarum custodiam; qua, vnica vice omnes Nocturnos canere simul cum Laudibus, iam est communis vsus, quemadmodum testatur experientia.

Nocturnæ preces separatim explebantur in antiqua Ecclesia.

In eos, qui, somni quietisque amantes, inuiti surgunt ad nocturnas Hymnodias, eam rationem adducentes, quòd nox ad quietem & somnum sit à Deo facta, validissimis argumentis & exemplis inuehitur diuus Chrysostomus. Primò vrget exemplum operariorum manualium & mercatorum, qui mediis consurgunt noctibus ad opera artis & ad negotia exercenda; vt proinde non sit admittenda excusatio eorum qui afferunt labores & occupationes præcedentis diei.

D. Chrys. Homil. 26. in Acta.

Argumenta ad vigiliarum custodiã suadendam.

Nam quantumcumque laboraueris, ait sanctus Doctor, *non laborabis quantum ærarius, malleum tam grauem ex tanta demittens altitudine, scintillas & fumum toto suscipiens corpore, laborat, & fumum*

tamen maiorem partem noctis in hoc opere absumit. Suggerit deinde Regis potentissimi consuetudinem, qui media nocte surgebat ad confitendum Deo, & lauabat per singulas noctes lectum suum. Licet tantus Rex per diem esset in Regni administratione, in publicis negotiis expediendis, in subditorum litibus audiendis, in Principum aliorum Legatis excipiendis occupatus; nihilominùs, post aliquas somni horas, surgere ad vigilias noctis non grauabatur. Et sicut aliquando se facturum spopondit Deo dicens, *Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te* (quod idem est in sensu Hebræorum ac si dixisset, *Per singulas vigilias meditabor in te*, vti obseruat diuus Hieronymus Hebraicæ phrasis peritissimus) ita ad vnguem obseruare studebat: *Media nocte surgebam ad confitendum nomini tuo.* Quantumcumque sis delicatus, non es profectò delicatior illo Rege: quantumcumque sis diues, non es ditior illo. Surgere igitur debet vnusquisque libenter, & oculos præuenire in confessione, Deumque sibi acquirere propitium; quoniam Deus plus nocturnis placatur orationibus ob hanc rationem, quia videt nos nobis ipsis arripere tempus quietis, vt illi vacemus. Et quia animus tunc est purior, leuior ac subtilior; tum etiam quia tenebræ ipsæ, & silentium omnium rerum, compunctioni fauere cognoscitur. Si item cælum suspiciamus, videbimus stellarum choros, seu choreas, Deum scintillantibus radiis celebrare, & laudare.

Vigiliarum nocturnarum sollicitus obseruator Dauid.

Psal. 62.

Psal. 118.

Psal. 141.

Nocturnis precibus delectatur Deus.

Nec desunt insignia mysteria diuinitus peracta, quæ si considerationi obiiciantur, poterunt animum ad vigilias promptiores excitare. Noctis

Mysteria à Deo peracta nocturnis horis.

Exod. 11. tempore ab Angelo exterminatore percussa et Ægyptus somno sepulta. Noctis tempore virgines prudentes in Euangelio cum Sponso ingrediuntur ad nuptias, & fatuæ reiiciuntur. Noctis tempore creditur ab Ecclesia Verbum incarnatum ex sinu Virginis matris, post nouem decem sos à conceptione menses, prodiisse, iuxta illud

Sap. 18. Sapientiæ : *Cùm quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus* Domine *de cælo à regalibus sedibus* venit. Noctis tempore, siue circa primum gallicinium, siue circa auroram, constans est omnium Doctorum sententia, fuisse gloriosam Domini nostri peractam Resurrectionem. Addamus denique, eumdem Christum Dominum pernoctasse non semel in oratione, non quidem necessitate aut indigentia compulsum, sed vt formam imitationis præscriberet suis.

Diligentia quanta in vigiliis nocturnis obseruandis. Psal. 76.

Quanta diligentia sint obseruandæ huiusmodi vigiliæ docuit Hymnographus illis verbis, *Anticipauerunt vigilias oculi mei.* Quæ verba innuunt sollicitudinem & diligentiam præcipuam; ita vt non deceat virum feruidum dormire, vt aiunt, in vtramque aurem, imò ferè nec deceret expectare ictum campanæ vocatis, sed potiùs præuenire. ideò alia versio legit : *Sollicitè stetit oculus meus in vigilia.* Hinc diuus Hieronymus, vt quicumque alius sit Auctor nomine Hieronymi, in hunc Psalmum facit hanc illationem : *Ergo Monachus, qui non vigilat, non potest hunc versum dicere.* Noster Cosmas Dossenius adeò alacris aduolabat ad nocturnas vigilias, quas nos obseruamus in nostro Ordine ante auroram per duas circiter horas, vt studeret sæpè præuenire

sonum

ſonum campanæ: quod vt faciliùs exequi poſſet, culcitram è cubili amouit, ne lanæ mollitie detentus pigrior conſurgeret, & ſolius paleæ duritie impulſus expeditior eſſet.

Qui nouerunt expeditiores alacrioreſque eſſe ad harum vigiliarum frequentiam, magnam ſibi comparant copiam meritorum, tum propter operis excellentiam, tum etiam propter maiorem, quam ſibi inferunt, vim ad vincendam naturæ & ſenſus repugnantiam. Hæc aduertant tepidi illi pſallentes, qui ſicut inuiti ſurgunt ad nocturnas vigilias, nihil de meritorum apud Deum lucro curantes, ita opus tam egregium reddunt ſibimetipſis difficilius, cogitantes apud ſe, & cenſentes, nullum reperiri tempus propriæ incolumitati magis noxium, quàm iſtud nocturnum in ſuo Ordine obſeruatum: inuident aliis Ordinibus, qui ad eaſdem ſurgunt vigilias tempore, vt ab ipſis creditur, magis opportuno. Hinc qui media nocte ad diuina ſe conferunt Officia, dum reſpiciunt ad eos qui poſt mediam noctem proximiuſque ad auroram ſurgunt, torquentur dolore, putantes illis rem feliciùs ſuccedere, quia ſomni quietem diutiùs continuant. Qui poſt mediam noctem ſurgunt verſus auroram, dicunt huiuſmodi tempus eſſe ceteris moleſtius, tum propter horæ conditionem, quam dicunt ſomno conciliando magis conformem; tum propter ſtomachi concoctionem, quam credunt tunc impediri. Aptius idcircò prædicant mediæ noctis tempus, quod minimè experiuntur. Et hac dæmonis aſtutia in ſua fouentur tepiditate; & vnde feruidi ſumunt ſtimulum excitationis, iſti hauriunt materiam acediæ. Vnuſquiſque Religioſus

Nocturnarum vigiliarum merita magna.

Tepidorum miſera conditio.

ſtatuat tamquam certum apud ſe, quamlibet in-
tempeſtæ noctis horam, ſiue in media ſiue in po-
ſtrema nocte, ſemper futuram carni moleſtam
ac duram; quia rem ipſi carni apprimè acceptam,
ſomnum ſcilicet, aufert. Ad quod inſtitutum
poſſumus haud incongruè vſurpare illud Dauid-
Pſal. 72. dicum pronuntiatum: *Et caſtigatio mea in ma-*
tutinis. Verè caſtigatio carnis quotidiana volun-
tariè aſſumpta incipit in ipſo momento ſurgendi
ad matutinas laudes, quando generoſus vir non
laborem, ſed ſublimitatem expendens operis,
vim facit appetitui carnis, & ſuperat omnem ſen-
ſus difficultatem. Ob hanc præcipuam cauſam
puto, coram Deo pluris fieri nocturnas quam
Nocturnarum vigiliarum meritum. diurnas Hymnodias. Omnes, ſiue nocturnæ
ſiue diurnæ laudes, ſunt Deo acceptæ, at ei-
co acceptiores nocturnas: quia mortales ſurgen-
tes ad huiuſmodi vigilias, tempus ſomni & quie-
tis, quo alij, tum laici tum Eccleſiaſtici, man-
ma fruuntur delectatione, conſecrant Deo; ſu-
ius laudes ſuis præferunt commodis. Hymno-
graphus non dubitauit aſſerere, quòd has vigi-
lias commendauerit Deus ipſe animis certè ge-
neroſis, qui Dei gloriam auidiùs ſitientes quam
cerui aquam, nouerunt, quaſi dixerim anatomi-
ca ſubtilitate, vitæ tempus & horas diei, ad eun-
dem Dei gloriam celebrandam, & ad proxi-
Pſal 41. promouendam vtilitatem, diſtribuere. *In die*
mandauit Dominus miſericordiam ſuam, ait Pro-
pheta, *& nocte Canticum eius*. Hoc diuinum man-
datum obſeruant ad vnguem illi Regulares, qui
ſicut diei horas variis miſericordiæ erga proxi-
mum operibus, nempe docendo, concionando,
ſcribendo, Sacramenta miniſtrando, ad proxime-
rum

rum dirigendam ſalutem expendunt; ita noctis horas, deuota Canticorum modulatione, celebrandis Dei ſui, quem impensè diligunt, attributis & virtutibus libenter tribuunt. feruidi itaque harum vigiliarum cultores augeãt animum, ſperentque à Deo, cui tam impensè ſeruiunt, inſignem alicuius gratiæ opportuno tempore dignationem: hos enim ſolet benigniſſimus Deus ſingularibus proſequi fauoribus ac gratiis ſuper ceteros homines.

Libeat hoc loco recolere eximiam illam dignationem, quæ omnibus ſæculis erit admirabilis, quando benigniſſimus Deus, ſtatuens mundo manifeſtare myſteriũ illud omnium, quotquot in æternitate ipſe pro ſalute noſtra eſt operatus, maximum, nempe Verbi ſui in carne natiuitatem, eligere voluit rudiores vilioreſque homines, relictis tot aliis altioris conditionis & gradus, qui eodem tempore in iiſdem regionibus viuebant. Vnuſquiſque nouit, nullum ferè hominum genus reperiri aut vilius aut rudius paſtoribus ad cuſtodiam gregum addictis, qui potiùs induiſſe mores pecudum, quibuſcum diu noctuque conuerſantur, quàm eſſe homines aliis ſimiles videntur: ad hos nihilominùs primos miſit Deus per Angelos ſuos ſublimiores nati Verbi in carne lætiſſimum nuntium. Quare non Principes, non ſapientes, non diuites, non Sacerdotes, non alij magnæ notæ viri, quibus Iudæorum abundabat regio, eliguntur? Inter huius diuini conſilij rationes eam haud cenſeo poſtremam, quia vigilabant iſti paſtores ſingulari ſtudio ſuper gregibus ſuis eodem tempore & hora, quibus hoc ſublime diuinum peractum eſt myſterium. Hæc

ratio

ratio videtur innui à ſancto Euangeliſta narra-
hanc ſuauiſſimam hiſtoriam. deſcribit enim fu-
ſe in his paſtoribus ſingularem vigilandi ſole-
tiam, dum ait: *Et paſtores erant in regione ea-*
vigilantes, & cuſtodientes vigilias. Si commune
vigilandi modum tenuiſſent paſtores, ſatis fu-
ſet illa narratio, *erant vigilantes:* at quia exacti-
rem impenſioremque vigilandi formam ſerua-
bant, augere Euangeliſta voluit orationem i-
verbis maximè emphaticis, *& cuſtodientes vi-*
gilias. O felicem vigilantiam horum paſtoru-
hæc meruit à Deo, qui vigiliarum diligit cul-
res, ſingulariſſima viſitari dignatione. Meru-
runt iſti vigiles paſtores primi omnium au-
lætiſſimum illud nuntium, ab Angelis ſublim-
ribus miro coruſcantibus lumine è cælis allatu-
Euangelizo vobis gaudium magnum, quia na-
eſt vobis hodie Saluator. Meruerunt, poſt feli-
ſimam Genitricem & ſanctiſſimum eius Spo-
ſum, primi videre, cognoſcere, adorare, laud-
natum in carne mortali vnigenitum æterni Pa-
Si vigilãtibus Iura ſuccurrere aſſerunt ſapien-
vigilantibus diuinas eſſe paratas viſitationes p-
dicãt ſacri Codices. Si dormientes in ſtratis va-
donis relinquuntur cæleſtibus, vigilantes cop-
ſis abundant donis eximiis. Id etiam videre n-
bis licebit in pſallentibus, ſi Eccleſiaſticas re-
lere hiſtorias minimè pigebit. Referam hoc lo-
miram viſionem, quam Deus optimus maxim-
tempore B. Dorothei concedere dignatus eſt c-
dam Religioſo ſacrarum vigiliarum ſtudioſo, n-
mine Dioratico. Is quadam nocte, dum ad ſ-
cras laudes ſurrexiſſet, & in Eccleſia adeſſet, v-
dit circa Hymnodiæ initium exeuntem è Sacra-
quemda-

Mira Dei gratia erga vigilantes.
Lucæ 2.

Ex B. Doroth. Bibl. Patrum Tom. 2.

quemdam ſenem veſte ſplendida indutum, & paruum calicem in manu tenentem cum ſua Hoſtia. Hic ſenex, tincta priùs Hoſtia in calice, chorum obambulans, Fratres omnes ibi exiſtentes obſignabat; ſedes autem eorum qui aberant alias obſignauit, alias pertranſiit abſque vllo ſigno; deinde rediit in Sacrarium. Ex quo itetùm circa finem Hymnodiæ exiens, eamdem ſignorum formam tùm Fratrum præſentium tum aliquarum ſedium repetiit. Mirabatur Dioraticus hoc factum, non intelligens quid ſibi vellet. Ecce ſenex, dum rediret ad Sacrarium, pertranſibat prope Religioſum admirabundum: qui audax effectus, genibus flexis humiliter obſecrauit ſenem, vt horum ſignorum declararet myſteria. Senex reſpondit: Ego ſum Angelus Dei delegatus ad obſignandos Fratres diligentes & feruidos, quos à principio vſque ad finem Pſalmodiæ reperio. Interrogatus, cur aliquorum abſentium ſedes obſignaſſet, aliorum verò minimè; reſpondit, quòd ſignaſſet ſedes eorum abſentium, qui promptiſſimi & paratiſſimi erant ad Hymnodiæ vigilias, ſed alij erant vel neceſſitate impediti, vel ex obedientia obdormiebant; hi enim animi propoſito aderant, proinde à Deo benedictionis ſigno dignabantur. At qui potuiſſent adeſſe, ſed deſidia & torpore victi non conuenerant, tamquam indigni tali ſigno cæleſti omittebantur. Contemplamini, ait Auctor, quale nobis donum miniſtret & offerat, qui nos ad vigilias & laudes Dei excitat. Curate Fratres Angelicum ſignum non amittere; at ſi contigerit aliquem ex vobis dormitare, fueritque ab altero excitatus, ne moleſtè feratis, ſed potiùs gratias agite

Vigiliarum nocturnarum ſtudioſi ab Angelo Dei ſigno cæleſti decorantur.

Deſides ad nocturnas vigilias ſignum benedictionis Angelicæ amittunt.

agite ei, quicumque ille sit. Magnam tandem obtinebit vim, ad hanc vigiliarum frequentiam exemplum aliorum consurgentium ad easdem vigilias, tum in suo tum in aliis Ordinibus: multos enim habemus in Ecclesia Religiosorum Ordines, qui nocturnas tuentur omni studio sacras vigilias; cuiusmodi est Ordo Carthusianorum, qui eamdem surgendi legem ab initio fundationis susceptam retinuere inuiolatam; item ex Ordine sancti Francisci, tum qui dicuntur Capuccini; tum qui sunt strictioris Obseruantiæ; tum Moniales eorumdem Ordinum; item Carmelitarum discalceatorum à sancta Teresia institutum, seu potiùs ad pristinam Carmeli disciplinam restitutus; & alios plures, quos recensere longum esset. Expedit hos sibi proponere ad sui ipsius excitationem. Quod alij exequi nouerunt, tu non poteris exequi? Hunc stimulum ex aliorum exemplo sibi adhibitum vrgebat Auctor ille vere pius, verè deuotus, ac semper vtilis, quicumque ille sit, siue Thomas à Kempis, siue Ioannes Gessen, siue Gessen, qui aureum scripsit libellum De Imitatione Christi, omnibus viris veræ virtutis studiosis valdè familiarem, dicens: *Attende (o) thusianos, Cistertienses, & diuersæ religionis Monachos & Moniales, qualiter omni nocte ad psallendum Domino assurgunt; & ideò turpe esset, vt tu debeas in tam sancto opere pigritare, vbi tanta multitudo Religiosorum incipit Deo iubilare.*

Regularium Ordines nocturnas vigilias custodientes multi.

De Imitat. Christi l. 1. cap. 25.

CAP

CAPVT XVI.

Vigilias matutinas colunt Hymnodiæ ſtudioſi.

AGENDVM nunc eſt de alia ſpecie vigiliarum, quæ ſicut proximè ſequuntur ad vigilias nocturnas, ita communiores ſunt, tum iis qui media nocte non ſurgunt (nam ſaltem plurimi circa auroram, priùs tamen quàm hæc naſcatur, conueniunt ad diuinum explendum Officium) tum etiam iis qui iterùm ſurgunt ad continuandum Officium iam media nocte inceptum: omnes iſti alacres eſſe debent ad has vigilias colendas, & exercendas. De iuſtis pronuntiauit Sapiens, quòd ſoliti ſint ſtudere orationi ſummo manè: *Cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conſpectu Altiſſimi deprecabitur.* quaſi dixerit, quòd iuſtorum oculi præuenire ſtudent lucem diei, vt priùs aſpiciant Deum quàm diem. Sicut vigilia matutina eſt precibus ac contemplationi opportunior omnibus aliis diei horis; ita eſt valdè grata Deo, & in Scripturis ſummoperè commendatur. Aptius aſſero orationi tempus matutinum ob varias rationes. Animus tunc exiſtit ab omni impedimento magis liber, cùm nec ciborum pondere, nec negotiorum phantaſmatibus aut grauetur, aut offendatur; ſed (verbis vtar diui Bernardi) tunc ſumus à curis exterioribus ieiuni, & ſpiritus noſter ſobrius inuenitur. vnde à diuo Chryſoſtomo dicuntur homines eo tempore integri, ſobrij, vigilantes; quia nec grauedo capitis,

Alacritas ad vigilias anticipandas eſt ſignum iuſtorum. Eccli. 39.

Matutinum tempus contemplationibus opportunum. D. Bernar. lib. de Vita ſolit. D. Chryſ. Hom. 69. in Matth.

capitis, nec rerum cura, nec quidquam huiusmodi eos, quasi Angelos in cælis versantes, perturbat.

Matutinæ preces à Deo ordinatæ.

Hinc est, quòd hoc tempus matutinum Deo sit ceteris gratius, in cuius rei figuram tradidit Deus priscis Templorum ministris hanc legem circa nutrimentum ignis perpetui: *Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet Sacerdos subijciens ligna manè per singulos dies.* Super quem locum scribens Hesychius, postquam cōsideratam hanc legem accommodatam cordi nostro, in quo tamquam in altari, ardere semper debeat amor Dei, vt ostendat, quænam ligna sint aptiora in escam, & quo præsertim tempore sint adhibenda, ait; quòd sicut materia ignis sunt ligna, quæ manè sunt componenda, ita nobis sunt materia subministrationis spiritus diuinæ legis testimonia, & sacrorum Eloquiorum meditatio. Ergo hæc manè in lumine componere debemus, id est in vigilia & sobrietate animæ. Manè Deus exquirit à nobis lignorum compositionem, vt ignis nutriatur in cordibus nostris. quæ enim mane offeruntur, sunt illi gratiora. Ad quam rem Hymnographus opportunè dicebat: *Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua.* Et quibus verbis desumit cohortationem diuus Ambrosius, dicens: *An nescis, ô homo, quòd primitiæ tui cordis ac vocis quotidie debeas?* & postquam ostendit, quòd Dauid duo præcipua tempora colebat, nocturnum scilicet & antelucanum, in suos Hymnos Deo fundendos, tandem hortatur ad colendum tempus matutinum dicens: *Gratia est, si te otiosum in stratis radius solis orientis intus recundo pudore conueniat, & lux clara feriat oculos*

Hesychius in Leuit. 6.

Psal. 118.

Primitiæ cordis Deo cariores.

los somnolento adhuc torpore depressos. Multas ibi sanctus Doctor congerit rationes opportunas ad animi religiosioris incitationem, vt præuenire studeat ortum lucis; quia gratissimum sit tempus illud antelucanum ad Deum laudādum in Hymnis & confessionibus: nam præuenientes diem, merentur inuenire Deum sibi propitium. Cui sententiæ concinit ipsius Dei pronuntiatum: *Ego diligentes me diligo; & qui manè vigilauerint ad me, inuenient me.* Quo textu D. Bernardus vrgebat suos Religiosos, vt Deo studerent vigilare; quia quò solertiores erunt Deo, Deum sibi benigniorem inuenient, nam hanc in nobis ipse diligit solertiam: *Vides quomodo non solùm de amore suo certum te reddat, si quidem tu ames illum, sed etiam de sollicitudine sua, quam pro te gerit, si te sensérit sollicitum sui. Vigilas tu? vigilat & ille. Consurge in nocte in principio vigiliarum tuarum. Accelera, quantum vis, etiam ipsas anticipare vigilias; inuenies eum, non præuenies.* Hanc Dei clementiam & dilectionem erga animos vigiliarum studiosos mirabatur S. Iob, & verbis magnificis celebrabat: *Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, & subitò probas illum.* Qui rectè cognosceret hanc Dei clementiam erga alacres ad consurgendum, numquam omitteret vigilias matutinas, imò eas præuenire studeret, certus quòd Deum benigniorem erga se acquireret.

Prou. 8. D. Bern. Serm. 69. in Cant. *Deus miris prosequitur vigiliarum studiosos.* Iob 7.

Angeli ipsi, qui omni tempore sunt diuinarum laudum studiosi, videntur circa tempus auroræ studiosiores. De quo studio ardentiore videtur Deus locutus ad suum Iob illis verbis: *Cùm me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes*

Aurora tempus etiam ab Angelis obseruatum. Iob 38.

nes filij Dei. Vbi pro filiis Dei iam aduertimus in-
telligi Angelos, quorum laudes iunguntur lau-
dibus, quas dicunt Deo cæli & astra tempore ma-
tutino; quasi hæ gratiores sint Deo quàm a-
per diem oblatæ. Hinc forsan accidit, quòd An-
gelus ille, qui per integram noctem fuerat lucta-
tus cum Patriarcha Iacob, cùm aduertisset vi-
Gen. 32. nam esse auroram, clamare cœpit: *Dimitte me,*
iam enim ascendit aurora. Si quis percunctetur
quam ob causam, appropinquante aurora, insti-
cœperit Angelus iste discessum, respondet Lo-
ranus, quia tempus illud ab Angelis maxima di-
ligentia obseruatur, ad Dei laudes intensè
peragendas. Quasi dicere voluerit Angelus: Do-
me ampliùs detineas, & impedias ab hoc opere,
quia tempus est vt cantem laudes Dei cum cæ-
Angelis sociis. Qui ex mortalibus alacriores
erunt ad Hymnodiam summo manè explendam,
similes erunt Angelis sanctis, qui eodem tempore
alacriores sunt ad eiusdem operis exercitium.
Hoc argumentum attendant præcipuè nostri Ec-
dinis Religiosi: debet enim nos maximè proui-
care, qui ante auroram surgere solemus ad præ-
explendas Matutinas in choro. Si alacres fue-
mus ad opus, chorum faciemus vnà cum An-
lis sanctis. *Equid igitur,* ait D. Basilius, *beatum*
quàm hominem in terra concentum Angelorum
imitari? ineunte statim die in orationes ire? in Hym-
nis & Canticis Creatorem venerari? S. Iob, qui hoc
Angelorum officium nouerat, ex Dei instructione
modò citata, Sacrificia sua solebat summo mane
Deo offerre pro incolumitate filiorum spiritum.
Iob 1. *Consurgensque diluculo offerebat holocausta per*
singulis.

D. Basilius Epist. ad Gregor. Nazian.

Ex apum ardore, quæ sollicitè relinquunt alueuaria matutina luce ad gemini aut triplicis bombi sonum, vt opera mellis conficiant, ducit argumentum opportunum ad Religiosos excutiendos à somno, & excitandos, vt alacres surgant ad vigilias Matutinas, Christophorus Giarda in sua Ape religiosa, ne homines vincantur solertia ab animalculis vilibus. *Apum vigilantia nos excitat.* l. 3. cap. 1.

Non spernendum profectò hoc priuilegium, quo gaudent viri Religiosi Hymnorum cantum habentes, qui à Deo sumunt diei & operationum felix initium. Primi enim gressus sunt ad Templum; primæ voces sunt in Dei laudes; primæ cogitationes ad Deum diriguntur. Felices prorsus Religiosi, inde sibi futura possunt promittere felicia & fausta. Feliciores expectent progressus diei, qui primordia tam sancta auspicantur. Hanc felicitatem nouerunt, licet consequi non potuerint, Gentiles, & Ethnici. Libuit scribere Marco Tullio, quòd à Ioue & à ceteris diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia: idem ante ipsum docuerat Plato in suo Timæo dicens, quòd omnium magnarum rerum à diis immortalibus sint ducenda initia. Quod isti cognouerunt & docuerunt, nos tenemus & exequimur maxima cum vtilitate: quod luculenter tradebat Religiosis B. Laurentius Iustinianus dicens: *Omnes Christi serui, & cuncti Deo placere cupientes, primordia diei & actionum conentur consecrare Altissimo, quatenus cetera secutura opera à suo non declinent principio, vnde mox, vt à somno euigilant, semper cor sursum erigere contendant; prima vox, prima cogitatio, primus affectus diuinam resonet laudem, ignitam ad Deum dirigat supplicationem.* *Diei initium offerunt Religiosi Deo, suo.* *A Deo capienda actionum humanarum initia.* B. Laur. Iust. de Discip. c. 10.

Fer. 2. ad Matutin.

Hinc in vno Hymnorum matutinalium clamamus Deo:

Te lingua primùm concinat,
Te mentis ardor ambiat,
Vt actuum sequentium
Tu, sancte, sis exordium.

Cauendum maximè erit ab omnibus quæ possunt ab Hymnodia matutina auertere; multa enim sunt, quæ illam queunt impedire. Primò adest victus nimietas, si nimirum vespertina refectio fuerit largior quàm par sit. Ciborum enim indigestio non permittit vigilantiæ alacritatem, sed impedit ac distrahit. Hinc D. Hieronymus, confirmaret Eustochium in antelucanis Hymnodiis & precibus, quibus iam diligentissima erat, vt idcircò eam appellaret Cicadam noctiú, hortabatur sobrietatem vespertinæ refectionis: *Ad orationem tibi de nocte surgenti non indigestio nocet, faciat, sed inanitas.* En sanctorum Patrum diligens cura in tradendis opportunis præceptis ad vitam religiosè transigendam, nec dedignamur scribere, vt caueamus ab onere ciborum, ne ex indigestionem fiant molestissimi ructus, non sine Dei offensione, & concinentium sociorum fastidio ac stomacho.

Ciborum nimietas vigilias impedit.

D. Hieron. Epist. 22.

Ciborum indigestio contraria vigiliæ.

Non idcircò continuum indicitur ieiunium Religiosis qui ad vigilias consurgere tenentur, sed cauendum dicimus ab onere ciborum, quibus grauetur stomachus, & mens obruatur ab ascendentibus fumis. Eam victus temperantiam deceret religiosum animum obseruare, quæ statuta etiam post cibi sumptionem, relinqueret spatium & commoditatem orandi. Errant illi Religiosi, qui animi relaxandi gratia ita cibis gu-

Ciborum fumis mens obruitur. Sobrietas religiosa qualis.

uantur, vt animus oppressus iaceat, & ad Hymnodiam reddantur difficiles, imò inepti. Præclarum sobrietatis exemplum nobis offert sacra Historia in Anna Samuelis matre; quæ sicut fuit in oratione frequens, ita erat tam ad orandum parata post cibi sumptionem quàm in aurora. Imò obseruat Scriptura, quòd huius oratio feruentior fuerit facta post expletum prandium in Silo, vbi erat Arca Domini. & tunc obtinuit à Deo peroptatam & diu postulatam prolem. Nec solùm feruentior fuit huiusmodi oratio, sed etiam prolixior; nam à prandio expleto durauit vsque ad aduentum Heli, qui eam obseruans, priùs reprehendit, putans ebriam, posteà consolatus est dicens: *Vade in pace, & Deus Israël det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum.* Quæ Sacerdotis precatio fuit prophetia cum effectu secuto. Admiratur D. Chrysostomus sobrietatem & temperantiam Annæ, dum potuerit facillimè à prandio statim orare, imò orationem prolixam, coniunctam lacrymis & affectibus non vulgaribus, eamque vrget nobis in exemplum: *Quòd omnes faciunt tempus relaxationis, illa fecit tempus deprecationis; post epulas adeò intentè orauit, vt donum acciperet supra naturam; post conuiuium accurrens ad orationem, mentem præ se tulit sobriam ac vigilantem.* Prosequitur idem sanctus Doctor amplificare hoc factum ea orationis dignitate quam exigebat tam illustre exemplum. pauca tantùm illius verba hîc subijciam ad nostram incitationem & vtilitatem: *Mihi videtur etiam, cùm ad mensam sederet leuiter refecta, nec vllis cibis grauata fuisse; non enim tot alioqui lacrymas emisisset. Si enim nos sobrij existentes & ieiuni ita difficiles oramus, mul-*

1. Reg. 1.

D. Chrys. Hom. 1. de Anna.

Anna matris Samuelis sobrietas mira.

tò minùs illa post mensam sic orasset, nisi etiam a mensa ieiunijs assueuisset. Non itaque reprehenduntur iustæ quædam ad animum relaxandum refectiones, etiam religiosioribus personis concessæ quibusdam anni temporibus, sed reprehensione non carent, qui in huiusmodi refectionibus se plus iusto onerant; ita vt ad Matutinas vigilias & ad alia mentis opera difficultatem sentiant & repugnantiam, imò & apertam alienationem.

Ciborum repletione multa gignuntur mala.

Sicut magnoperè conducit ad Hymnodiam maiori cum attentione & affectu explendam sobrietas victus, ita repletio maximum affert impedimentum & damnum; quia ab onere ciborum mens offuscatur. Hanc cognouerunt veritatem illustriores Philosophi, qui inter Ethnicos nomen Sapientum sunt sortiti. De Apollonio Philosopho, qui semper à vino per totam abstinuisse vitam dicitur, refert Volaterranus, quòd soleret pronuntiare, vt qui vellet cum Deo habere commercium, haberet à vino diuortium. Sed audiamus nostros sacros Doctores, qui diuino collustrati lumine sunt locuti, inhærentes diuinis Scripturæ doctrinis. D. Ambrosius expendens verba Isaiæ, *Væ qui consurgitis manè ad ebrietatem sectãdam, vinum in conuiuijs vestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis*, ait: *Non immeritò væ illis qui manè ebrietatis potum requirunt, quos conueniebat Deo laudes referre, præuenire lucem, & vacare orationi.* Idem sanctus Doctor considerans illud Apostoli Pauli monitum ad Episcopos, *Ne sint vinolenti*, ait, non tam vetare voluisse inebriationem quàm vini delectationem. Verebatur Apostolus, ne amara fieret oratio cui vinum dulce esset. Oratione

D. Ambr. l. de Elia. Isaiæ 5.

tiones, quæ vinum sapiunt, Deo placere nequa- *Vini vsus immoderatus orationi obest.*
quam possunt, cùm neque nos homines libenter admittimus ad colloquium viros vino aut plenos, aut redolentes.

Cauendum item ab astutia & insidijs diaboli, qui varia suggerere impedimenta non omittit: nam aliquando infirmitatem fingere nouit, vbi verè illa non reperitur; scit enim astutus hostis aliquibus proponere periculum proximum saluti, si ad Hymnodiam ea hora consurgerẽt. Quam suggestionem facilè credendam suadet ijs qui nimio prosequuntur amore hanc vitam. Hac arte multos ab Hymnodia retrahit; qui si aliquam sibi ipsis inferrent vim, hostem superarent. Hanc veritatem possumus ex euentibus aliorum discere, & cognoscere, & cautiores effecti nobis ipsis consulere. Recolamus euentum illum qui Cistertiensi Monacho accidisse narratur, quo voluit Deus notum fieri omnibus psallentibus, quòd multorum infirmitates potiùs sint imaginariæ quàm veræ, artificio tamen diaboli ad viuum repræsentatæ tamquam veræ & reales. Reddiderat diabolus quemdam Monachum adeò suæ salutis amantem, vt quoties esset ad vigilias Matutinas surgendum, statim ex timore vigiliarum perfunderetur magno sudore; quem sicut credebat ex infirmitate prouenire, ita curare eum studebat diligentiori operimento, conuertens se ad alteram lecti partem, *sicut ostium*, ait Sapiens, *vertitur in cardine suo.* Nocte quadam ad signũ campanæ, quando alij surgunt, ac festinant ad diuinum Officium, desiderio surgendi actus, cœpit se erigere super lectum, sed statim se iterùm, ob timorem soliti sudoris, reclinabat. Dumque

Diaboli astutia suadet aliquibus infirmitatem.

Infirmitate imaginaria detenti Religiosi in lecto. Cæsarius l. 4. cap. 28.

Prou. 26.

sic pugnaret inter desiderium surgendi & voluptatem quiescendi, ecce vox de sub lecto clarè dicens: Noli surgere, noli tuum interrumpere sudorem, quia tibi nocebit. Intellexit tunc Monachus, se deceptum ad id vsque tempus fuisse diabolo, excutiensque se ab illo imaginario sudore, numquam in posterum timori vano consensit. En quoties decipimur à diabolo sub sanitatis prætextu, vel sub infirmitatis timore, qui verus non existit. Nisi iste diabolus, qui Monachum deceptum tamdiu tenuerat, se ex Dei inspiratione manifestasset, miser Religiosus in sua perseueraret imaginatione & errore. Discamus aliquando fallacias hostis astuti, nec patiamur nos spoliari ab eo tantis meritis, quæ ceteri alacriores adipiscuntur; qui etiam quoad sanitatem fiunt validiores, confortante eos Deo, cui colendo se deuouerunt.

Ad vigilias alacres euadunt validiores.

CAPVT XVII.

Corporis motus opportunè seruandi in Hymnodia.

QVÆ ad Hymnodiæ rectum vsum sunt instituta quamuis in seipsis minutiora, vti inclinationes, genuflexiones, pectoris tunsiones, figno Crucis vsus, & huiusmodi alia, non sunt tamen spernenda tamquam leuia; nam omnia ista, respectu finis ad quem diriguntur, alta sunt & sublimia. Ad quod institutum habemus à D. Augustino præclaram doctrinam circa effectum humanorum motuum. Probat sanctus Doctor motus corporis opportunos in orationibus miro modo iuuare

Spiritus orantis iuuatur à corporis motibus. D. Aug. l. de Cura pro mort. cap. 5.

iuuare ſpiritus orantis commotionem, nimirum ad orandum feruentiùs: Deus quidem non indiget illis motibus aut ſignis, vt ipſi pandatur animus orantis, nota eſt enim Deo omnis noſtræ voluntatis inuiſibilis affectio & intentio; ſed ſpiritus noſter interior ex illis motibus exterioribus aſſurgit ad varios vtiles affectus feruoris, attentionis & perfectionis in oratione. Ait tandem S. Auguſtinus: *Neſcio quo modo, cùm hi motus corporis fieri, niſi animi motu præcedente, non poſſint, eiſdem rurſus exteriùs viſibiliter factis, ille interior inuiſibilis, qui eos fecit, augetur; ac per hoc cordis affectus, qui, vt fierent iſta, præceſſit, quia facta ſunt, creſcit.* Addere libet, quòd viciſſim hi motus externi, creſcente intus ſpiritu, fiunt humiliores, reuerentiores ac feruentiores. Hæc enim intercedit inter corporis ſenſus & animi potentias connexio, vt ſe mutuo iuuent, & augeant opportunè; ſicut etiam ijdem exteriores motus à populo viſi, ad eiuſdem populi augendam reuerentiam conducunt. Ob quem fructum aiebat alibi idem D. Auguſtinus, ſe approbare Eccleſiæ conſuetudinem canendi Hymnos in publicis Templis coram omni populo, vt per oblectamenta aurium animus infirmior in affectum pietatis aſſurgere ſtudeat.

Corporis & animi conſenſio in affectibus.

Idem l. 10. Conf. c. 33.

Hanc ſacrorum rituum noſtræ Eccleſiæ præſtantiam ac vim fateri coacti ſunt eiuſdem Eccleſiæ hoſtes infenſiores. Iulianus Imperator ſicuti cognouerat, non ſine animi liuore ac mœrore, Chriſtianam Religionem, quam deſeruerat, & ad mortem oderat, apud omnes nationes præcipuam conſequi venerationem & exiſtimationem, tum ex probitate miniſtrorum Eccleſiæ, tum ex

Iuliani Apoſtatæ ſtudium erga idololatriam.

grauitate rituum qui in rebus ad Dei cultum spe
ctantibus adhibentur, ita ad suorum idolorum
cultum, quem videbat ex progressu Christian
Religionis in dies deficere, omnibus viribus
stituendum, conatus est eosdem Ecclesiæ nostr
mores ac ritus, quos in nostris ministris vel
impios detestabatur, seriò æmulari, atque præ
puo studio in suum Ethnicismum transfer

Sozom. lib. 5. c. 15. Baron. an. 362.

Graues litteras mittebat Iulianus ad Pontifices
Prouinciarum, indicens eis, vt omni studio
mores inducerent in templis idolorum eos orn
tus & ritus, quos à Christianis nouerant in
Templis adhiberi, vrgens, ad maiorem energia
exemplum mirabilis progressus Galilæorū
nomine sæpissimè vocabat irrisionis causa Chr
stianos, quemadmodum etiam Christum
tummodò nominabat Galilæum) quorum R
gio quotidie augebatur. En miram nostrorum
rituum virtutem, cùm ea non solùm profan
animos afficere possit, & allicere ad verum D
sed etiam ab hostibus ipsis potuerit extorquer
sui ipsius testimonium. Transtulit quidem
pijssimus Apostata ad suum paganismum nostr
ritus, at eorum haud transtulit virtutem: q
sicuti sacri sunt, vimque possident diuinam no
ritus, dum ad vnius veri Dei diriguntur cultu
ita profani fiunt, inditamque amittunt vim,
tim ac in vsus conuertuntur profanos & impi
seu saltem superstitiosos. Hoc scitè obseruau
ac descripsit in eleganti Oratione contra Iu

S. Greg. Naz. Orat. 1. in Iuliã.

num sanctus Gregorius Nazianzenus, vbi
ctus Theologus expendens causam, quare
Iulianus tanta pertentasset cura imitari ad
guem nostræ Ecclesiæ ritus in cultu suorum

lorum, vt Gentilium propagaret superstitionem, fuerit tamen sua spe & proposito frustratus, asserit causam fuisse; quia ritus traditionesque Christianæ Religionis Deum habeant auctorem, & idcircò à nemine alio, nisi à Christi cultoribus, possint rectè expleri. Id eleganti simiarum comprobat similitudine. Simiæ student humanorum motuum imitationi, ad eorum tamen minimè pertingunt perfectam assecutionem; quia huiusmodi bestiæ discrepant valdè ab humanæ naturæ sublimi conditione. Cùm itaque à diuina potentia vim hauriant sacri ritus Ecclesiæ, decet ministros Ecclesiasticos in eorumdem obseruatione esse maximè studiosos, vt auctoris intentioni, rituumque ipsorum maiestati ac sanctitati meliùs respondeant.

Priuatæ orationes nullum certum exigunt corporis situm.

Si de priuata vniuscuiusq; oratione sermo esset, nil referret de motibus corporis agere; quia nullus priuatæ orationi præscriptus est modus quoad corporis gestus, siue stans, siue pronus, siue sedens quis priuatim oret, parum aut nil refert, modò huiusmodi motus non sint indecentes: nam varios adhibitos fuisse tum à Domino, tum ab Apostolis & sanctis viris nouimus modos orandi ex Euangelio. Christus Dominus aliquando subleuatis orauit oculis versus cælum ad Patrem; aliàs procidens in terram orauit eumdem Patrem; aliquando poplite flexo & positis genibus orauit in horto, quemadmodum etiam factum deinde est à D. Stephano dum lapidaretur, & à S. Petro Apostolorum Principe, dum orans reuocare vellet ad vitam Tabitham; & à S. Paulo coapostolo, dum exoraret pro nouis Christianis Spiritus sancti plenitudinẽ

Ioan 17.
Marci 14.
Luc. 22.
Act. 7.
Act. 9.
Ephes. 3.

Quemadmodum

Loci qualibet conditio est priuatis orationibus opportuna.

modum omnis locus priuatæ orationi est oppo-
tunus, & omnis etiam temporis & horarum qu-
litas. Sanctos vbique priuatim orasse, iuxta te-
poris occasiones, narrant Scripturæ. Iudith
domo propria suas explebat orationes indum-
licium. In fornace ignis orauerunt tres pueri H-
bræi. In ventre piscis orauit Ionas magno affec-
In priuatis orationibus, modò adsit pietas & a-
tentio, quilibet orandi modus aptus censeri-
siue voce, siue mente, siue hæ verborum form-
siue aliæ adhibeantur, siue vno siue alio tempo-
siue hoc siue illo loco, siue isto siue diuerso corp-
ris situ. At quia agimus de publica oratione

Iudith 9.

Dan. 3.

Ionæ 2.

Oratio publica loca, tempus, gestus & verba obseruare debet opportuna.

Hymnodia, obseruanda sunt & loca, & tem-
& gestus, & verba opportuna, ne rei fiamus
cuius culpæ, siue superstitionis siue irreuerent-
non sine nostrarum animarum iactura.

Quia itaq; Deus à nobis coli debet non solu-
affectibus animi, sed etiã actibus externis corp-
ris; vt quemadmodum corpore & anima con-
mus, ita cor & caro nostra in Deo exultantia c-
colant: idcircò veri Dei cultores maxima di-
gentia studeant omnibus ritibus obseruandis, p-
sioni pectoris, genuflexionibus & inclinatio-
bus. Vnusquisque horum rituum peculiare-
quod mysterium continet ad honorem Dei. Tu-
sio pectoris exempli gratia, quæ modica res
videtur, est graue indicium quod pulsetur cor
teriùs; & homo hoc actu testatur se intus pung-
cor, vt defleat sua errata, & lacrymis ea de-
iuxta illud Ecclesiastici: *Pungens oculum elicit*
lacrymas; & qui pungit cor, profert sensum. H-
D. Cyprianus, expendens illum actum Pub-
cani, qui in Euangelio percutiebat pectus s-
dicit

Rituum Ecclesiasticorum obseruantia custodienda.

Eccli. 22.

D. Cypr. de Ora. Dom.

dicens, *Deus propitius esto mihi peccatori*, asserere non dubitat, quòd illo actu percussisset peccata in corde inclusa, vnde meruit veniam. Luc. 18.

De genuflexionibus proditum est à Tertulliano, quod in maxima haberētur veneratione apud antiquos Christi cultores: nam describens stationes, quæ frequentissimæ erant apud fideles illius temporis, præsertim qualibet Feria quarta & sexta, ad quas conueniebant non soli Ecclesiastici, sed etiam omnes laici, tandem ait, quòd Psalmi & Hymni concinebantur de geniculis, nisi aliud suaderet ratio temporis; quia nimirum à die Paschæ ad Pentecosten, quod tempus lætitiæ & exultationi ob Domini Resurrectionem consecratur, à geniculationibus abstinebāt. quod etiam die Solis, siue Dominica, quæ eidem Resurrectioni est sacra, per totum annum obseruabatur. Ideò scripsit idem Tertullianus: *Die Dominica nefas ducimus de geniculis adorare, eadem immunitate à die Paschæ in Pentecosten gaudemus.* Non grauabantur illi fideles feruidi genuflexionibus, quas cognoscebant opportunas ad maiorem humilitatem ostendendam, ad misericordiā Dei faciliùs obtinendam, & reuerentiorem illi honorem præstandum. Tertull. l. de Orat. *Genuflexiones æstimandæ.* Idem l. de Corona mil.

Capitis quoque inclinationes sicuti eumdem finem respiciunt, ita sunt magna diligentia obseruandæ à piis psallentibus, quando verba prolata id exigunt; quia testantur magnam cordis reuerentiam erga Deum laudatum. Eas præsertim par est obseruare omni studio, quæ in fine cuiuslibet Hymni præscribuntur, ad doxologiam maiori humilitate qua possumus dicendam: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.* In his præclari *Capitis inclinationes ad doxologiam quanti faciendæ.*

clari latent fructus tum ad Dei nostri honorem
tum ad inclinantium vtilitatem. Si quod vocem
ore proferimus, ex animo dicimus, Primò red-
dimus Deo quod ipsi soli verè debetur, hon-
nimirum & gloria, & testamur ipsum esse fontem
ac originem omnis nostri boni, nil boni nobis
adscribentes. Imitamur tunc insigne facinus Io-
Ducis exercituum Dauidis Regis, qui noluit in-
gredi vrbem Aquarum, quam obsidione stric-
rat vsque ad certissimam euersionem, sed mitte-
ad Regem suum monuit, vt veniens caperet v-
bem, & gloriam victoriæ sibi assumeret: *Ne, qu-
à me vastata fuerit vrbs* (ait fidelissimus Du-
nomini meo ascribatur victoria. Huius qualem
pij fideles, qui Deo altissimo omnem gloriam
honorē student in suis actionibus deferre, rep-
sentātur in illis animalibus, quæ antiquitus à D-
& lege concedebantur ad vsum & cibum pop-
Hebræi, quia vngulam findunt; nam etiam
nouerunt vngulam findere, dum sibi vtilitate
Deo autem gloriam in suis intendunt actionib-
Ex hac eadem gloria, si ex animo tribuatur De-
præsidium nobis & remedium acquirimus ad
uersus communem illum mortalium morbu-
qui dicitur Gloria humana; quæ nulli parcit fe-
tui, nullum horret locum, numquam penitus
cet, sed in victores acriùs insurgere conspicit
vti luculenter asseritur & ostenditur à Cassia-
Huic communi morbo depellendo validissimu-
remedium habent, adhibentes hanc humilem-
clinationem ex animo: *Gloria Patri, & Filio
Spiritui sancto.* quodcumq; aliud remedium vide-
leue ac exile. Si pugnare volueris bonis operib-
ex illis inualescit acrior hostis ad luctam. Ne-

Deus cognoscendus vnica omnis nostri boni origo.

1. Reg. 12.

Gloria humana est morbus communis & difficilis.

Cassian. lib. 11. Instit.

sicut cetera vitia ex malo ducunt originem, ita hoc humanæ gloriæ vitium ex bonis maximè procedit, imò nutritur augetúrve actionibus. Hinc est quòd peccatores & malè viuentes vix hoc cenodoxiæ vitio tenentur, nisi isti de numero eorum sint, *qui* gloriantur *cùm malefecerint*, Prou. 2. *& exultant in rebus pessimis*, quod indicium non obscurum existit vltimæ reprobationis. Facile ac validum remedium est, frequens & deuota repetitio huius conclusionis Psalmorum: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto*, &c.

Animi felicitas sita in sui ipsius despicientia.

Posset item quis deuota frequentatione huius doxologiæ ad eam peruenire felicitatem, vt gloriam Dei tam ardenter amaret & coleret, vt seipsum omnino despiceret; quæ despicientia rectè dici posset vera animi felicitas: quia, ex diui Bernardi sensu, summum virtutis culmen obtinet, qui sanctus, seipsum non nouit sanctum; qui magna operans, seipsum magnum ignorat; qui honoratus, seipsum contemptibilem reputat. *Magna & rara virtus profectò est*, exclamat diuus Bernardus in eo Sermone, qui totus est de gloria & laude semper Deo tribuenda, ad imitationem Angelorum, qui distinguere nouerunt, quid Deo, quid hominibus sit tribuendum; Deo namque gloriam dixerunt, hominibus pacem: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. D. Bernar. Serm. 13. in Cantica. Lucæ 2.

Defectus multi supplentur deuota recitatione doxologiæ.

Insuper hac eadem inclinatione supplere possumus multos defectus in ipsa Hymnodia admissos. Si quis in fine Psalmi aduerteret se fuisse per totum Psalmum mente distractum, & resipiscens, studeret ea verba peculiari affectu proferre, *Gloria Patri, & Filio*, &c. hæc esset quædam

dam praxis valdè proficua referendi in Dei ni & vnius gloriam & honorem, quidquid Psalmo expleto recitauit, & cecinit. Si item sumus aliquando obligationi laudandi Dei tunc per ista verba, si hac proferantur intene, aliquo modo supplemus, dum Deo op mus gloriam & honorem non per vnum duos, vel tres vel plures annos, in recompen tionem omissionum, sed in perpetuas æterni

Exod. 15. tes, imò *in æternum, & vltrà*, vti dicere solet Moyses; quod etiam dicitur à nobis ea pl *Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & sæcula sæculorum*: non quia plura æterna ita niantur, quorum vnum sit altero longius, quia animi affectus non potest se aptiùs ex care, nisi optet maiora quàm re ipsa possint tineri. Huiusmodi vota sicuti sunt propria rum qui verè diligunt Deum, ita frequentia Dauidi, cuius vnicum proferam testimoni

Psal. 105. quando dixit: *Benedictus Dominus Deus Isra sæculo & vsque in sæculum.* vbi sanctus Hiero mus legit, *Ab æterno vsque in æternum.* Si qua

Gloria Deo debita aliquando ab homine vsurpatur. do gloriam, quam Deo totam debemus, vsal tem ex parte vsurpamus, fraudantes Dei nostrum, quod vitium erat Pharisæi illius, seipsum & opera sua iactabat, & aliquando

D. Bernar. loco cit. nos etiam pertransit, vti obseruat diuus Bern dus, nunc videmur restituere quod impiè ab limus, si dicamus ex animo: *Gloria Patri, Filio*, &c. caput inclinantes magna cum re rentia.

Tandem, hac sancta inclinatione, & hon oblatione in canenda doxologia compensa impiorum hominum, imò & infidelium hæ corum

corumque blasphemias, contra veri Dei gloriam & honorem prolatas. Quare à piis deuotisque animis deberet hæc doxologia cum maiore reuerentiæ signo decantari, & cum expressa mentis intentione, quantum nempe humana conari potest fragilitas, dirigi ad prædictos omnes effectus, vt Deus à nobis se censeat perfectiùs honoratum & glorificatum, quàm à nebulonibus & impiis iniuria affectum.

Pudeat nos aliquando conspici irreuerentiores cum Deo loquentes quàm simus cum hominibus. Si homini mortali, quia Princeps sit, imò & ministro huius, quia constitutus est in dignitate cum aliqua iurisdictione, quæ nos resque nostras queat attingere, solemus tantam reuerentiam exhibere, vt in terram vsque aliquando prosternamur, quid par est præstare Deo ipsi, qui omnium Monarcha & Princeps existit, quando alloquimur eum? Memoria recolere expedit, quid Ægyptij erga Iosephum Hebræum, filium Patriarchæ Iacob, obseruabant, quia liberauerat totam Ægyptum à periculo famis, & quia post Regem primus in auctoritate & iurisdictione fuerat declaratus. Narrat Scriptura, quòd omnes, cuiuscumque gradus, honore singulari prosequebantur Iosephum, assurgentes, caput profundè inclinantes, imò ad terram vsque procidentes. Qua igitur reuerentia par esset creaturæ se Deo creatori omnipotenti sistere, quando eum alloqui, colere & adorare intendit? Vel non nouit, qui irreuerenter coram Deo suo cantat, quanta sit eius maiestas, potentia, magnitudo, vel reprobus est, & maledictus.

Ægyptiorum reuerentia erga Iosephum.

Veri cultores Dei tempore Hymnodiæ decla-

Religiosi compositio tempore diuini Officij quanta esse decet.

rant & gestu & modo corporis, se Deum pra-
sentem alloqui & exorare, componentes vultum
oculos, vestes, totum denique hominem. Deb-
ret nos Clericos Regulares Paulinos valdè pro-
uocare, imò vrgere ad hanc compositionem
viuum exemplar, quod sæpè videre & contem-
plari licuit in nostro Ludouico Merlino, qui
superioribus annis credimus transisse ad clarum
Dei fruitionem, ob miram tum vitæ innocen-
tiam tum Regularis disciplinæ obseruantiam
quam vsque ad extremum spiritum tenuit. Hic
feruidus vir, sicut omnium virtutum fuerat stu-
gularis amator; ita in his, quæ ad diuinum pe-
tinent cultum, omni studio nitebatur fastigium
supremum assequi, vt Deum suum perfectiùs
mè coleret, tanta præcipuè vultus, oculorum
totius corporis compositione ad chorum accedeb-
bat Hymnodiæ vacans, vt aspicientes in eum de-
ipsos componere cogerentur inuiti. Qualitas ve-
tus ostendebat, quali reuerentia & attentione
Deum præsentem suas referret laudationes. Ad-
diamus omnes aliquando, & re ipsa exequa-
Psal. 94. Dauidis inuitationem ad nos clamantem; *Ve-
te adoremus, & procidamus, & ploremus ante D-
minum, qui fecit nos; quia ipse est Dominus D-
noster, & nos populus pascuæ eius, & oues ma-
eius.* ipse enim respiciet nos, & exaudiet, & co-
solabitur in æternum.

CAPT

CAPVT XVIII.

Virginum Hymnodia est valdè cara Deo.

PSALLENDI opus quò magis Deo Cælitibusque acceptum & carum existit, eò magis satanæ & inferno est molestum; quia sicut in Psalmis diuinæ concinuntur laudes quæ Deo sunt apprimè gratæ, ita dæmones, & omnes inferni habitatores, qui blasphemias in Deum euomũt ex rabie, laudes execrantur diuinas. Torquentur dæmones Religiosorum virorum & piarum feminarum deuota Hymnodia. Hinc tot satanæ conatus ortum habent ad retrahendos mortales à chori frequentia, ingressu, assistentia, saltem ad prouocandum vel ad tædium, vel mentis euagationem. Hinc illæ inuectiuæ per homines malos in libris euulgatæ contra puellas & Sanctimoniales in choro psallentes, quia non sint ad tantum munus aptæ, cùm non intelligant quid recitent, & varios admittant errores in pronuntiatione, verba mutantes, quæ sensum absonum ac contrarium reddunt. Verùm, quidquid effutiant isti satanæ ministri aduersus hanc piam consuetudinem, quam nos Catholici retinemus tamquam venerabilem ac sanctam, asseramus nos, Hymnodiam, etiam à puellis & virginibus ignaris oblatam, esse Deo apprimè gratam & acceptam: nam sequimur sanctorum Doctorum irrefragabilem auctoritatem, imò & sacræ Scripturæ, præsertim Christi Domini seruatoris, à quo probationes exordiemur.

Christus Dominus, vt mundo declararet quàm sint sibi & cælo gratæ laudes simplicium animorum puritate integritatis nitentium, solemniter approbare voluit laudes illas à Ierosolymitanis pueris prolatas, dum canerent: *Hosanna filio Dauid; benedictus, qui venit in nomine Domini.* quas superiùs, cùm de humilitate esset sermo, expendimus. Hoc loco considerandi sunt ad rem nostram gradus proferentiũ laudes, quas Deus approbat allatis illis à se Dauidicis verbis *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.* Primò infantes nominati sunt, in quo gradu comprehenduntur ij quibus potest adesse libera & expedita locutio, saltem circa ea quæ didicerunt à domesticis ad vsum magis necessarium: nam infantiæ ætas comprehendit primum septennium, in quo locutio expedita obtinetur. In secundo gradu constituti sunt lactentes, qui non nouerunt proferre quasdam voces inarticulatas, vt intelligeremus, quòd Deo gratæ sint omnes laudes ex corde puro exeuntes absque vllo discrimine, an illæ proferantur cum intelligentia, vel sine intelligentia: nam sibi acceptas declarat etiam eas primas voces, quas lactentes, à matribus & nutricibus haustas cum lacte, reddere discunt, *Jesus, Maria.* Si has non aspernatur laudes Deus, imò eas reputat, vt alibi dicebamus, complementum & perfectionem suæ laudis, attendens magis ad innocentiam vitæ, & ad puritatem integritatemq; corporis; quantò acceptiores erunt dicendæ Virginum adultarum laudes, quæ licet sensum nõ assequantur verborũ, nouerunt tamen laudes esse Dei altissimas à Spiritu sancto dictatas & integritatem immaculatam corporis animique seruare

Matth. 21.

Psal. 8.

In suis laudatoribus attendit Deus magis innocentiam vitæ quàm scientiam.

seruare studeant? Hæretici impugnantes harum Sanctimonialiũ laudes dæmonis sequuntur suggestiones; nos Catholici sequimur Dei approbationes & commendationes. Oderũt hæretici Virginũ laudes, easque persequi studeant, quia osores sunt puritatis, & turpitudinis amatores, diabolum magistrum imitati, qui virginitatis semper fuit acerrimus hostis; quemadmodum aliquando declarauit beato Vincentio Ferrerio, cuius euentum strictim perstringam. Hic sanctus vir quadam die legens librum sancti Hieronymi de Virginitate beatæ Mariæ, orabat sanctissimam Deiparam, vt sibi esset auxilio & præsidio ad propriam custodiendam virginitatem. Oranti facta est illicò vox clara: Non omnes possumus esse virgines; & licet tu hucusque virgo permanseris; in posterum tamen tam honorato nomine non gaudebis. Ad hæc verba miratus Vincentius, cogitabat, quomodo ab ore beatæ Mariæ Virginis potuissent proferri. Non poterat sibi persuadere talem vocem à Deipara veniſſe; quia ipsa soleret amare, custodire, confortare, animare virginitatis custodes. Genua igitur flectens beatissimam Virginem Mariam exorabat, vt dignaretur aliquo modò declarare, quid sibi vellet hæc terrifica vox. Ecce illicò Deipara, lumine collustrans cellam huius sancti Religiosi, eum sic alloquens: Verba ad te paulò antè facta diaboli fuerunt, qui tibi proponit bonorum operum difficultatem, vt territus ab incepta virtute desistas; tu autem cautus esto, & constanti animo perseueres. Et quamquam tibi crebras parabit insidias, ac frequenter conabitur diabolus, vt periclitetur virginitas tua, vtque ceteræ virtutes, quæ in te sunt, cor-

Virginitatis osor diabolus.

Petrus Nauar. in Vita lib. 2. c. 11.

Beata Virgo Deipara diligit Virgines.

ruant, tamen ne diffidas, spera semper in Dom-
no; quoniam ipse erit clypeus tuus, quo non l-
lùm arma diaboli poteris facilè contemnere, s-
etiam ipsum cunctasque artes & versutias e-
magno animo superabis. His dictis disparuit
sio glorioſa, & in animo Vincentij tantus er-
tus est inde feruor, vt non terrestris homo, s-
cælestis Angelus esse videretur. Mirum non
si hæretici virginum Catholicarum puritatem
laudes oderint, cùm patrem ac præceptorem
quantur diabolum turpitudinis amatorem, &
mulatorem. Audiamus nos, & dicamus vnà c-
Hymnographo inuitante ad Hymnodiam e-
plendam omnis generis homines, non tant-
sapientes, sed & pueros simplices & virgi-
Psal. 148. ignaras: *Iuuenes & virgines, senes cum iuniori-*
laudent nomen Domini.

Tantum abest, vt virginum laudes sint D-
haud gratæ, vt imò ausim dicere eas grat-
quàm sapientum & Theologorum, qui virgi-
tatis non gaudeant prærogatiua. idque non a-
rimus gratis, sed sacrarum Scripturarum, q-
certissimæ sunt, præsidio fundati. Docent C-
nonicæ Scripturæ, quòd laudes virginum ce-
Virginum laudes à Deo præ ceteris diliguntur. insignioribus solemnitatibus à Deo eligantur p-
ceteris & diligantur, ita vt nemo ad huiusm-
laudes concinendas admittatur, nisi is fuerit v-
go. Profero Ioannis Apostoli luculentissimum
stimonium, qui sicut virgo fuit à Deo electus,
præ ceteris magis dilectus, ita eorum præc-
quæ ad Dei gloriam spectant, & in cælo ca-
centur, vbi perpetuæ laudes concinuntur, sing-
larem obtinuit ex priuilegio cognitionem. I-
Apoc. 14. fert, quòd Virginum voces canentes Canticum
quoddam

quoddam adeò validæ & potentes existant in cælis, vt tonare videantur; talem nihilominùs melodiæ suauitatem reddentes, vt videantur esse sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. Prætereà, quòd tale Canticum coram sede Agni diuini, quatuor animalibus & vigintiquatuor senioribus persolueretur. Et, quod nobilius est, nemo alius Sanctorum omnium poterat illud proferre aut vsurpare Canticum, nisi tantùm virgines. Tandem, quòd isti felices cantores numquam à latere Agni discedant, sed semper comitentur, quocumque eum pergere contingat; non ob aliam causam, nisi quia virginitatem coluerunt: *Virgines enim sunt*. En quot singularia priuilegia sanctam sequantur virginitatem. Oderint itaque diabolus & ministri eius Virginum Hymnodias quantum velint, satis erit Virginibus se certas esse, Deo maximè placere, & ab ipso approbari, & ab Hymnodia terrestri ad cælestem in perpetuas æternitates esse transferendas.

Virginitatis priuilegia præcipua apud Deum.

Approbant & commendant Virginum sacrarum Hymnodias sancti Patres, Augustinus & Hieronymus, qui præcipua Ecclesiæ lumina fuere. Celebrantur à diuo Augustino feminæ illæ Africanæ, quæ in Victoriana villa non longè ab vrbe Hippone conuenire solebant ad Hymnodiam, dicens: *Ad vespertinos illuc Hymnos & orationes cum ancillis suis & quibusdam Sanctimonialibus, ex more, Domina possessionis intrauit, atque Hymnos cantare cœperunt*. Easdem commendat diuus Hieronymus variis in locis, sed præsertim dum sermonem habet de Virginibus à sancta Paula fundatis & institutis, quia in Monasterio viuentes manè, hora tertia, sexta, nona,

Virginum Psalmodiæ à sanctis Patribus laudatæ.

D. Hieron. in Epitaph.

vesperi, noctis medio Psalmos concinerent, ne liceret cuiquam Sororum ignorare Psalmos. Imo aliquando suadebatur Hymnorum vsus Virginibus ab hoc sancto Doctore; nam agens de institutione filiæ, scribens ad Lætam, inter alia hortatur ad Psalmodiæ vsum frequentem non solùm per diem, sed etiam per noctem: *Præponatur ei*, ait, *probæ fidei ac morum pudicitiæ virgo veterana, quæ illam doceat, & assuescat exemplo ad orationes & Psalmos nocte consurgere, mane Hymnos canere, tertia, sexta, nona hora stare in acie, quasi bellatricem Christi, accensaque lucerna reddere sacrificium vespertinum.*

D. Hieron. Epist. 7. ad Lætam.

Nec solùm ætate istorum sanctorum Patrum aderant iam in Ecclesia Dei Virginum Cœnobia ad Dei cultum destinata, sed in ipsis initiis nascentis Ecclesiæ testantur Scriptores fuisse à sanctissima Deipara institutum Collegium centum viginti Virginum, quæ ab eadem Deipara instructæ, ad Dei cultum augendum regebantur. Gloriantur Virgines Sanctimoniales, ortum sui instituti cognoscentes à sanctissima Dei Genitrice, quam non solùm habent exemplum & speculum, sed & Ducem & Magistram; æmulariqué studeant eius probitatem, feruorem, disciplinam, ac diligentiam præsertim in diuinis consectandis laudibus.

Lombard. Dist. 18. quæst. 2.

Virginum Sanctimonialium Dux & Institutrix beata Virgo Deipara.

Huius generis feruor, quem in sacris optimus Virginibus, numquam in Ecclesia Dei defuit. Imò aliquando tantus ardor repertus est in quibusdam Virginibus, vt à Psalmorum cantu minimè potuerint, ob vllas siue pœnarum siue ignominiæ indictas seueriſſimas minas, remoueri, sed, ita exigente diuinæ gloriæ zelo, in-

ad illius vsum magis magisque frequentandum sint excitatæ. In hoc genere studij præclarum orbi præbuit exemplum Virginum, quæ perpetuam professæ erant castimoniam, electus chorus, qui sub regimine viuebat Publiæ, nobilissimæ Antiochenæ Matronæ. Hisce Virginibus accidit aliquando insignis occasio declarandi tum patriæ tum orbi præclarum animi feruorem, ac miram constantiam in diuinis concinendis Hymnis. Dum Antiochiæ moraretur Iulianus Imperator, qui, ob turpem à Christi fide ad paganismum transitum, dictus est Apostata, quoties ante domum Publiæ prætergrederetur, generosissima Matrona, diuino æstuans zelo, vnà cum Virginum suarum deuoto cœtu, Dauidicos Psalmos, eos præsertim, quibus simulacrorum infirmitas ac vanitas scitè deridetur, illicò arripiens, eos suaui decantabat modulatione, vt vnius veri Dei celebraret attributa, & pertranseunti impio idololatræ exprobraret turpissimam defectionem. Alta itaque & clara venerandi istius chori exaudiebatur vox dicens: *Simulacra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur; oculos habent, & non videbunt*, &c. *Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis*. Id iniquè ferens impiissimus Apostata, iussit per ministros, sub seueris simis infligendis pœnis, indici silentium. Hoc audito edicto, virilem constantiam indutæ Virgines piæ, eumdem cantum frequentare gestiebant. Redeunte itaque per eamdem viam Imperatore, consuetam Psalmorum assumentes modulationem, Hymnum 67. in auribus illius decantarunt: *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius; & fugiant*

Theodoretus lib. 3. Hist. c. 19. Martyrol. Rom. die 9. Octobr.

Virginum zelus insignis.

Psal. 113. & 134.

Psal. 67.

giant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant, &c. Excandescens Imperator ... reprimendam, quam reputabat, imbecillium ... minarum siue leuitatem siue audaciam, accre... tam sacri cœtus Rectricem Publiam imperat... satellitem acriter in vtraque gena verberari, ... indictæ olim pœnæ seuerus effectus in sen... veneranda compesceret in iunioribus spiritum ... dorem. Verùm tum Publia, maximi in hon... ris loco accipiens contumeliam, tum Virgin... spem concipientes adipiscendi aliquando æq... lem cum Magistra honorem, ad Hymnodiæ ... sumptum munus auidiùs explendum red... sunt alacriores. Transitum itaque Imperatoris ... dientes, ad consuetum alicuius Dauidici Hy... ni cantum hilares se conferebant. Hac cano... constantia vicerunt ac repressérunt irati Apol... tæ spiritum liuoris, quemadmodum Psalmo... Auctor Dauid eorumdem cantu reprimere so... tus erat malum spiritum, qui Saüli Regi ... molestus.

Virginum preces Regna tuentur.

Nouimus ex Historiis fide dignis, quòd Vi... ginum gratia tanti apud Deum æstimetur, vt ... uitates, imò Prouinciæ & amplissima Regna so... rint à multis cladibus præseruata propter Vir... num preces. Huius rei luculentissimus est te... diuus Gregorius Magnus, qui scripsit, se ... credere, vrbem Romam remansisse integram ... impiorum Longobardorum gladio propter ... tiones, lacrymas & abstinentiam Monialium ... quæ ad numerum trium millium tunc in ea V... be censebantur. Nec dubitat sanctus Pontifex ... serere, quòd si ipsæ Virgines non fuissent, ... lus iam in Vrbe per tot annos Longobardorum ... gladio

D. Gregor. lib. 6. Epist. indic. 15. cap. 187.

gladio potuisset supersse. Nouimus etiam, quòd Magnus Constantinus tanta coleret veneratione Virgines, quia in illis arbitrabatur Deum habitare, cui illæ se deuouerant, vt si quando eas obuiàm haberet, adoraret magna reuerentia. Euseb. l. 4. de Vita Constantini.

Quod adducunt Sectarij contra Monialium Hymnodiam, quia Latinam linguam non calleant istæ, nullius est momenti; quia possunt in Horis recitandis habere deuotionem & attentionem ad Deum, qui illis Hymnis & precibus adoratur, & colitur. De sensu autem verborum satis est, si, vti aliàs monuimus, personæ idiotæ eum intendant quem docti nouerunt: nec enim ab idiotis alia maior attentio requiritur, & exigitur. Imò plus aliquando merentur & impetrant huius generis idiotarum preces quàm doctiorum, si eas maiori expleant deuotione & pietate. Hinc rogatus beatus Iordanes, an Deo placitæ essent idiotarum preces, respondisse fertur dignã sancto viro similitudinem: Sicut lapis pretiosus tantum valet in manu eius qui ignorat virtutem illius, quantum in manu aurificis ac gemmarij qui pretium nouit; sic & preces tantum valent in ore indocti qui eas non intelligit, quantum in ore docti qui intelligit. *Preces sunt eiusdem valoris in ore idiotæ & docti.* D. Anton. 3. p. Histor. tit. 23. c. 9. §. 1.

Operæ pretium hoc loco me facturum existimo, si, ad vberiorem sacrarum Virginum consolationem, breuiter perstringam ac significem, quomodo ipsæ valeant debitæ attentioni facere satis, & Deo placere, sibique acquirere meritum in hoc psallendi munere, quamuis Latinæ linguæ minimè possideant intelligentiam. Cùm itaque sint, vt suprà hoc eodem diximus Libro, tres attentionis gradus in vocali oratione. Vnus, qui

qui in verbis sistit prolatis, ne vllum ex [illegible] omittatur. Alter, qui sensum verborum, sine [illegible] teralem siue spiritualem, respicit, quem tamen [illegible] docti possunt habere. Tertius, qui ad finem [illegible] pter quem psallimus spectat, nempe ad Dei [illegible] riam, ad nostram item proximique vtilitat[illegible]

Psalmodiæ fructus triplex.

Cùm item tres sint Psalmodiæ fructus, nem[illegible] meritum, impetratio & spiritualis refectio m[illegible] tis, nouerint sacræ Virgines, ad hos tres fruc[illegible] obtinendos non esse necessarios coniunctim p[illegible] dictos tres attentionis gradus. Nam secund[illegible] non exigitur necessariò à quolibet psallente, q[illegible] Psalmorum lingua (Latina scilicet, quam Eccl[illegible] sia adhibet) non est omnibus nota: quando [illegible] men is etiam gradus posset haberi, esset qu[illegible] que valdè vtilis. Primus & postremus sunt m[illegible] gis necessarij, hoc tamen ordine seruato. Pr[illegible] mus absolutè & simpliciter est necessarius [illegible] ad prædictos tres fructus obtinendos, quàm [illegible] rectam diuini Officij persolutionem. Et ista [illegible] tentio sita est potiùs in voluntate quàm in actu[illegible] Deus enim, vt sæpè dicimus, non exigit à nob[illegible] actualem attentionem, quæ est viribus natur[illegible] peccato vitiatæ nimis onerosa. Sufficit itaque [illegible] luntas attendendi initio Hymnodiæ elicita: q[illegible] voluntas intelligitur semper durare virtute p[illegible] mi actus eliciti, quamuis actu mens ad alia [illegible] trahatur, donec vel retractetur, vel voluntas [illegible] ad alia diuertendo interrumpatur; nec cessa[illegible] intelligitur ex qualibet mentis inuoluntaria [illegible] gatione. Tertius item attentionis gradus est [illegible] cessarius, & ab omnibus, tam doctis quàm idi[illegible] tis, potest haberi: imò aliquando fuit in quibu[illegible] dam idiotis magis perfectus quàm in doctis; [illegible]

vt illi, rerum omnium caducarum obliti, in Deum, quem laudabant, maximo raperentur ardore, & suauissima mentis iucundarentur refectione. Verùm hæc mentis refectio, quæ & dulcedo dicitur, non semper conceditur cuilibet psallenti, etiam perfectè attendenti, quemadmodum ostensum est cùm ageremus de delectationibus. Quamuis dulcedo, seu refectio ista mentis vel cesset, vel non concedatur, non idcircò statim impediuntur alij duo effectus meriti & impetrationis, nisi nouus aliquis accedat obex. Cùm itaque huius tertij gradus attentio possit contingere etiam idiotis, debent sacræ Virgines omni studio, quando ad chorum euocantur, proponere sibi Dei gloriam celebrandam, & decantandam: nam licet ignorent sensum verborum quæ proferunt, nouerunt tamen (quod certo certiùs sibi debent persuadere) verba illa esse à Spiritu sancto dictata, & à sanctissimis viris ac feminis, tum in veteri tum in nouo Testamento, esse, inspirante Deo, nobis tradita, imò etiam fuisse ab iisdem vsurpata, ad Dei gloriam, & Maiestatem & attributa celebranda. Nouerunt etiam in his Psalmis & Hymnis, quos frequentant, contineri altissimas Dei laudes, & nostræ Christianæ Religionis præcipua mysteria, vti primus huius Operis liber ostendit. Quicumque animus, hoc pio in Deum affectu dispositus, accedet ad psallendum, munus suum perfectissimè, quantum in hac misera vita licet, poterit explere.

Idiotarum attentio qualis esse possit.

Qui vellent omni rigore à psallentibus exigere intelligentiam eorum quæ cantant, omnem pænè ab Ecclesiastica Hierarchia auferrent vsum iugiter

iugiter frequentandi diuinas laudes. Nam, e
iam inter eos qui linguam callent Latinam, pa
ciſſimi nouerunt ſenſum perfectum, ſiue lite
lem ſiue myſticum, diuinorum verborum. Et

Pſalmorum intelligentia difficilis.

Dauidicis Hymnis, niſi quis ſacrarum Lite
rum profiteatur quamdiligens ſtudium, mu
reperit obſcura, difficilia, implexa, quæ anim
à Deo diſtrahunt, ſi quis velit illis inſiſtere. C
guntur confiteri ipſi ſacrarum Literarum Pro
ſores, non omnia Pſalmorum myſteria poſſe p
netrari, niſi diuinum adſit lumen ſupernatura
Mirabilia eſſe diuini verbi arcana aſſeruit Hie
nographus, ſpondens idcircò ſtudium per
Pſal. 118. gens in illis perſcrutandis: *Mirabilia teſtimo
tua, ideò ſcrutata eſt ea anima mea.* Imò cog
ſcens ſe imparem illorum aſſecutioni, mag
poſtulare ſolitus erat humilitate lumen & gr
tiam à Deo aſſequendi intelligentiam tantæ
Ibidem. gis: *Reuela oculos meos, & conſiderabo mirab
de lege tua.* quam poſtulationem non ſemel,
Ibidem. ſæpè iterabat: *Da mihi intellectum, & ſcruta
legem tuam.* Quare igitur exigenda eſt ab om
bus pſallentibus perfecta Pſalmorum intelli
tia? ſatis erit, deuotè, attentè & ſanctè ca
re verba Pſalmorum reſpiciendo in Deum,
quem diriguntur huiuſmodi ſancta verba. D
fectum intelligentiæ ſupplere ſatis ſuperque p
teſt pius pſallentium affectus erga Deum, qu
Hymnis laudant & celebrant. Si reſpectu p
lentium non eſt neceſſaria Pſalmorum int
gentia, minùs illa requiretur ex parte Dei, q
non vocem & linguam, ſed mentis cordis
expendit affectum, approbans etiam parv
rum & loqui neſcientium acclamationes, qua
ſimp

simplici proficiscebantur affectu. Nec attendit Deus errata prolationis & vocis, quia ista hominum aurem, non Deum offendunt. Quamuis erret sonus verborum, rectus tamen esse potest mentis affectus, imò deuotior in idiotis reperiri potest animus quàm in doctis. Deuotio licet ab intelligentia possit haurire adiumentum, nihilominùs non pendet necessariò ab illa. Ad quam rem scitè & verè tradidit diuus Thomas, dum de cantibus differit in Ecclesia adhibitis, ad quos conueniunt frequentiores populi idiotæ, tradidit, inquam, ad ipsorum consolationem; quòd etiam si non intelligant quæ cantantur, intelligunt tamen propter quid cantantur, nempe ad laudem Dei, quæ cognitio sufficit ad deuotionem excitandam. Si cognitio solius finis, ad quem diriguntur Psalmi decantati, sufficit, ex sententia tanti Doctoris, ad deuotionem excitandam in idiotis audientibus, vtique eadem sufficere asserenda est in idiotis canentibus tum ad satisfaciendum obligationi, tum ad meritum obtinendum; quod meritum adesse cognoscetur maius, vbi non acutioris intellectus donum, sed voluntatis affectio aderit recta & feruens. Imò si in hac re quid sentiam liberè velim aperire, potero vtique asserere, quòd simpliciter melius sit diuinas laudes ab idiotis vsurpari Latino sermone, quem non callent, conscriptas, quàm vulgari idiomate, quod percipiunt. Arcanorum namque ea fuit conditio penes omnes Gentes, vt peregrino exhiberentur sermone, vt maiorem haberent venerationem & admirationem: ne præterea idiotæ, vim videntes vulgariũ verborum haud semel vel contrarietatem vel absonum aliquid præ se ferentium,

D. Thom. 2.2.q.91. art.2.ad 5.

rentium, solutionemque eorum minimè assequentes, inde aut erroris, aut inquietudinis, aut alterius inordinatæ passionis hauriant occasionem, prout non rarò accidere vidimus in Germania, Bohemia & Polonia, vbi Psalmorum, Lectionum sacræ Scripturæ libri tam in Horis beatissimæ Virginis Deiparæ, vnà cum reliquis eiusdem pij libelli statis precibus, quàm in Bibliis, vulgari ipsarum regionum passim vsurpantur idiomate. Inde namque frequentiores in iisdem regionibus de fidei rebus controuersiæ & dubitationes. Inde forsan ad errores varios, qui adhuc vigent, facilior ac planior via. Satiùs itaque puto venerari & admirari quod non assequimur, certò tamen nouimus à Spiritu sancto ordinatum, quàm perperàm intelligere quæ sexus ingeniiq; superant imbecillitatem & conditionem. Studeant sacræ Virgines illi cogitationi firmiter adhærere, quòd omnia verba, in nostris Hymnodiis vsurpata, sint à Deo & à sanctis viris tradita, & ad Deum altè pureque colendum directa. Huius namque sanctæ cogitationis præsidio munitæ, munus diuinarum laudum explebunt tutiùs, vtiliùs, atque perfectiùs.

Apud Paulum Polum in suo Rationali Horarum Canonicarum cap. 8.

Miram visionem referunt Annales Germaniæ ad comprobandam meriti dignitatem quam habent Virginũ laudes & Hymnodiæ apud Deum. In quodam Monasterio Virginum apud Saxoniam, vbi plures Religiosæ sanctè viuebant, quædam virgo, ob vigilias, abstinentias, & disciplinas viribus attenuata, variis afflictabatur infirmitatibus, numquam tamen abstinebat à choro frequentia tam diurna quàm nocturna. Hæc Monialis cùm ad diuinum nocte quadam conuenis-

set Officium, circa tertij Nocturni finem ferè passa est, ob virium debilitatem, animi deliquium. Iussa fuit ab Abbatissa è choro exire itura ad lectum. At hæc ægrè ferens discessum, postulabat dilationem saltem vsque ad finem Cantici, *Te Deum laudamus*, mox decantandi. Non acquieuit Abbatissa: imò institit, vt omnino discederet. Tunc absque mora egressa est Monialis, vt iussioni pareret, versus cellam pergens; substitit autem in Claustro, vt audiret cantari ab aliis sociis Canticum *Te Deum*, quod ipsi negatum erat. Quando itaque audiuit prima huius Cantici verba enuntiari in choro, oculos in sublime eleuauit, vt spiritu Deum laudaret vnà cum ceteris Sororibus canentibus. Ecce super chorum Monialium vidit cælos aperiri; & ad ea verba, *Tibi omnes Angeli, tibi cæli, & vniuersæ potestates, tibi Cherubim & Seraphim incessabili voce proclamant*, vidit omnes Angelorum choros ante thronum diuinæ Maiestatis prostratos adorare Deum trinum & vnum, & Agnum ad dexteram Patris sedentem, dicentes clara voce: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus sabaoth. Pleni sunt cæli & terra Maiestatis gloriæ tuæ.* Ad ea verba Monialium canentium, *Te glorioſus Apostolorum chorus*, conspexit sanctos Apostolos & Euangelistas coram sanctissima Trinitate prostratos eamdem explere adorationem, eademque verba dicere ab Angelorum choris recitata: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus sabaoth. Pleni sunt cæli & terra*, &c. Ad verba, *Te Prophetarum laudabilis numerus*, vidit omnes Patriarchas & Prophetas eadem, qua ceteros præcedentes Sanctos, prostratione adorare infini-

Canticum, Te Deum laudamus, quanti meriti sit.

tam Dei trini & vnius Maiestatem, dicentes *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus*, &c. Ad verba *Te Martyrum candidatus laudat exercitus*, vi innumeram multitudinem Martyrum, Confessorum, Virginum eamdem prorsus adorationem proſtrationem & cantum explere, quam alij Sanctorum chori expleuerant. Ad ea autem verba, *Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia*, vidit chorum suarum Monialium assumptum in cælum, & vnà, admixtum choris Sanctorum & Sanctarum triumphantium, adorare Deum trinum & vnum variis exultationis & lætitiæ signis vsque ad finem Cantici. quo expleto vidit claudi cælum. Putans autem illic permansisse suas Sorores assumptas, gressum recepit retrosus chorum, vt videret, quid factum esset de Monialibus; quas audiens prosequi, *Deus in adiutorium meum intende*, vt Laudes cantarent, intellexit eam sibi ostensam visionem, vt cognosceret quanti essent meriti illarum Virginum Hymnodiæ, dum eorum voces, pia deuotione prolatæ vnirentur cum vocibus cælestium Spirituum Sanctorum regnantium in cælis.

Studeant Virgines omnes in Claustris degentes se componere & præparare ad Hymnodiam maiori qua poterunt deuotione & attentione accendam, iungentes suas preces Sacerdotum precibus, qui eodem psallunt tempore per Ecclesiam orbis, intentionemque dirigentes ad eum finem quem Ecclesia, cuius nomine psallunt, sibi proscribit; placitæ namque erunt & acceptæ Deo meritumque inde consequentur ac reportabunt

CAPI.

CAPVT XIX.

Animum à curis externis liberum sanctioribus anni temporibus vellet Hymnodiæ vsus.

DILECTVS Canticorum Sponsus, vt declararet quo animorum genere præ ceteris delectetur, & quibus magis se coniungere solitus sit, concedens suas visitationes, sub consuetis metaphoris differens pronuntiauit: *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.* Super quo textu appositè diuus Gregorius Magnus scripsit, per *montem myrrhæ & collem thuris* intelligendos esse animos, qui, præmisso studio mortificationis, ascendere nouerunt ad studium sanctæ orationis; myrrha namque ob suam amaritudinem est symbolum mortificationis; thus fuit semper ob suum odorem symbolum orationis. *Ad montem ergo myrrhæ* (ait diuus Gregorius) *& ad collem thuris sponsus vadit, quia eos familiariter visitat, quos per mortificationem vitiorum ad alta proficere, & per mundas & humiles orationes suauiter redolere perspicit.* Ex hoc textu post vnusquisque Hymnodiæ studiosus cognoscere causam, cur aliqui hauriant plures ex Hymnorum vsu delectationes & fructus, quidam autem modicas, vel nullas, alij potiùs sentiant fastidium. In promptu aderit causa ex hoc textu Canticorum. Dominus noster, à quo & fructus & delectationes sunt expectandæ, suas non concedit visitationes, nisi iis qui priùs nouerunt ad collem myrrhæ se recipere; nisi nimi-

Cantic. 4.

Mortificatio sensuum præuia debet esse perfectæ orationi.

rum sciant aliquando præmittere quemdam ſ
ceſſum quaſi ad montem, in quo mortification
ſtudium exercentes myrrham dabunt. Vbi p
myrrhæ reperietur, ibi frequentior communic
bitur viſitatio Dei in colle thuris. Ad quam re

Ant. Maria Zacaria in Aphor. verbo *Oratio.* num. 4.

venerabilis noſter Pater Zacaria, dum de orati
ne, in qua ipſe valdè excellebat, diſſereret, appo
ſitè tradebat Aphoriſmum verè pretioſum: *
vis rectè orare, priùs debes à ſæculi curis elonga
& à propriis expurgari paſſionibus, quæ ab anim
fiduciam auferunt orationis.*

Mortificationis ſtudio cor diſponitur ad Dei viſitationes.

Si mortificationis ſtudio cor noſtrum à curis
externis aliquando ſaltem nouerimus ad Deum
colligere, tunc Dominus noſter viſitabit cor no
ſtrum in Hymnodiis, & precibus, quaſi mon
tem myrrhæ & collem thuris. Nam ſicut mortifi
cationis ſtudium purgat cor à curis externis, ſic
Hymnodia inuitat Domini aduentum, & præ
parat in corde pſallentis dignam Deo habitatio
nem, quemadmodum tradidit idem ſanctus Gre

D. Gregor. Hom. 1. in Ezech.

gorius alibi dicens: *Vox etenim Pſalmodiæ cum
per intentionem cordis agitur, per hanc omnipotẽ
ti Domino ad cor iter paratur, vt intentæ mentis
prophetiæ myſteria vel compunctionis gratiam in
fundat.* Quod pronuntiatum comprobare nit
tur ſanctus Doctor teſtimonio Dei per Hymno

Pſal. 49.

graphum dicentis, *Sacrificium laudis honorifica
bit me*; & *illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei*
explicans, quòd in Pſalmodia, quaſi in Sacrificio

Pſalmodiæ rectus vſus præparat animum diuinis conſolationibus.

laudis, aperiatur & paretur via in corde ad ſalu
tare Dei, hoc eſt ad Ieſum, qui eſt ſalus noſtra
quia in Hebræa phraſi idem ſit Ieſus ac ſalus,
cui dum cantamus, iter facimus vt ad cor no
ſtrum veniat, & ſui amoris gratia nos accendat

En quot bona & dona docet sanctus Gregorius ex recto Hymnodiæ vsu ad corda psallentium defluere, nimirum prophetiæ, compunctionis, & amoris.

Addamus nos, & dicamus inde prouenire dona omnium virtutum, quæ tantæ esse possunt, vt in admirationem trahant etiam Spiritus cælestes; quemadmodum nouimus eos admiratos animam Canticorum, quæ, ob frequentes visitationes Sponsi in monte myrrhæ & colle thuris receptas, adeò excelluit in omni virtutum genere, vt dicere auditi sint: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?* Cantic. 3. quibus verbis ostendunt Angeli cælestes admirationem nō modicam ob insigniorum virtutum congregationem, quam obseruarunt in ea anima ex myrrhæ & thuris vsu. Quæ duo aromata tantummodò nominantur proprio vocabulo, dum cetera sub generaliori voce comprehenduntur, *Et vniuersi pulueris pigmentarij*; quia ceteræ virtutes ex mortificatione & oratione ortum habent.

Angeli mirantur perfectorum virtutes eximias.

Nec vacare mysterio dicendum est illud verbum, *de deserto*, quod Angeli vsurpant in suo elogio. Per illud namque declaratur, quanta debeat esse animi ad hanc virtutum omnium fragrantiam nitentis puritas à curis externis; debet enim tanta esse, quanta in desertis locis obtinetur. Ea deberet esse cogitationum omnium intentio in Deum, quæ in solitudine & desertis facilè acquiritur, nullum mundi affectum aut cogitationem admittens, sed omnia visibilia obiecta à corde suo dimittens. Verùm ad hanc solitudinem cordis acquirendam ij tantùm poterunt

eniti, ac contendere, qui mortificationis ſtud
ſciunt ſeipſos ab his, quæ neceſſaria non ſu
quibuſdam ſaltem anni temporibus viriliter
uocare, ac ſubtrahere. Qui ſenſus ſuos perm
tit liberè ad quodlibet obiectum, etiam non n
ceſſarium vel muneri, vel ſtatui, applicare, is,
iam in choro exiſtens corpore, mente verſabi
in foro, & in negotiis, nec dici poterit, quod
deſerto aſcendat.

Senſuum libertas animi attentionem ad Deum aufert.

Nouerunt magnum huius ſolitudinis bonu
qui in Eccleſia Dei, vt diuinarum rerum co
templationi vacent perfectiùs, ſe ad eam ora
ſtudio colendam non per aliquod anni tempu
ſed per totum vitæ ſpatium, ſæculo relicto, tr
diderunt. In quo genere excelluerunt Mon
chorum Ordines vitam profitentes contempl
tiuam, inter quos primum cenſentur obtinere
cum Carthuſiani Ordinis ſectatores genero
qui ſanctæ ſolitudinis tenaciſſimi ac rigidiſſi
cuſtodes, ſicuti per eam multis iam ſæculis m
ximè florent in Monaſticæ diſciplinæ viridi
ſeruantia, vnde illud ſibi encomium ſunt p
meriti,

Carthuſiani ſolitudinis bona experiuntur.

Per tria ſi, ſo, vi, Carthuſia permanet in vi,

nimirum per ſilentium, ſolitudinem & viſitat
nes; ita ſuauitate animorum ſingulari maior
diei partem in ſacræ Hymnodiæ ſtudio & in
uinæ contemplationis dulcedine explent.

Tantum hoc bonum cœperant iampridem
guſtare in Eccleſia Dei pij illi Anachoretæ,
ſanctiſſimi Romualdi Parentis inſtitutum ac
ſciplinam fideliter ſeruantes, montium eligo
ac diligunt ſolitudinem, ibique per Pſalmo
deuotum cantum, ac per iuge contempla
ſtudium

Camaldulenſium Anachoretarum diſciplina.

ſtudium aſcendere nouerunt, tamquã per myſticam ſcalam, in Deum, cui ſeipſos ex animo deuouerunt; quiq; innixus ſcalæ nihilo diſſimili ab ea, quam priſcis ſæculis à terra cælum pertingentem oſtenderat in Meſopotamiæ ſolitudinibus dilecto ſuo Patriarchæ Iacob, ſe præbuit videndum etiam prædicto iſtorum Anachoretarum optimo Parenti, vt filiorum ſuorum intelligeret conditionem. Dum enim hic præclarus vir in monte, qui Camaldulus poſteà dictus eſt, à quo & nomen Camaldulenſium fuit Romualdi filiis traditum, thus & myrrham colligeret, nitens ad ſublimem cum Deo vnionem per varias præcipuarum virtutum actiones, voluit in illo benigniſſimus Deus inſignem priſcæ ſcalæ oſtenſionem renouare, tum vt nouus iſte Patriarcha magnum ſuæ ſolitudinis experiretur fructum; tum vt filiorum, quos inſtituebat, cognoſceret præclara merita apud Deum. Sicut in antiqua ſcala Iacob viſi ſunt Angeli Dei aſcendentes & deſcendentes, quia illius Patriarchæ vita & actiones erant ab Angelis ſanctis dirigendæ & cuſtodiendæ; ita Romualdus in ſua ſcala vidit homines in candida veſte aſcendentes & deſcendentes, quia eius filij, ſanctæ ſolitudinis cultores veri, induturi erant non tam Angelicum in externis veſtibus candorem, quàm Angelicam in interiori animo puritatem, imò & æmulaturi Angelorum inſigniora munera, dum Angelicè viuentes, fidelem præſtare debebant altiſſimo Deo iugi Hymnorum cantu ac contemplatione famulatum. Euentus viſionem comprobauit. Nam ita fecundus fuit hic Sanctus in prole ſanctorum, vt non ſolos Italiæ, vbi ſui Ordinis primordia felicia fe-

S. Romualdi viſio inſignis.

Geneſ. 28.

licesque progressus vidit, sed postmodum etia
Germaniæ & Poloniæ sanctis Anachoretis rep
uerit montes.

Nouerunt etiam illi Religiosi viri, qui non
lam contemplatiuam, sed etiam simul actuo
exercentes vitam, soliti sunt mortificationis
dio solitudinem quamdam imitari, dum rele
re à se student quidquid ad sui ipsius aut prou
necessariam non pertinet vtilitatem: licet e
viuant & conuersentur inter homines, sobr
tatem tamen animi scientes adhibere, videre
quasi in solitudine vitam agere. Illi præsert
huius generis Religiosi sentiunt huius solitu
nis beneficium, qui semel aut bis in anno
actuosa & tumultuosa vita seipsos auocare s
sunt, necessaria etiam dimittentes, vt se totos
cipiant ad interiorem proprij animi occupati
nem. Hi solitudinis quamdam formam sibi co
struunt etiam in media vrbium frequentia, s
tudinem autem non loci, sed cordis; omnino a
tinentes à curis omnibus externis, siue alico
siue etiam propriæ domus, vt Hymnis, ora
nibus ac meditationibus maiore animi attent
ne & conatu vacent. Tunc experiuntur, qu
tum vtilitatis proueniat ex hac cordis solitu
ne, quantumque facilitatis acquirant ex be
suum collectione ad Deum orandum & cont
plandum. Non desunt hodie in Ecclesia Dei
dines integri Regularium vitam profitentes
tam, qui sibi annuum hunc secessum grauit
scripsere Decreto obseruandum, à quo nefas
tant abstinere; vti Societas Iesu, Carmelitæ
calceati, nos Clerici Regulares Paulini, & al

Mortificationis studium magna confert bona.

Cordis solitudo ad Deũ orandum valdè conducit.

Qui huiusmodi sciunt se tradere solitudini,

alicui viderentur tunc in Christiana Republica otiosi, quia se subduxerint à solitis negotiis proximorum; à cordatis viris censebuntur, & dicentur otium quidem exercere non otiosum, sed omni negotio fructuosius. De ipsis iure poterit asseri, quod olim de Africano Scipione, viro bellicis rebus & regiminis prudentia maximè claro, scriptum reliquit ad eius laudem Plutarchus, ab eiusdem Scipionis ore acceptum; quòd nimirum dicere de se ipso aliquando solitus esset: *Numquam se minùs otiosum, quàm cùm otiosus, nec minùs solum, quàm cùm solus esset.* Hic præclarus vir sicuti pro Reipublicæ beneficio, quando tempus & necessitas exigebat, nouerat omnia tum belli tum pacis munera obire, ita à cœtu hominum interdum se auocans, in solitudinem concedebat, non idcircò tamen putans tunc temporis minùs se prodesse Reipublicæ, quamuis solus & otiosus esset, quàm tempore munerum; quia etiam solus cogitationes eò directas habebat, vt meditaretur modos Romanam rem amplificandi.

Otium negotiosum est solitudo.

Plutarch. in Scipione Maiori.

Idem meliùs altiusque de Religiosis & piis viris asseri debet, qui cùm reliquâ anni parte in vtriusque vitæ operationibus se exerceant, plus actuosæ quàm contemplatiuæ tribuentes, vt proximi salutem foueant, in illo saltem iusto spatio, quod sibi solis eligunt, ac decernunt, vt toti diuinis vacent rebus, sanctum otium assumunt omni negotio magis fructuosum, imò ipsis negotiis mox resumendis fructuosissimum. Sicut tunc animus à curis externis segregatus faciliore suauitate erigitur in Deum, cui soli diuturniore potest attentione & affectu vacare; ita ex hac cum Deo consuetudine plurima reportat beneficia, ad sui

Religiosorum voluntarius secessus quanti sit vtilitatis.

ipsius & proximi maiorem vtilitatem. Hoc g
nus vtilis operosique otij ostensum nobis e
imitationem in sanctissimo Moyse, diuinitus
populi fidelis vtilitatem electo. Hic vir, vt o
regiminis sibi commissi posset feliciùs sustin
ac prosequi, fuit à Deo ad montem euocatus,
licta priùs omni populi externa cura: in eo
monte moras traxit quadraginta dierum, s
cum Deo agens, vbi quidem verum otium h
buit, sed negotiosum & vtile; quia à Deo, q
cum colloquia trahebat, hausit præcepta, doc
menta & scientiam ad maius bonum & vtilita
populi commissi. Inde reportauit tabulas leg
diuini item cultus ritus & cærimonias, & t
cordis quàm capitis illustrationem: quemadm
dum ex alio simili secessu hausit illas delectat
nes & suauitates, quas Capite x. prioris libri d
ximus. Quod otium considerans diuus Amb
sius, & cum eo Scipionis Africani confer
sicuti in Moysis otio declarat antiquitatem m
iorem, ita etiam laudat maiorem vtilitatem. C
ius autem maiora negotia, quàm huius otia (ait be
tus Ambrosius) *qui quadraginta diebus posit*
monte totam legem complexus est, & in illa sol
ne qui cum eo loqueretur non defuit. Ipse Dom
noster, vt nos ad hunc vtilem sanctumque a
ius pij secessus vsum animaret, statuit in se
eum frequentare, & in ipsius frequentia p
scribere formam, quam debebant boni disci
deinceps æmulari, vt virtutum quarumdam o
ra posset vnusquisque faciliùs explere. Digna
certè obseruatione est, quod cognoscimus à D
mino nostro ad hanc rem frequentatũ. Legim
quòd ipse, quoties opus esset aggressurus exa
ora

Solitariis loquitur Deus.

D. Ambr. lib. 3. Offic. cap. 1.

Domini nostri frequentes secessus ad solitudinem.

ordinarium, priùs ad solitudinem se recipiebat, vbi moras trahens modò longiores, modò breuiores, iuxta operis mox sumendi qualitatem, se ipsum præparabat ad pium munus. Id in primis videre nobis nunc licet ab ipso obseruatum ante initium suæ prædicationis & manifestationis, quæ sicut tres continuos annos erat perduratura, ita secessum habuit ceteris longiorem : nam in desertum concedens locum, in asperrimo ieiunio Matth. 4. & in assidua oratione quadraginta dierum & totidem noctium integrum expleuit curriculum, non sine communis hostis admiratione & conturbatione. Eosdem deinceps secessus in prædicationis progressu frequentes habuit variis anni temporibus : inter hos, illum præcipuè offero à sancto Euangelista Luca descriptum, antequam Dominus noster aggrederetur electionẽ Apostolorum, quorum opera vti volebat in orbis restauratione. Quamuis Dominus noster probè cognosceret & qualitatem eligendorum, & euentum electionis, voluit nihilominùs se priùs ad montem recipere, ibique, ab omnibus subductus externis tumultibus, Deum Patrem in oratione consulere; vt nobis ostenderet, quid facere nos deceat quibusdam anni temporibus, in quibus vel insigniora recoluntur Sacramenta, vel pietatis extraordinaria opera sunt à nobis arripienda. *In illis diebus*, ait sanctus Euangelista, *exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.* Lucæ 6. Hoc insigne Domini nostri facinus expendens beatus Ambrosius, vrget illud in exemplum omnibus viris pietate insignibus illis verbis ad rem nostram opportunis : *Species tibi datur, forma præscribitur quam debeas æmulari. Quid enim te* D. Ambr. lib. 5. in Lucam.

pro

pro salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat? quid te facere conuenit cùm vis aliquod officium pietatis adoriri, quando Christus missurus Apostolos orauit priùs, & sic orauit? Hanc à Domino nostro traditam voluntarij secessus formam, tempore præsertim alicuius egregij operis mox assumendi, plures tenuerunt insignes Ecclesiæ sancti viri tum antiqui tum recentes, non sine propria & aliorum vtilitate. In Apostolico viro sancto Norberto, Ordinis Canonicorum Regularium Præmonstratensiú Institutore, scriptum reliquit B. Hugo discipulus & successor, quòd post adeptionem Apostolicæ vitæ quam, relicto curiæ Cæsareæ splendore, cui se tradiderat, & amplissimis facultatibus quibus abundabat, sibi delegerat, sicuti in hæreticorum ad fidem Orthodoxam, & peccatorum ad pœnitentiam conuersionem operam impendebat strenuam, ita solitudinem Præmonstrati habens in deliciis, ad eam frequens se recipiebat, vt ad opera Apostolica feruidiùs subeunda esset paratus. Quare dignus aliquando fuit in eadem solitudine insignes à Deo recipere internas cordis illustrationes & impulsus ad omnia virtutis opera præstanda, præsertim ad promouendam in Ecclesia Dei Ordinis tam præclari fundationem & propagationem. Post sæcula multa beatissimus Franciscus, de Paula dictus, in Calabriæ solitudinibus admodum frequens, tantos ibidem hausit diuini spiritus ardores, vt ex solitudine ad fundationem noui Ordinis Religiosorum, quos ex humilitatis studio voluit appellari Minimos, se contulerit.

S. Norberti amor solitudinis, & fructus egregij.

S. Francisci de Paula secessus voluntarij.

Felices, qui nouerunt huius sanctæ segregationis

nis imitationi operam dare; non solus enim Hymnodiæ rectus vsus, sed etiam omnis virtutis progressus magnam hauriret vtilitatem. De nostro Alexandro Saulio, cuius vitæ sanctitas non solùm apud nostrum Ordinem, sed etiam apud totam Christi Ecclesiam nota est & celebris, ob insignes virtutes, quas, tum in Regulari vita tum in Episcopali dignitate existens, ad publicum bonum exercebat, testatum habemus, quòd tamquam alter Moyses, vt animas sibi concreditas posset faciliùs & securiùs dirigere ad viam salutis, dum in insula Corsicæ Episcopus esset, cuius etiam dictus est Apostolus, quamuis per totum anni tempus esset sacræ Hymnodiæ studiosissimus, ita vt non contentus solito Hymnodiæ vsu, quam cum suis Canonicis in choro semper explere conabatur, solus in proprio Oratorio alium prætereà Hymnorum numerum recitare quotidie vellet genibus semper positis, & aperto capite, ex quo non semel prodire visi sunt clarissimi lucis radij; tamen ad montem solitudinis se recipiebat semel saltem in anno, nimirum ad Claustra Religiosorum, quibus cum per id temporis, omni regiminis cura in Vicarium reiecta, vitam communem agebat tam in victu quàm in disciplina chori, conueniens cum ceteris Religiosis, qui vt plurimùm erant vel Capucini, vel Obseruantiæ sancti Francisci (nulla existente in ea insula nostri Ordinis domo) ad omnes Horas Canonicas tum diurnas tum nocturnas. Translatus ad Ticinensem Episcopatum, statis anni temporibus se ipsum recipiebat ad nostri Ordinis Collegium, vbi nihil de regulari disciplina remittens, per plures dies Deo diuinisque vacabat rebus, maioriq̃ue

Alexandri Saulij annui secessus.

Paul. Bell. Orat. de Alex. Saul.

maioriq́ue ſtudio virtutibus animi colendis o
ram dabat. Quem fructum inde ſibi compar
ad vitæ perfectioris ſanctitatem oſtendunt
effectus, quos omnipotens Deus, ad populo
eius nomen inuocãtium vtilitatem, quotidie
rari dignatur; quemadmodum teſtantur innu
ræ ferè tabellæ, tum ex argento tum ex pict
populis oblatæ, quæ in Cathedrali Papiæ Ec
ſia appenſæ conſpiciuntur. Vtinam qui hæc
nouerunt, ſtudere aliquando decernant vitæ
ritati, & ſenſuum opportunæ collectioni, v
greſſus in dies maiores mereantur adipiſci,
comparare. Et ſicuti per anni circulum ſanct
quædam tempora nobis offeruntur, quia
ſanctiora recoluntur myſteria; ita attentione
tateq́; maiore in Hymnodiæ vſum incumba
animum prorſus liberum ab omni alia occ
tione colligentes in vnum Deum, quem col
& veneramur. Quo præſertim tempore debe
pij pſallentes omni ſtudio & opera incumbe
eas rectè pſallendi conditiones hoc Libro de
ptas omni explerent ac exercerent perfectio
defectus, quos Libro proximè ſequenti cau
dos monebimus, omnino expurgarent; quæ
faciliùs memoriæ commendentur, ſequen
verſibus comprehenſa ſubiicio:

Theſaur. Theolog. verbo *Hora Canon.*

Cùm Domino pſallis, pſallendo bis tria ſerua.
Mens ſit ſublimis, pes iunctus, viſus in imo:
Erige cor ſurſum, proſer benè, percipe ſenſum.
Dum licet, in medio fac pauſam, nec trahe ſine
Et non poſterior verſus priùs incipiatur,
Anterior donec perfecto fine ſonetur.

DE ECCLESIASTICA HYMNODIA LIBER TERTIVS:

De defectibus in Hymnodia cauendis.

CAPVT I.

Quantum expediat psallentibus ab omni genere defectus cauere.

SICVT vera ac perfecta ratio Hymnodiæ laudans inuocat Dominum, eumque exorat, nec aliud est Psalmodia quàm oratio cum melodia, vti aduertit Lyranus ad ea verba Apostoli Pauli, *Orabo spiritu, orabo & mente; psallam spiritu, psallam & mente*; ita huic canoræ orationi non semel euenire potest ille infelix exitus, quem alter Apostolus euenisse scripsit fidelibus quibusdam dicens: *Petitis, & non accipitis, eò quod malè petatis.* Quod monitum si rectè expendatur, docebit nos conditiones ad rectum Hymnodiæ vsum spectantes. Aduertendum est, non dixisse Apostolum istum, ideò

Lyran. in 1. Cor. 14.

Iacob. 4.

In oratione possunt peti bona malè.

ideò non fuisse eos Christianos exauditos, quia mala peterent, vti contingit aliquando peti ab improbis, qui vindictam aliásve turpes satisfactiones petunt, sed quia malè petiissent. Possunt peti à Deo bona, sed malè, & tunc orationes & preces nil operantur, quasi non fuissent factæ. Nam illud habemus solemne in Iure proloquium, Paria esse aliquid non facere, aut non facere rectè, seu legitimè quoad substantialia. Ne nostræ Hymnodiæ fructus & labores depereant, ob defectus qui in illa admitti possunt, expedit ad complementum nostri instituti Operis ostendere, à quibus defectibus sit præcipuè cauendum, ne malè expleatur Hymnodiæ exercitium.

Defectus cauendi cùm alij ad essentiam seu substantiam pertinere possint, alij autem ad modum seu qualitatem, & ab illis ex necessitate, ab istis ex perfectione sit abstinendum, vtrique sunt à nobis declarandi; quia omnibus psallentibus in choro debitores sumus, non iis tantùm qui præcepti rigorem respiciunt, sed etiam illis, qui, perfectionis studiosi, ad supremum psallendi gradum nituntur. De omnibus præstat agere, vt omnes queant caueri. Nec vanum aut superfluum censere quisquam debet, si audiet reprehendi etiam leuia & minima errata; quia nec minima, nec leuia reputanda sunt, quæ in choro, siue studiosè siue ex negligentia, siue ex inaduertentia siue ex quacumque alia causa, admittuntur. Quæ aliàs essent leuia aut ratione materiæ, aut ratione suæ conditionis, magna & grauia habenda sunt à cognoscentibus tum sublimitatem operis quod persoluunt, tum loci sanctitatem in quo morantur,

Defectus Psalmodiæ etiam leues æstimandi.

In operibus Dei nullum erratum leue.

tur, tum dignitatem Dei quem alloquuntur psallentes; crescere namque erratorum grauitatem ex hisce capitibus, communis est Theologorum sensus. Hinc quæ in sæculi hominibus vel leuia putarentur, vel etiam nihil, ea in Monasteriis & personis Deo dicatis grauiora semper fuere asserta à sanctis viris; quemadmodum asserere solita erat S. Paula Romana. Hinc diuus Bernardus inferebat, otiosa verba, quæ in ceteris sæculi hominibus sunt nugæ, esse in ore eorum qui sunt Deo initiati blasphemias. *Inter sæculares nugæ sunt*, ait, *in ore Sacerdotis blasphemiæ*. Imò vult, si vsus accedat, eorum grauitatem excrescere ad sacrilegium: *Consecrasti os tuum Euangelio, talibus* (otiosis verbis) *iam aperire illicitum, assuescere sacrilegum est*. Loci item sanctitas auget delicti grauitatem; & quod in locis profanis esset simplex peccatum, fit propter Ecclesiæ sanctitatem sacrilegium. Respectu item Dei, ad quem dirigitur Hymnodiæ cultus, grauiora censentur coram ipso (nempe in Ecclesia, vbi Deus modo residet singulari, & Hymni decantantur) commissa delicta; sicut grauiùs quoque puniuntur in foro humano, quæ in oculis Principum commissa probantur. Nulla itaque in choro commissa errata dicenda sunt leuia, nec item leges, ad hos minutiores cauendos defectus traditæ, dicēdæ sunt leues, quia spectant ad Dei cultum perfectum & absolutum.

Ex D. Hieron. Ep. 27. ad Eustoch.

D. Bernar. lib. 2. de Consid. cap. 13.

Delictorum grauitas ex quibus augeatur capitibus.

Hinc prodierunt in Dei Ecclesia tot ordinationes, à Religiosis præsertim viris sanctæ perfectionis verè studiosis ad amussim obseruatæ, circa chori & Hymnodiæ disciplinam, vt diuinæ expleantur laudes ea pietate quæ tantum munus decet. Minutiora profectò sunt quæ ad hāc rem

Minutiores ritus obseruandi à psallentibus.

præscripta habemus,& Dei gratia hucusq; obseruamus in nostra Congregatione nos Clerici Regulares Paulini, vti, Qua munditia vestium & crepidarum sit ad chorum conueniendum; Qua modestia in chori ingressu sumenda aqua benedicta; Quo modo, & quando standum, aut sedendum; Quo item modo, & quãdo manus iungendæ; Quo ordine tum in accendendis tum in extinguendis luminibus ad altare incipiendum (quia nimirum à vicinioribus sanctissimæ Eucharistiæ tabernaculo sit exordiẽda illuminatio, à remotioribus verò extinctio;) Quo modo manus tenendæ à Lectoribus in medio chori; item, Quo modo excreatus ipsi, & necessariæ narium purgationes faciendæ, ne quemquam offendant; Qua item aduertentia expuendum, ne aut solum aut subsellia fœdentur. Statutas etiam habemus cuique lapsui pœnas, ab vnoquoque statim explendas. Qui, siue Sacerdos siue Clericus, vel in pronuntiatione, aut in munere aliquo manifestum committit errorem, statim, absque monitione vlla procumbens, terram deosculatur. Qui ad pronuntiandos versiculos Horarum explet munus, si errare contingat, statim in fine Hymnodiæ in medio chori positus, brachiis extensis in modum crucis tamdiu manet, donec à Superiore fiat ei aliquo signo potestas surgendi. Alia his minutiora, sed non superflua, habemus. Sicut in diuinis numquam satis potest ab homine fieri; ita nullæ diligentiæ, quamuis minutissimæ, habendæ sunt aut inutiles, aut nimiæ: nec multò minùs appellandæ erunt Iudaicæ superstitiones, quemadmodum aliquando ex ore negligentiorum excidere cõtingit, non sine graui diuini cultus iniuria.

Regulæ de disciplina chori apud Clericos Regulares S. Pauli.

Cultus diuinus diligentiam exigit singularem.

Idcirco

Idcircò sancti viri soliti fuere magna animadvertere severitate in eos, qui tempore Hymnodiæ aliquem admitterent lapsum. Hisce nostris temporibus de B. Aloysio Bertrando proditum est, quòd, dum Conventum regeret, soleret Feria sexta in Capitulo culparum tanto rigore reprehẽdere & punire errata in choro, sicut alia huiusmodi minutiora circa Regularem disciplinam, vt dies videretur Iudicij. Superiore item sæculo Ioãnes Houhton Anglus, Carthusiani Ordinis feruidissimus alumnus, Prior Londonensis Carthusiæ, qui sanguinem ac vitam maluit tradere, quàm ab Ecclesiæ Catholicæ recedere vnitate in Anglicano Schismate, tanta erat erga perfectum Psalmodiæ vsum affectus veneratione, vt errata quælibet, etiam leuissima, existimaret magna & grauia, ob grauitatem iniuriæ loco, muneri ac Cælitibus irrogatæ, acriterque in illa inuehebatur in Capitulis culparum. verba nonnulla ab isto Religioso verè sancto ad hanc rem aliquando prolata in Capitulo, quia vna chori pars in cantu illius Dauidici versiculi, *Dextera Domini fecit virtutem*, errauerat, audire non pigeat ad nostram eruditionem, & excitationem. *O fratres carissimi*, ait, *quid fecimus hac nocte? errauimus in Psalmodia Dei nostri. clamemus culpas nostras. Valdè malum est, quòd nos, qui officium Angelorum exequimur, talia errata in cõspectu Dei & Angelorum cõmittimus. Illi numquam errant, & nos per nostras negligentias & incurias errauimus: quod optimè facere debemus, negligenter fecimus. Si serui inutiles sumus, cùm omnia fecerimus, quales sumus ex hoc defectu nostro? Non fiat amplius hoc inter nos. Si offerat quis Regi terreno claudum, languidum, siue*

Vincent. Iustin. in Vita.

Psal. 117.

Hist. Mart. Angliæ c. 4.

maculosum, nónne respuet ? nónne displicebit illi talis oblatio ? reprobatus erat Cain, non quia non obtulit hostiam Deo, sed quia obtulit de peioribus: electus autẽ erat frater eius de optimis offerẽs. Quid dicerent carnales domini seruis suis incautè se habentibus circa ministerium suum ? Illi cum maxima diligentia & peruiligi aduertentia omnia fieri circa se volunt, nos autem negligentes fuimus in seruitio Dei nostri, Regis Regum & Domini Dominantium. Timeo quòd tales exurgent in iudicio contra nos, & illa eorum exquisita opera nos pro nostris incuriis & negligentijs condemnabunt, adstipulante eis illa com-

Ierem. 48. *minatoria voce & terrifica Dei sententia : Maledictus qui facit opus Dei negligenter. quod Deus misericors auertat à nobis.* En quanta sermonis seueritate, verborumq; emphasi, & sententiarum grauitate vir diuini cultus zelator vnicum erratum, quod plerique paruifacerent, exaggerauit, ac reprehendit. At, quod magis est, & quod magis conducit, ad cognoscendum hanc in diuino cultu exactam diligentiam, non esse dicendam aut vanam, aut nimiam, Deus ipse variis ac grauissimis pœnis voluit aliquando in rituum sacrorum transgressores animaduertere. Terribile est quod narratur de quodam Monacho, dum, cum aliis in choro existens ad solemnem Missam decantandam, caput non inclinauit ad ea verba Symboli, *Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est :* nam statim ex diuina ordinatione adfuit dæmon, Iustitiæ diuinæ satelles, illi Monacho alapam grauissimam impingens; & clara voce dicens : Monache ingrate, quomodo sic stas erecto collo, cur non inclinas cum ceteris Monachis ? Nónne audis, quod

Rituum negligentia à Deo puniuntur.

Speculum Exemp. Dist. 9. c. 75

quod cantatur factum pro te ? si propter me miserum id feciſſet Deus, ego illi perpetuò me inclinarem. Mitior tamen eſt hæc pœna, duriores ſeuerioreſque ſunt illæ, quæ infliguntur poſt hãc vitam mortalem Religioſis negligentioribus in iis quæ ad Hymnodiam pertinent.

Euentum deſcribunt Hiſtoriæ S. Franciſci de quodam Religioſo, qui à duobus amicis viſus eſt poſt mortem inter compedes ignis conſtrictus maximo torqueri ardore. Interrogatus ob quam cauſam tali pœnæ eſſet addictus, reſpondit, Ob negligentias in diuini recitatione Officij commiſſas in eodem loco, vbi apparitio iſta fiebat, nimirum in choro. En quanti ſunt faciendæ diligentiæ in ritibus, etiam minutioribus, obſeruandis, dum agitur de cultu diuino. Non igitur dicenda erunt leuia errata, propter quæ Deus tam duras infligit pœnas, quales ſunt pœnæ ignis Purgatorij. Simili argumento D. Bernardus aliquando oſtendebat Monachis ſuis grauitatem erratorum circa cuiuslibet exterioris diſciplinæ obſeruantiam in Monaſteriis, & circa negligentias leuiores, dicens : *Scitote, quia poſt hanc vitam in purgabilibus locis cẽtupliciter, quæ fuerint hic neglecta, redduntur vſque ad nouiſsimum quadrantem. Scio ego quia durum eſt homini diſſoluto, apprehendere diſciplinam; verboſo, ſilentium pati; vagari ſolitum, permanere: ſed durius & multò durius erit, futuras illas moleſtias tolerare.*

Chron. S. Franc. 4. p. c. 59.

D. Ber. Ser. in obitu Humberti.

Purgatorij grauitas pœnarum.

Hanc ob cauſam non dedignati ſunt ſummi viri omnem operam nauare tradendis præceptis, ad minutiores quoſque ritus in hoc munere diuinarum laudum obſeruandos, ſpectantibus. Glorioſiſſimus Dauid, Hymnorum præcipuorum

auctor, non recusauit hanc humilem curam, docens in vltima senectute, vti superiùs diximus, Leuitas decantare Psalmos à se compositos. Sanctissimus Doctor Bernardus, sacræ Hymnodiæ studiosissimus, non solùm Monachos suos ad perfectionem ceterarum virtutum excitabat, sed etiam ad huius sancti muneris exactissimum studium vrgebat, descendens ad minutiores quasdam qualitates, vt admirationem non modicam relinquat legentibus; nam descendit ad modum pronuntiandi verba, imò etiam ad modum soni, qui in pronuntiatione cõtingere posset molestus. Huius sanctissimi Patris verba afferam ad nostri æmulationem: *Vos moneo, dilectissimi, purè semper ac strenuè diuinis interesse laudibus. Strenuè quidem, vt sicut reuerenter, ita & alacriter Domino assistatis, non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parcentes vocibus, non præcidentes verba dimidiata, non integra transilientes, non fractis & remissis vocibus, muliebre quidquam balba de naue sonantes, sed virili, vt dignum est, & sonitu & affectu voces sancti Spiritus depromentes.* Si tanta diligentia vigilandum est circa obseruationem eorum rituum qui solam Hymnodiæ æqualitatem respiciunt, quam diligentiam par est adhibere circa ea quæ vitiare possunt substantiam, nimirum vel intentionem, vel attentionem, vel integritatem? Tutius est cauere à minutioribus defectibus, vt grauiores faciliùs euitentur: vt autem omnes caueantur, de omnibus est instituendus sermo opportunus.

L. 1. c. III.

Sanctorum virorum diligentia in rituum obseruatione.

D. Bern. Serm. 47. in Cant.

CAPVT

CAPVT II.

De defectibus circa intentionem.

IN ipso Hymnodiæ ingressu contingere possunt varij defectus circa intentionem, quam vnusquisq; psallẽtium debet habere rectam, si munus suum explere velit absque culpa. Hæc intentio est actus voluntatis qui alio nomine dici potest finis psallentium. Nisi adsit intentio, & finis aut orandi Deum, aut propriæ obligationi satisfaciendi, talis recitatio non solùm nullius erit valoris apud Deũ, sed etiam grauis culpæ fiet rea. est enim omnino necessaria intentio opportuna. Sicut Officium diuinum ab Ecclesia est institutum ad orandum & laudandum Deum, ita eadem intentione debet ab Ecclesiasticis personis expleri. Si quis Psalmos decãtaret, vel Breuiarium legeret ad alium finem, videlicet vt tempus in ea lectione consumeret, vel vt Psalmis studeret, vel vt curiositati seruiret, is vtique non diceretur orare, neque præcepto satisfaceret; quia licet verba illa sint directa ad Deum, tamen cùm ad Deum non referantur à legente, non poterit magis dici, quòd Deum tunc alloquatur, aut exoret, quàm Deum alloquatur, & exoret, quando alios libros de Deo tractantes legit. De huiusmodi legente posset verè dici, quòd Hymnos recitet Deo labiis dolosis, seu lingua mẽdaci: nam quod ore profert, cordis intentione non dirigit in Deum; quem existimabat grauem reatum sanctus Hymnographus, & abhorrebat, & detestabatur, idcircò nõ dubitauit dicere Deo, se numquã fuisse in eo vitio, quia studuerat semper rectæ intentioni præponendæ: *Auribus per-* Psal. 16.

Psallentium intentio qualis esse debeat.

cipe orationem meam, non in labijs dolosis. Necessaria est intentio exorandi aut laudandi Deum, sicuti intendit Ecclesia, quæ præceptum imposuit.

Verùm ne hinc pateat timidioribus aditus afflictionis circa hanc intentionem, aduertendum est, quòd sicut intentio hominis ad huiusmodi actiones duplex esse possit, explicita, aut implicita, ita alterutra istarum censetur sufficiens ad valorem & satisfactionem. Qui nouerunt ad quamlibet Hymnodiæ horam renouare actualem intentionem ad Deum exorandum, isti ab omni defectus periculo longissimè absunt, perfectiùs item ac vtiliùs munus suum explent. Sed ad hanc intentionis altissimam perfectionem, quæ etiam viris sanctis est aliquãdo difficilis, ob naturæ vitiatæ conditionem, non tenẽtur omnes. Satis censetur, si adsit virtualis intentio. Virtualis intentio dicitur illa, quæ ex virtute prioris intentionis depẽdet: vt si quis summo manè statuisset ea die explere Officiũ diuinum, is, licet accederet ad singulas horas tempore suo recitandas absq, alia actuali intẽtione, virtute illius primi actus dicitur habere virtualem intentionẽ. Actus enim hominis ab initio diei elicitus dicitur durare, tam ad meritum quàm ad demeritum, per totum diem, nisi actu contrario retractetur. Hæc intentio virtualis reducitur ad positum caput primæ intentionis, nempe ad explicitam, est enim explicita, sed virtualis.

Intentio virtualis qua.

Altera tandem datur intentio, quæ dicitur implicita, & hæc ex bona consuetudine ortum habet; vt quando quis solitus esset horas suas recitare ad Dei honorem, licet aliquando ad primam Officij diuini recitationem accederet absque præcedente explicita intentione, & audito signo conueniendi

Intentio implicita qualis sit.

ueniendi ad chorum, omissis omnibus occupationibus, pergeret ad Ecclesiam, vt cum aliis cantaret, is diceretur habere implicitam intentionem ad Deum, & ad suam obligationem: nam si interrogaretur, cur ad hoc signum campanæ, cubiculo aut negotio relicto, Ecclesiam versus progrediatur, vtique responderet, Vt meæ satisfaciam obligationi. Idem asserendum videtur euenire, quando quis Breuiarium in manibus sumens aperit, vt vel solus vel cum aliis recitet, hic dicitur habere intentionem implicitam: si enim interrogaretur de causa talis sumptionis, responderet illicò, Vt suæ satisfaciat obligationi. Hæc implicita intentio iudicatur sufficiens, vt opus culpa vacet, vt etiam meritum comparetur, & etiam vt postulata in oratione obtineantur: nisi hi effectus impetrationis & meriti impediantur exsuperueniente alio defectu.

Nunc sermo est de sola intentione, quæ est necessarium fundamentum bonæ & rectæ Psalmodiæ, & omnis orationis tã simplicis quàm modulatæ. Hæc intentio est ille oculus humani cordis, de quo Dominus noster in Euangelio pronuntiauit, quod si fuerit simplex, totum etiam corpus reddit lucidum; si nequam fuerit, etiam corpus reddit tenebrosum. D. Bernardus de intentione agens, appellare eam non dubitat faciem animi humani; quia, ex qualitate intentionis, coram Deo rectitudo operis, sicut ex facie pulchritudo corporis ab homine æstimatur. Expendebat tunc sanctus Doctor illa Canticorum verba, *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis*. Sicut in facie adsunt duæ genæ, ita in intentione considerantur duæ conditiones, res nimirum, & causa; id est, quid

Intentio est oculus humani cordis. Lucæ 11.

Est etiam facies animi. D. Bernar. Serm. 40. in Cantica.

Cantic. 1.

intendatur, & propter quid. Ex his duabus conditionibus, vniuſcuiuſque animæ vel decor, vel deformitas iudicatur. Quæ anima ambas has conditiones rectas poſſidet, hanc ſibi meretur à Deo & ab Angelis laudem : *Pulchræ ſunt genæ tuæ.* Quæ anima caruerit altera harum conditionum, non pulchra, ſed deformis cenſebitur; quæ neutram habebit, multò deformior reputabitur. Ita proloquitur diuus Bernardus, vt ſuos Religioſos doceret, quanta intentionis puritate deberent ad bona opera facienda ſe præparare, vt laudem à Deo conſequi mererentur.

Intentio bona vitiatur ex malo fine ſuperueniente.

Pergit docere ibi ſanctus Bernardus, poſſe aliquando bonam intentionem reddi deformem ex aliquo malo fine, qui illi ſuperueniat; ſicuti in facie pulchra aliquando ſuperuenit næuus aut macula ex accidente aliquo. Inter quas maculas ſuggerit illam quandoque familiarem etiam viris iuſtis, quando quis ad Deum intendens, non tamen propter ſolum Deum explet bona opera ſua: *Intendere autem in Deum, ſed non propter Deum, hypocritæ planè animæ eſt ; cuius & ſi vna facies decora videtur, quæ ad Deum qualicumque intentione reſpiciat, ipſa tamen ſimulatio omne decorum in ea exterminat.* Ex hac doctrina habemus, poſſe intentionem principalem boni operis deturpari ex aliis adiunctis finibus & intentionibus. Si quis ad rem noſtram adiungeret intentioni orandi finem vtilitatis temporalis, is deprauaret bonitatem perfectam operis, eamque redderet vitioſam. Si Canonicus, vel alius de Clero, accederet ad chorum, præcipuè ob ſtipendium diſtributionum, quas conſecuturus eſt ex Officij recitatione, intentionem primariam deprauaret,

Fines varij vitiantes intentionem.

redderet.

redderetque vitiosam, & culpæ non modicæ ream; quia licet verè oret, malè tamen orat ex mala circumstantia adiuncta. Si quispiam chorum adiret, vt Prælati sui effugiat reprehensionem, aut pœnas à Regula vel Superiore statutas, is vtique deprauaret bonam orandi intentionem, eamque redderet vitiosam; quia potiùs timore pœnæ & respectu humano mouetur, quàm amore Deum laudandi; qui timor dicitur seruilis & vitiosus. Si alius choro frequens adesset, vt bonus haberetur, is etiam deprauaret rectam intentionem, eamque redderet deformem ac vitiosam.

Si alius ad chorum accederet, vt aliorum gratiam sibi conciliaret, is etiam intentionis rectitudinem deprauaret, eamque redderet vitiosam. De his omnibus dici poterit, quod de oculo nequam, qui totum corpus reddit tenebrosum, asseruit Dominus. Nam hæ intentiones prauæ licet non auferant substantiam operis quoad præcepti obseruationem, totum tamen opus reddunt tenebrosum quoad meritum, & quoad alios fructus spirituales; imò & displiceret ipsi Deo propter peccatum ex malo fine adiuncto admissum. Omnia hominis opera cùm ex fine desumant naturam & speciem, quamuis ex sui natura essent bona, bonitatem tamen amittunt, si adsit malus finis; hic enim suam illi operi communicat deformitatem. Magna porrò hominum quorumdam stultitia, qui laborem subeunt non leuem sine vllo fructu spirituali, contenti solo temporali lucro distributionum, vel boni nominis, vel inanis gloriolæ, vel humani fauoris. O nos miseros, qui æterna amittimus pro tempo-

Hominis opera ex fine desumũt conditionem.

temporalibus, spiritualia pro materialibus, pretiosa pro vilibus!

Cordis intentio ex quibus dignosci queat indiciis.

Non est difficile cuilibet cognoscere proprij cordis intentiones, si rectè discutere velit opera sua : non enim desunt indicia vehementia, et quibus licet animaduertere proprios affectus. Qui ad chorum alacris procedit, quando nouit adesse Prælatum, vel alium qui eius nomine obseruat absentes, is indicia habet non obscura, quòd ad oculum seruit, non autem ex solo Dei amore & honore mouetur; si præsertim absque legitima causa se subtrahit à choro, quando nec Prælatus, nec alius ab eo substitutus, adest. Si alius promptus adesset, quando nouit se aliorum gratiam vel bonam opinionem consecuturum, alioquin excusationem conueniendi afferret, is indicium habet non obscurum, quòd ex vano fine mouetur. Si Canonicus libentiùs ad chorum accedit, quando nouit distributiones futuras pinguiores, quo tempore non accederet, si essent tenuiores, licet nullam tunc haberet iustam excusationis causam; vel si solitus sit non ingredi chorum nisi inchoata Hora; & vix adesse curet illi Psalmorum numero, iisque muneribus, quæ necessaria sunt vt possit lucrari distributiones; is indicium apertum habet, quòd potiùs lucri causa, quàm Dei amore aut honore conueniat. Maximum itaque studium adhibendum est circa hanc intentionem dirigendam in Deum, ne amittamus maiora & pretiosiora pro vilibus & ludicris bonis; imò ne, laborantes sine fructu & merito, magnam nobis ipsis comparemus pœnarum obligationem pro futura vita.

Non idcircò tamen Ecclesia priuatur fructu impetrationis,

petrationis, quem ipsa intendit decernens horum Officiorum vsum: nam eius intentio perfectissima est, & perfectissimè dirigitur in Deum, quamuis ministri ipsius ad terram deflectant. Semper namque ex parte Ecclesiæ Sponsæ, quæ has iussit preces, Deus se maximè glorificatum reputat: sicut etiam euenit in eleëmosynis quæ mittuntur à domino recta intentione; non enim amittitur fructus, quamuis famulus eas deferens moueatur ab alio fine iniquo.

Preces psallentium offeruntur nomine Ecclesiæ.

Quia autem asserimus, Ecclesiam non priuari suis fructibus spiritualibus ob vitiosam ministri particularis intentionem, operæ pretium erit hoc loco strictim declarare, quo modo Horæ Canonicæ dicantur esse Ecclesiæ, non autem recitantium; meliùs enim cognoscetur dignitas huius Officij diuini. Dicitur Officium diuinum esse Ecclesiæ, non autem recitantium; quia ordinatum est à publica potestate, & ministri ab Ecclesia deputati recitant non proprio, sed ipsius Ecclesiæ nomine. In his duabus conditionibus sita est ratio publicæ & vniuersalis orationis, quæ dicitur esse oratio Ecclesiæ, non autem ipsius recitantis. Hinc est, quòd in hisce precibus recitantes, etiam si soli recitent, dicunt, *Oremus*, *Benedicamus Domino*; sibi etiam ipsis respondentes, quod responderetur, quando cum aliis orarent. Hinc fit, vt si laicus persoluat easdem preces Canonicas etiam in Templo cum aliis Ecclesiasticis, ob deuotionem erga preces ab Ecclesia ordinatas, non tamen dici poterit nec minister Ecclesiæ, cùm non sit ab ea deputatus; nec publicam persoluere orationem, quia non est de corpore ministrorum, sed dicetur priuatim orare.

Psallentes ex Officio cur dicantur nomine Ecclesiæ orare.

Deinde

Deinde si laicus iste careat debita intentione ad Deum, nec sibi ipsi obtinebit quæ postulantur, nec aliis, quia orat in peccato: at orationes publicæ ministrorum Ecclesiasticorum semper possunt & impetrare, & satisfacere ad beneficium aliorum, quamuis improbi sint & indigni. satis est, quòd Ecclesia, cuius nomine offeruntur, sit Deo grata. Hinc ea præclara verba ad rem nostram opportuna, quæ habentur in quadam Collecta à Sacerdotibus ad sacrum Altare celebrantibus vsurpata, mirificè declarantia precum Ecclesiæ dignitatem & meritum apud Deum; quæ sine dubio gratiores censentur, quando à ministro etiam grato offeruntur. Verba Collectæ sunt istæ:

In Missa Feria 5. Domin. 4. Quadrag.

Purifica nos misericors Deus, vt Ecclesiæ tuæ preces, quæ tibi gratæ sunt, pia munera deferentes, sint, expiatis mentibus gratiores. En Ecclesiæ & ministrorum opera distincta in munere precum quæ in Sacrificio Altaris adhibentur, præter Sacrificium, quod semper est gratum ratione operis, vt dicitur, operati. In ista Collecta agitur de precibus, quas ante & post diuinissimam sacrificij oblationem adhibendas præscripsit Ecclesia ministris, ad maiorem tum ipsius Sacrificij reuerentiam, tum offerentium adstantium deuotionem & dispositionem. De istis itaque precibus duæ conditiones ad rem nostram opportunæ ibi asseruntur. Vna est, quòd semper sint Deo gratæ, quia scilicet sunt preces Ecclesiæ, quæ semper est grata Sponso Deo. Altera est, quòd gratiores reddantur, quando minister, eas deferens & offerens, mente & corde existit purificatus. Studere debet psallens huic puritati intentionis, vt careat omni vitio; ne, ob defectus admissos, dum aliis proderit,

proderit, sibi ipsi noceat, quod esset magna dementia. Cauendi prætereà etiam sunt attentionis defectus, quod declarabimus deinceps. Interim supponendum est, illud intercedere inter attentionem & intentionem discrimen; quòd intentio pertinet ad voluntatem, & dicitur etiam propositum psallendi, seu precandi. Attentio est actus intellectus, quæ propriè est aduertentia mentis siue ad verba, siue ad sensum verborum, siue ad Deum, de qua præcedenti actum est Libro, nunc autem de eiusdem defectibus est disserendum.

Intentionis & attentionis discrimen.

CAPVT III.

Attentionis defectus quales.

TANTA est in attentione vis posita ad onus diuini Officij rectè explendum, vt si illa desit voluntariè, corruat omnis labor assumptus à cantantibus & recitantibus Canonicas preces, vt fusè traditum est Libro præcedente, & magis ac magis hoc comprobabitur loco. Dauid huius attentionis acquisitioni maximè studebat, modò illam excitans in principio orationis, modò illam à Deo postulans, modò illam reuocans, si quando abiret. Quantum ad excitationem, noti sunt psallentibus varij affectus huius sancti Prophetæ ad animam propriam, eam interpellans, vt se ad rectè psallendum componeret ac excitaret. Huius generis insignior affectus videtur ille à diuo Gregorio Nysseno obseruatus ad ea verba, *Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara.* vbi Dauid, sicuti agebat de suaui Hymnorum decantatione in Dei honorem & gratiarum actionem,

Dauidis studium circa attentionem.

Psal. 56.

actionem, ob ingentia ab ipso Deo accepta beneficia, ita exclamabat: *Exurge psalterium & cithara.* Qui textus, si quantum ad litteram attenditur, inuitat per figuram prosopopœiam instrumenta ista inanimata ad psallendum apta: at à diuo Gregorio ad sensum mysticum transfertur, & in iis duobus instrumentis considerat duplicem hominis portionem, internam nimirum & externam, quam Dauid excitare volebat ad harmoniam & concentum diuinarum laudum. Nam sicuti in manu Dauidis illa duo instrumenta conueniebant concorditer vnita ad laudandum Deum, ita nisi cor & os concorditer vniantur in Hymnodia, minimè ista poterit Deo esse grata, & placita; quemadmodum grauiter asseruit beatus Laurentius Iustinianus dum loqueretur de oratione, cuius verba subtexo ad maiorem fidem: *Ipsa est suauissima orationis harmonia, quando vox cognoscitur animo consonare: nam si hæ duæ res discrepabili sibi varietate dissentiant, nequaquam possunt gratam Deo orationis facere cantilenam.* Vt autem posset Dauid quam sibi proponebat attentionem Deo conseruare, quia nouerat omnem humanam diligentiam futuram inutilem, nisi Deus suam præstaret benignam misericordiæ gratiam, Deum humiliter exorabat, vt hanc sibi concederet gratiam orandi sine euagatione mentis, & dicebat: *Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Directam postulabat in Deum suam orationem, non distractam, incensoque similem volebat; quia fumus illius aromati, nisi vi maiori impediatur, in sublime rectà tendit, nec deorsum flectitur. Si oratio externis deprauetur cogitationibus, ait sanctus

Attentio vera exigit oris & cordis vnionem.

B. Laurent. Iustin. in Ligno vitæ de Orat. cap. 6.

Attentio animi à Deo postulanda.

Psal. 140.

Oratio attenta similis incenso.

D. Hilar. in Psal. 140.

ctus Hilarius, non dirigitur ad Dei conſpectum tamquam fumus incenſi. Rectè autem expoſcitur & expectatur à Deo hæc cordis perfecta attentio, quia ſolius eſt Dei donum. Hinc alij ſancti viri, vt ſe ad attentam diſponerent orationem, Dauidem imitati, hanc attentionem à Deo exorabant. De ſancto Gregorio Magno refertur, quòd numquam ſe aut ad diuinarum Litterarum ſtudium, aut ad orationem conferre ſolitus eſſet, niſi præmiſſa oratione ad Deum, vt compeſcere dignaretur vim & inſidias diaboli, qui ſemper adeſt paratus orare cupientibus, vt eos pulueretenenarum cogitationum conſpergat. In cuius rei figuram deſcribitur in ſacra Geneſi quorum- Geneſ. 26.
dam populorum, qui dicebantur Allophyli, maxima in ſanctum Iſaac animi peruerſitas. Nam hic ſanctus vir foderat ſibi aquæ puteos ad ſitim explendam, ſed Allophyli eoſdem puteos terræ congerie replebant, vt aquam impedirent inuentam. Hanc Allophylorum improbitatem dæmo- *Diabolus*
nibus accommodat idem ſanctus Gregorius, dum *attentio-*
oſtendit, quòd à malignis ſpiritibus ſoleret im- *nem cordis*
portunis cogitationibus affligi, quando ad diui- *exturbat.*
narum Scripturarum contemplationem ſe con- D. Gregor.
ferret. Imò tradit, eamdem moleſtiam paſſum lib. 7. Moral. cap. 8.
eſſe Dauidem in ſuis ad Deum precibus, vt exclamare cogeretur: *Declinate à me maligni, &* Pſal. 118.
ſcrutabor mandata Dei mei. Quam orationem conſulerem his, qui aduertunt in ſe ipſis cogitationum externarum importunam vim tempore diuini Officij. Sicut enim Dauid illa oratione dæmones fugabat, ita eoſdem fugabit à nobis hæc oratio, ſi rectè vſurpetur.

Qui propriæ obligationis obliti ex propoſito

Euagantes voluntariè non satisfaciunt recitationis obligationi.

euagantur, vel euagationes voluntariè tolerant, cuiusmodi sunt multi, qui ita ad alia distrahũtur suis cogitationibus, vt neque memores sint, an recitauerint, & an fuerint cum aliis in choro (nam mente euoluunt tempore diuini Officij negotia, lites, pecunias, ac si essent in foro & in nundinis) hi omnem fructum impediunt, nec satis præcepto faciunt, imò & peccatum committunt, iuxta doctrinam sancti Thomæ. De quibus poterit dici cum sancto Cypriano: *Quomodo te audiri postulas, cùm tu ipse non audias? vis esse Deum memorem tui cùm rogas, quando tu ipse memor tui non sis?* Numquam dici poterunt orare Deum, qui mente à Deo aliena psallunt. Hinc D. Chrysostomus, expendens quod dicitur de Anna matre Samuelis, quòd scilicet orasset in conspectu Domini, ait, quòd nõ sit dicendus orare in conspectu Domini, qui cogitationibus inutilibus vagatur per domum & per forum. Tandem concludit: *In conspectu Domini orat, qui orat vndique colligens mentem suam, nihil habens cum terra commercij, sed ad ipsum Deum totus commigrans, omni cogitatione humana ab animo depulsa.* Quam doctrinam repetit sanctus Doctor ad ea verba Apostoli Pauli, *Implemini Spiritu sancto, psallentes in cordibus*, expendens vltimum verbum *in cordibus*, quod explicat idem esse ac, *cum intelligentia, vt non os quidem verbum loquatur, mens autem extra versetur, sed vt lingua ab anima audiatur.* innuere volens, quòd aliqui ita cantant, vt non audiantur ab anima ipsorum psallentium, quia non attendunt nec ad sensum, nec ad verba. Diuus Bernardus de istis agens euagationibus asserebat, non solùm esse vitandas vanas otiosasque

D. Thom. 2.2.q.83. art.13.

1 Reg.1. D. Chrys. Hom.1.de Anna.

Ephes.5.

D Bernar. Serm.47. in Cantic.

que cogitationes ; sed insuper docebat, conandum esse contra eas, quæ psallentibus alicui Officio Monasterij addictis quasi ex necessitate solent circa idem Officium mox arripiendum, siue absoluendum occurrere ; sed etiam contra eas, quamuis ex genere suo bonas & sanctas, ortas ab iis rebus, quas, paulò ante chori ingressum, legentes sacros libros, aut sacram audientes concionem hauserant Religiosi, vti Libro superiore monuimus, concludens non minùs piè quàm verè hanc auream sententiam iteratione dignam: *Spiritus enim sanctus illa hora gratum non recipit, quidquid aliud quàm debes, neglecto eo quod debes, obtuleris.* Quæ conclusio si rectè expendatur, clarè ostendit, preces ac laudes, Deo sine mentis attentione oblatas, æquè haberi apud Deum, ac si essent minimè oblatæ, & ab Angelis sanctis Dei ministris, vti eodem Libro item aduertimus, experientia irrefragabili duce, omnino reprobari. Libro II. cap. III. Libro IX. cap. IV.

Dum his doctrinis sanctorum Patrum attendo, satis mirari non possum sensum eorum qui concedunt, posse nos obligationi recitationis satisfacere sola integra verborum prolatione, licet mens voluntariè euagetur. Nondum assequi potui, quomodo istorum sensus cohæreat doctrinæ sanctorum Patrum Ecclesiæ. Magis consona sacris Scripturis tradebat documenta sanctus Abbas Isaac, qui, differens de mentis euagationibus dum Psalmi decantantur, concluſit: *Numquam orat, quisquis etiam flexis genibus euagatione cordis qualicumque distrahitur.* Cassianus Coll. 10. cap. 13.

Ridentur à diabolo Psalmodiæ euagationibus expletæ.

Ridentur à dæmonibus huiusmodi preces voluntariis euagationibus expletæ, quia nouerunt non esse eas veras preces. Vsurpare ad

hanc rem solitus erat diuus Bernardus illa verba Ieremiæ, *Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius*, pro sabbato intelligens quietem psallentium & orantium; nam isti corpore quiescunt, sed corde animoque vagantur: & censentur coram Deo tamquam absentes etiam corpore, iuxta illud celebre Iuristarum proloquium: *Abesse dicitur, qui licet corporaliter præsens sit, abest tamen animo & intellectu.* Risus itaque dæmonum hostium prouocatur.

Thren. 1. D Bernar. de Interiori domo cap. 70.

Voluntariæ euagationes Deo iniuriosæ sunt.

Deo item non modica irrogatur iniuria huiusmodi voluntariis euagationibus. Quemadmodum si quis causam aliquam acturus cum Principe viro, statim vel in ipso ingressu, vel in progressu sermonis auerteret faciem & discursum, oculos etiam huc illucque diuertens, is profectò iniuriam censeretur irrogare Principi cui adstat, & sibi thesaurizaret eius iracundiam: ita qui acturus cum Deo de rebus altis, de peccatorum remissione, de gratia obtinenda, diuertit cor & cogitationes ab ipso Deo, iniuriam censebitur grauem Deo irrogare, eiusque sibi thesaurizare iustissimam iram. Videtur homuncio vel irridere Deum, sicuti irridebant Iudæi Christum Dominum, dum, genua flectentes, Aue dicebant non honoris, sed ludi gratia; vel saltem, vt mitiùs loquar, videtur velle cum Deo, cordium scrutatore, agere eodem modo, quo cum aliis hominibus suæ conditionis agere soliti sunt homines versuti & impij, præsertim politici, in aulis Principum versantes: qui licet oderint alquem, exteriùs tamen se ostendunt amicos, signa exhibentes amoris & honoris, aperiendo caput, manum quoque ad os deductam osculando, ver-

Politici simulant amicitiam quam non habent.

ba

ba humilia proferendo, intus tamen odio ardent, nullo saltem veri amoris sensu afficiuntur, quemadmodũ illis signis ostendere conantur. Hoc nefas censet sibi Deus, quia quasi homo corda non videns, nec scrutans renes tunc declaratur. De quo delicto conquestus est aliquando Deus per Hymnographum: *Dilexerunt eum in ore suo* (vel, vt legitur in Psalterio Illyrico, *Osculati sunt eum labiis suis*) *cor autem eorum non erat rectum cum eo.* Hæc querela non dirigitur tantummodò ad eos qui cogitationes omnino terrenas admittunt, sed etiam ad eos, qui cogitationes admittunt bonas quidem ex obiecto, quia sunt de Deo & de rebus diuinis, quales essent illæ, quæ ad materiam concionis vel ad Theologiæ studium possent spectare, vt paulò antè dicebamus cum diuo Bernardo. Si cui inter psallendum occurreret aliqua cogitatio opportuna concioni quam præparat, vel lectioni Scholasticæ Theologiæ quam exercet, & libens ac volens in ea moraretur, quamuis bona sit huiusmodi cogitatio, quia tamen speculatiua est, ad diuini officij rem non pertinens (nec enim ad Deum orandum & alloquendum inseruit, sed potiùs ad sciendum, & ad studendum) ideò non satisfacit muneri, sed peccati efficitur reus huiusmodi cogitationes admittens; aliquando à Deo puniendus graui pœna, nisi emendetur. Valdè irasci solet Deus euagantibus, & in eos seuerè animaduertit, quando emendationi non student.

Psal. 77.

Cogitationes studiorum tempore Psalmodiæ arcendæ.

Voluntariè euagantes à Deo puniuntur.

Nota omnibus esse deberet vindicta, quam Deus de quodam Virginum Collegio sumpsit, quia attentè non recitabant diuinas preces. Euentum hoc loco describam ad nostram eruditio-

nem. In Collegio Virginum, quæ sub regimine & custodia sanctæ Lutgardis viuebant, diuinæ preces persoluebantur culpabili mentis euagatione. Quod intelligens Lutgardis, quæ infirma decumbebat, graui admonitione non cessabat reprehendere, vt emendationem suaderet. Verùm nihil obtinuit sancta Virgo; quare sex ante obitum suum mensibus, vocatis Sororibus, prædixit illis, quia nullam viderat emendationem, mox futuram aliquam diuinæ iræ grauem vltionem, his verbis: *Scio equidem, quòd post decessum meum culpam hanc manus Domini in Sororibus vindicabit, & tunc memores verborum meorum, castigatæ cum multa humilitate se corrigent, & Dominus mox retrahet manum suam, quam iam extenderat ad vltionem.* Exitus prædictionem comprobauit: nam vbi illa excessit è vita, illicò dira pestis inuasit in illud Monasterium, & breuissimo temporis interuallo quatuordecim probatissimæ Sorores extinctæ sunt. Quia autem ceteræ Sorores infirmæ emendationem promiserunt, & opere expleuerunt, recitantes in posterum diuinum Officium qua par est attentione, Dominus manum suam retraxit, & pestis illicò euanuit. Quod Deus in illis Virginibus indenotis exequi statuit, credendum est sæpiùs quoque euenire tum Capitulis, Collegiis, Conuentibus, seu Monasteriis, tum etiam singulis personis sine debita attentione psallentibus; cùm videamus plurimas mortes immaturas aliquando accidere, etiam personis magnæ conditionis, non sine iactura tum publicæ tum priuatæ rei, licet tunc ignoremus causam huiusmodi euentuum. Vtinam causa non sit hæc euagatio culpabilis in diui-

Moniales voluntariè euagantes in diuini Officij recitatione seuerè à Deo puniuntur.

Surius Iunij 16.

Multi Ecclesiastici morte puniuntur ob voluntarias euagationes.

ni

ni Officij recitatione, quæ Dei iram concitans, ob grauem quæ ei irrogatur iniuriam à vili creatura, extorquet ab ipso vindictam. Multi psallentium credunt se diuino Officio feciſſe ſatis, quia choro vnà cum aliis aut Canonicis, aut beneficiariis, aut Religioſis interfuerunt, & cantum vnà cum reliquis expleuerunt; qui tamen à Deo, cordium ſcrutatore acerrimoque iudice, grauiſſimæ culpæ declarabuntur rei, quia voluntariis ſe euagationibus à rebus cantatis abduci ſunt paſſi, alij cogitantes vana & indigna; alij librum Breuiarij magna leuitate euoluentes; alij vel Rubricas, vel Martyrologium, vel aliam Scripturam à re cantata alienam percurrentes.

Quæ hucuſque dicta ſunt, intelliguntur de euagationibus, quæ culpa noſtra aut admittuntur aut tolerantur cum aduertentia. Quæ euagationes accidunt nobis præter mentem, & præter conſilium, imò contra voluntatem, etiamſi per totum Officium durarent, non imputantur ad culpam, nec fructum impediunt orationis, vti rectè docebat ſanctus Baſilius; quia ex naturæ infirmitate à peccato debilitatæ oriuntur, nec voluntas illis aſſentitur, ſed repugnat. Verba diui Baſilij ſunt iſta: *Si debilitatus à peccato fixè nequis orare, quantumcumque potes te ipſum cohibeas, & & Deus ignoſcet, eò quòd non ex negligentia, ſed ex fragilitate non potes vt oportet aſſiſtere coram eo.* In hoc collocandum eſt ſtudium, vt reſiſtamus quando aduertimus euagationes: ſi enim permittantur, tunc aliud ore, corde aliud profertur; & dum lingua exoraret Dominum, animus peccato inficeretur, quod Deus auertat ab omnibus.

Euagationes mentis inuoluntaria non auferunt meritum.

CAPVT IV.

De aliis euagationum defectibus, & remediis.

Sollicitudo anxia ad res & studia fouet mentis euagationes.

FREQVENS euagationum origo, ni fallor, dicenda est nimia sollicitudo & anxietas ad res, studia, occupationesque externas quas vnusquisque habet familiares. Hæc, quando quis ad orationem se confert, illicò offert negotia expedienda, modum suggerit consequendi finem intentum, conditiones aperit opportunas rei, cor denique phantasmatibus replet, suaui quadam arte mentem à Deo diuertens. Eheu nos miseros! quot negotia, tam publica quàm priuata, eo tempore cordi occurrunt, quæ nos perturbant sine fructu, imò cum iactura animæ nostræ? Nisi studeat vnusquisque occurrere huic anxietati ac sollicitudini, omnem suam in Deum reiiciens cogitationem, siue ad corpus, siue ad domum, siue ad res, siue ad negotia, siue ad studia spectantem, antequam ad diuinum se conferat Officium, ne vnum quidem versiculum poterit recitare absque euagatione. Statuant omnes psallentes apud se hanc certissimam veritatem, quòd si Deo confisi, omnem in ipso sollicitudinem tum nostri tum rerum nostrarum deposuerimus, nil aliud mentis oculis proponere omnino volentes, nisi ipsum Deum, cui intendimus vacare; ipse Deus feliciorem optatioremque concedet & nobis, & nostris & publicis rebus euentum.

Sperãtium in Deo magna felicitas.

D. August. q. 161. in Exod.

Expendebat ad hanc rem diuus Augustinus illam promissionem suauitatis amorisque plenam, quam

quam Deus dilecto populo suo fecerat, vt eum animaret ad exeundum ter in anno domibus, & eundum ad Tabernaculum orationis gratia. Promisit ei Deus omnimodam securitatem ab omni periculo rei familiaris & publicæ tempore absentiæ, dicens: *Nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno.* Magna certè promissio. Exod. 34.

Sed, quæso, ad quid talis promissio securitatis? Respondet diuus Augustinus, eam factam esse à Deo, ne domorum & rei familiaris, imò & publici boni sollicitudo eos à diuino cultu & ab oratione diuerteret, aut exturbaret: nam anxietas propriarum substantiarum, ne aliquod paterentur damnum, & sollicitudo Reipublicæ, ne ab hostibus vicinis inuaderetur, illos à Deo diuertisset. *Hoc vult Deus intelligi* (ait Augustinus) *vt securus quisque ascenderet, nec de terra sua sollicitus esset, Deo promittente custodiam.* Declarare voluit Deus, quam obtineat vim in nostris cordibus sollicitudo & anxietas rerum, & simul ostendere quanta ipse cura custodiat res nostras, si nos de ipso solliciti simus, omnem nostram sollicitudinem ob eius cultum deponentes. En mira Dei prouidentia & cura erga eos, qui corde attento animoque deuoto ad chorum accedunt. Securi sunt ab omnibus insidiis, ab omni violentia, ab omni incursione, ab omni denique molestia. *Mira Dei prouidentia erga deuotos psallentes.*

Hæc sollicitudo, nisi hoc remedio curetur, nulli parcit, neque Religiosoribus personis. Aggreditur cor psallentium, & à Deo illud diuertens, pertrahit ad res etiam religioso corde indignas. Huius miseriæ euentum insignem refe-

Ferd. Cast. p. 1. lib. 3. cap. 27.

runt Historiæ sacri Ordinis Prædicatorum in vita Angelici Thomæ Aquinatis, qui sicut nouerat coniungere literarum occupationes, & diuinorum Officiorum assiduum studium, ita aliquando in choro existens Neapoli, diuino lumine collustratus penetrauit cor alterius Religiosi psallentis, qui dæmonis astu sollicitus de cibo mox sumendo, mentem ad illum conuerterat, varias super eo cogitationes trahens. Accessit ad huius aurem beatus Thomas secretò illi dicens, Ne turberis sollicitudine illius cibi, quia solus eum comedere non debes; ego, expleto Officio diuino, me offero sodalem. Rubore suffusus ille Religiosus, errorem euagationis cognouit, ac resipuit ab illo. Cauendum itaque est ab omni sollicitudine extranea: &, si fieri posset, debet homo, quando ad chorum accedere parat, priùs deponere non solùm omnes occupationes, sed etiam cogitationes ceterarum rerum, vt faciliùs queat in Deum assurgere, illique soli vacare. Quæ cogitationum depositio figurata fuit in ritu, quem obseruabat Aaron accessurus ad Deum exorandum; hic enim ante ingressum, laneis depositis, induebatur lineis. Quem ritum expendens sanctus Isidorus Pelusiota, credit, voluisse nobis significare, deponendos esse à nobis de memoria tumultus externos, quando ad orandum accedimus. Huius rei nobis insigne præbuit exemplum Monachus ille verus Hymnodiæ studiosus apud Climachum, qui à sancto Abbate sæpiùs obseruatus ceteris Religiosis attentior diuino Officio, & præsertim initio Officij videbatur gestum & vultum componere, quasi alium alloquens. Interrogatus à Prælato, quid significarent illi gestus,

Cogitatio de cibo sumendo corda Religiosa aliquando exturbat.

Deponenda omnis externa cogitatio ante chori ingressum.

Exod. 28.

S. Isid. l. 1. Epist. 45.

Io. Clim. in Stat. spirit. grad. 4. & 8.

ſtus, reſpondit: Ego ſemper initio diuini Officij colligere ſtudeo omnes cordis cogitationes, & coram me poſitus, ſic alloquor meas cogitationes & affectus: *Venite adoremus, & procidamus ante Dominum, qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter, & nos populus paſcuæ eius, & oues manus eius.* Inde hauriebat hic Religioſus ſingulare auxilium ad proſequendum opus ea attentione, quæ homini mortali conuenire poteſt. Ad nos pertinet operam nauare, vt ſenſus omnes colligamus in Deum, ne anxietas nos perturbet, inuitantes, ad imitationem huius Monachi, potentias tam internas quàm externas, rationem, memoriam, oculos, aures, mentem, totam denique ſubſtantiam noſtram, vt in Deum vniantur ac intendant: tunc miſericors Deus ſua gratia dignabitur concedere, quod nobis magis expedire iudicabit. Si nihilominùs vrgebunt importunæ cogitationes, non idcircò fructus amittetur, vti paullatim dicemus.

Cogitationes mentis quomodo colligendæ in Deum.

Aliud remedium maximè opportunum ad continendas, quantum humanæ licet infirmitati, vagas cordis cogitationes, quæ rectè dici queunt omni volucre velociores, viſum eſt illud, conformandi animum ad ea quæ cantantur & recitantur vel in Pſalmo, vel in Lectione, vel in Oratione. Quando diuinum aliquod attributum Hymnus celebrat, tunc illam perfectionem ita animus concipiat, vt approbet tamquam Deo valdè opportunam, eamque cupiat ab omnibus cognoſci & celebrari. Si ſupplicia concinat illata impiis, debet animus timorem concipere atque tremorem. Si humilitatis, caritatis, patientiæ fideique laudes celebret, tunc animus earum virtutum

Mentis conformitas ad ea quæ Pſalmus recitantur attentionem adiuuat.

tutum in se concipere studeat desiderium. Hinc dixit D. Augustinus: *Si orat Psalmus, orate; & si gemit, gemite; & si gratulatur, gaudete; & si sperat, sperate; & si timet, timete: omnia enim, quæ hîc conscripta sunt, speculum nostrum sunt.* Speculum dixit sanctus Augustinus; quia sicut à speculo omnes obiecti tum figuræ tum motus reddunturita animus noster debet omnes affectus, quos legit & canit in diuino Officio, reddere.

D. August. Conc. 3. in Psal. 30.

Mentis euagationibus generosè resistendum.

Si nihilominùs euagationes mentis pulsent animum, statim ac aduertimus, studendum est reuocationi animi ad Deum, & ad rem quam agimus, pugnando cum hoste maligno viriliter & strenuè. Neque anima Canticorum potuisset securè requiescere, nisi habuisset sexaginta viros fortes ad lecti Salomonis custodiam: *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi.* Lectulus Salomonis, in quo anima quiescit, est locus orationis; quia oratio est quædam animi dormitio, quæ, aiebat diuus Bernardus, sensus sopit, non abducit. Nisi adsit fortitudo animi ad repellendas euagationes, facilè excutietur somnus; sicuti nisi adfuissent illi fortes ad lectulum Salomonis, neque somnus extitisset quietus ac placidus. Adsit fortitudo, & omnia in pace peragentur: quia licet euagationes non cessarent, dum tamen non admittuntur, sed viriliter repelluntur, æquè placitæ erunt orationes istæ cum pugna, quàm aliæ factæ in pace. Nec minùs fuit gratum Deo Sacrificium ab Abrahamo oblatum, quando aues importunas abigebat, à quibus molestiam patiebatur, quàm fuerint alia Sacrificia ab eodem oblata absque vlla molestia,

Cantic. 3.

Oratio est quædam animi dormitio.

Genes. 15.

stia, imò de illo singularem contexuit memoriam sacra Historia.

Affliguntur quidam, imò anxiè torquentur ob huiusmodi mentis euagationes, quasi id signum existat animi à Deo reprobati, quod tamen falsissimum esse, liquet tum ratione, quia non euagatio, sed consensus est culpæ reus; tum exemplo euagationum, quas nouimus passos esse prædestinatos etiam insignes, qui cogebantur deflere miseriam, cui ex naturæ, peccato vitiatæ, necessitate subiiciebantur. Ipse Hymnorum Auctor coactus est aliquando dicere: *Et cor meum dereliquit me.* Tanta est cogitationum nostrarum velocitas & agilitas, vt nobis etiam nolentibus adueniant: nec inueniri possunt aut cancelli, quibus illæ includantur, ne exeant; aut obices, quibus impediantur, ne aggrediantur. In his euentibus potiùs patimur quàm agimus; & licet in nobis fiant, quia tamen contra voluntatem accidunt, fieri dicuntur sine nobis, nimirum absque nostro consensu, qui solus est causa, vt aliqua dicantur fieri ab homine vt homo est. Hoc in se ipso deflebat Vas electionis Paulus, dicens multa in se reperisse, quæ tamen à se non essent facta: *Non enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio, iam non ego operor illud.* De hisce actibus loquentes Theologi nonnulli, dicunt eos esse actus hominis, quia in homine fiunt; sed non esse actus humanos, quia carent illo consensu, qui hominis est proprius actus.

Mentis euagationes passi sunt sancti viri.

Psal. 39.

Cordis cogitationum velocitas.

Quæ in nobis fiunt contra voluntatem, fieri dicuntur sine nobis.

Rom. 7.

Hanc eamdem miseriam deflebat D. Bernardus, qui videbatur ex speciali gratia obtinuisse à Deo donum illi soli vacandi absque vlla mentis euagatione,

Gofrid. in Vita cap. 1.

euagatione, ita vt integrum diem iter fecerit secus lacum Lausanensem, nec tamen, ob mentis cum Deo vnionem, aduerterit aquas vicinas. Cùm enim vespere socij colloquerentur de lacu, interrogauit eos vbi ille esset lacus. Iste nihilominùs ait: *Loquitur mihi Deus in Psalmo, & ego illi; nec tamen cùm Psalmum dico, attendo cuius Psalmus sit. Deum precor, vt meam orationem exaudiat, quam ego qui fundo non audio. Deprecor illum, vt mihi intendat, ego verò nec mihi, nec illi intendo; sed, quod deterius est, immunda & inutilia in corde versando, fœtorem horribilem eius aspectibus ingero.* Eamdem deplorans describit miseriam diuus Hieronymus dicens: *Creberrimè in oratione mea aut per porticus deambulo, aut de fœnore computo, aut, abductus turpi cogitatione, etiam quæ dictu erubescenda sunt gero.* Eamdem mentis suæ euagationem describebat deuotus Monachus Ægyptius in Scythica Eremo degens, dum à venerando Abbate Isaac humiliter exposceret opportunum remedium, dicens: *Cùm orat* (mens scilicet) *Psalmum, aliquam recolit lectionem; cùm decantat, aliud quid meditatur quàm textus ipsius continet Psalmi; cùm lectionem recitat, faciendum aliquid voluit, factúmve reminiscitur.* Profectò isti viri sancti patiebantur has cordis euagationes & phantasmatum pugnas contra voluntatis consensum, nec liberum erat ab istis cauere. Nos igitur, qui sumus vilissimæ creaturæ à sanctitate maximè distantes, putabimus immunitatem hanc obtinere ab huiusmodi miseria? Potest Deus, si velit, concedere hoc donum, quod pluribus aliquando concessit, & his nouissimis diebus concessit animæ felici beati Ludouici Gonzagæ,

D. Bernar. de Inter. domo c. 8.

D. Hieron. Dial. Aduers. Lucifer.

Cassianus Coll. 10. cap. 12.

Sancti viri deflebant mentis euagationem.

Virgil. Cepar. in Vita.

zagæ, qui nullas vmquam passus est in oratione euagationes. quod certè fuit priuilegium singulare & rarum. Humiliemus animas nostras in conspectu Dei; & quando vrgebunt importunæ cogitationes, dicamus cum Rege sancto: *Domine vim patior, responde pro me.* Si humiliter patiemur hanc pugnam, numquam cõsentientes, magnum meritorum nobis comparabimus cumulum. Isaiæ 38.

Cogitationum importunitas quomodo vincenda.

Opportunè tradunt rei spiritualis Patres, quòd in quibusliber molestiæ importunæ euentibus, siue cogitationes sint odiosæ, contra proximi caritatem; siue turpes, contra animi puritatem & honestatem; siue, quod peius esset, & quandoque euenire solet opera diaboli, impiæ & blasphemæ, contra Dei honorem, Fidem, Religionem & Sanctos, nullus debeat omittere aut cantum, aut attentionem eorum quæ concinit vel recitat, vt ad earum cogitationum expugnationem se transferat; sed meliùs esse nihili facere illa phantasmata, quasi essent tot catellorum latratus, qui viam pertranseuntes aggredi solent. Sicuti nemo iter faciens catellis huiusmodi latrantibus vel animum vel operam applicat, vt eos silere cogat, sed iter prosequitur suum; ita debet animus Religiosus se ipsum componere, dum sacræ vacat Hymnodiæ, oculos nimirum & faciem conuertens ad ea quæ concinit, nihil omnino aduertens ad ea quæ suggerit aut naturæ affectio, aut diabolus, qui id conatur, vt animus, perturbatus hac molestia & conflictu, omittat sanctam vtilemque occupationem. Si hostis malignus viderit suas artes & conatus à nobis despici, quia non desistimus ab opere incepto, victus discedet, & deinceps huiusmodi animos generosos,

rosos, à quibus nil potuit obtinere, vel numquam, vel admodum rarò aggredi audebit iisdem tentationibus. Si importunus hostis nihilo seciùs à suggestionibus desistet, animo tamen non cadat deuotus animus, sed opus prosequens patienter sustineat pugnam, inde vberiores meritorum fructus reportaturus.

CAPVT V.

Oculorum curiositas arcenda à choro.

Oculorum aspectus euagationes fouet.

NOVERVNT omnes Hymnodiæ professores, quanta oriuntur damna ex oculorum & aspectus licentia, quæ sola, nisi reprimatur, sufficit ad cordis euagationem fouendam, ob multitudinem & varietatem obiectorum quæ offeruntur obtutui. Inter omnes humanos sensus, validior, ad animum spoliandum omni pio affectu, semper ab omnibus habitus & cognitus fuit oculus, qui, teste Ieremia Propheta, deprædatur animam etiam Sanctorum. *Oculus meus deprædatus est animam meam.* Quò fertur oculi obtutus, ferri quoque, imò rapi, animi intentionem, attentionem affectumque, experientia ostendit. Magna vis oculorum ad diuertendum animum, & ferendum extra seipsum, & auertendum à Deo. Hinc diuus Hieronymus in citatum locum Ieremiæ ait: *Interiorem fructum per exteriorem visum perdidit* (vel Propheta, vel populus nomine Prophetæ significatus) *per oculum corporis pertulit prædam cordis.* deinde hortatur ad custodiam oculorum, vt mens interior conseruetur ab euagationibus: *Quantalibet grauitate mens vigeat,*

Thren. 3.

vigeat, carnales tamen sensus pueriliter exteriùs perstrepunt; & nisi interioris grauitatis pondere & quasi iuuenili quodam vigore refrenentur, ad fluxa quæque & leuia mentem eneruem trahunt. Sanctus Dauid, dum Hymnos suos diceret Deo, hanc etiam à Domino exposcebat gratiam, vt posset oculos cohibere ab omni exteriori obiecto: *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.* Deum inuocabat custodem suorum oculorum, vt declararet, quòd vix homo sit huic muneri sufficiens. Tanta est naturæ vitiatæ curiositas & inclinatio ad circumspiciendum, vt nequeat quasi homo ex se oculorum impetum continere, nisi Deus speciali concurrat auxilio. Nec mysterio vacat illa dictio *vanitatem.* Non dixit obiecta terrena, sed vanitatem, quia obiecta visus apta sunt implere animum vanitatibus & leuitatibus, quæ eum lædunt. Pio huic studio Dauidis sancta mater Ecclesia seipsam conformans, quotidie in suis Hymnodijs, quas in ipso diei ingressu aggreditur dum oritur Sol, cuius lux est apta oculorũ deseruire curiositati & procliuitati, illustrans obiecta à nocturnis tenebris anteà contecta, supplex Deum exorat, vt sibi dignetur adesse, ne à sensibus, ab oculis præsertim propriis, offensionem damnumque hauriat, cantans:

Psal. 118.

Oculorum obiecta animum implent vanitatibus.

Hym. ad Primam.

Iam lucis orto sidere
Deum precemur supplices,
Vt in diurnis actibus
Nos seruet à nocentibus.
Linguam refrenans temperet,
Ne litis horror insonet:
Visum fouendo contegat,
Ne vanitates hauriat.

Oculi ab Auctore naturæ dati ad scientiarum acquisitionem.

Oculi corporis traditi sunt ab Auctore naturæ, vt mens faciliùs & citiùs iuuaretur ad scientiarum acquisitionem, si opportunè adhibeantur, vbi & quando est necesse illos adhibere. Si liberi dimittantur absque recti iudicij regimine, tunc non prosunt, sed obsunt menti. Sunt quædam humanæ occupationes etiam ad animum spectantes internum, quæ ab oculorum visione damnum vel saltem impedimentum hauriunt, sicuti oculorum collectio eas mirificè iuuat ac promouet. Omnis contemplatio, siue sit de rebus naturalibus siue de supernaturalibus, meliùs iuuatur oculorum collectione quàm visione. Hinc studiosiores loca quærunt obscuriora & remotiora, ne diuertantur. Democritus, magni nominis Philosophus, vt certiùs subtiliusque secreta perquireret naturæ, & quàm minimùm animus à cogitationibus abduceretur, sibi ipsi oculos arte quadam sine dolore reddidit cæcos. Cognouerat hic vir cõtemplationi damna ab oculis facta; sed ignorauit, vel potiùs noluit aduertere modum oculos cohibendi absque cæcitatis violento ac culpabili remedio. Nullus licitè potest, absque maiori aliqua necessitate, priuare seipsum membris à Deo obtentis in sui formatione. Potest quilibet homo rationis imperio & studio mortificationis vsum oculorum ad libitum cohibere, quãdo scilicet cognoscit, sibi melius futurum, si non videat, quàm si videat.

Laërt. in Vita. Cicero de Finib. & Tuscul. 5.

Nemo est dominus suorum membrorum.

Mortificationis studium oculorum frenum.

De sancto Iob notum est, quòd, vt se ostenderet dominum suorum sensuum, oculorum præsertim, sicuti nouerat ex quo obiecto magis posset offendi, ita sibimet præcepto cauit, ne vmquam in illud oculi obtutus figerent: *Pepigi fœdus cum oculis*

Iob 31.

oculis meis, vt ne cogitarem de virgine. Vbi attendenda est connexio cogitationis cum oculorum visione: oculi enim intuitum sequitur statim cogitatio cordis, nec ista potest ab illa separari. Faciliusq; est homini cohibere vsum oculi, ne aspiciat, quàm prohibere cogitationem cordis circa obiectum ab oculo visum. D. Hieronymus considerans hanc Iobi determinationem pronuntiauit: *Vt munda mens in cogitatione seruetur, deprimendi sunt oculi quasi quidam raptores ad culpam.* Habemus iudicium & rationem, quæ possunt oculis imponere frenum, eosque dirigere, quando videre & quando non videre expedit.

Cogitationes sequuntur oculi aspectum.

Sicut omni contemplationi prodest oculorum collectio, ita maximè prodest rerum diuinarum meditationi. Vnde illustriores contemplatiui maximo studio & cura vigilant circa oculorum curiositatem arcendam, præsertim tempore diuinarum precum, ne mens, quæ tota in Deum debet esse intenta, ab obiectis diuertatur ad inutiles cogitationes. Quæ oculis fiunt obuiàm sicut species sui emittunt & figuras, ita per oculos, quasi per fenestras, animum ingrediuntur, vt omnis docet Philosophia, eumque occupant tanta vi, vt vix vllus remaneat locus Psalmorum meditationi. Peccat itaq;, qui gyrouagis oculis modò parietes, modò fornicem chori, modò canentes, modò ingredientes & exeuntes adspicit.

Contemplatiui oculorum custodiæ student.

Qui, vt excusationem afferant suæ curiositatis, dicunt, nullum esse peccatum aut culpam in vsu libero oculorum, cùm eos concesserit Deus vt videamus obiecta, audiant D. Bernardum, qui, curiositatem oculorum collocans in primo superbiæ gradu, considerat euentum illius stragis,

Oculorum curiositatis excusatio improbatur D. Bern. de Gradibus humil.

quam omnes nouerunt in prima noſtra parente Heua. Ponit ſanctus Pater curioſitatis obiectionem ab ipſa Heua factam, deinde reſpondet dicens ſuam ſententiam: *An non licet oculos quò volo leuare* (ait Heua) *quos Deus in mea poſuit poteſtate?* (Reſpondet S. Bernardus:) *Ad quod Apoſtolus: Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Et ſi culpa non eſt, culpæ tamen indicium eſt; & ſi culpa non eſt, culpæ tamen occaſio eſt, & indicium commiſſæ, & cauſa eſt committendæ. Te enim intenta ad aliud, latenter interim in cor tuum ſerpens illabitur, blandè alloquitur, blanditijs rationem, mendacijs timorem compeſcit; auget curam, dum incitat gulam; acuit curioſitatem, dum ſuggerit cupiditatem: offert tandem prohibitum, & aufert conceſſum; porrigit pomum, & ſurripit paradiſum.* En quot mala ex libera oculorum curioſitate non ſoli Heuæ, ſed omnibus poſteris euenisſe aduertit S. Bernardus. Non videre præſtat magis, quàm videre tempore quarumdam occupationum. Imò forſan aliquando præſtaret magis carere omnino videndi facultate, quia talis carentia altiora bona cordi conferret, vel ſaltem non auferret.

Curioſitatis oculorum damna.

Cæcitas oculorum quandoque vtilior quàm ſanitas.

De S. Lutgarde ſcribit Surius, quòd cæca ex quadam infirmitate digna reddita eſt frequentioribus altioribuſq; diuinis viſionibus quàm anteà: & tandem intellexit, ſe, ob hanc patienter & humiliter toleratam cæcitatem, eſſe euaſuram pœnas Purgatorij poſt huius vitæ mortalis deceſſum; tum etiam plura viſuram in cælis quàm vidiſſet, ſi oculos ſanos ſemper habuiſſet. S. Hieronymus, qui Didymo cæco vſus erat præceptore in diuinis Litteris, ſolabatur eum, quia mentis oculos

Ruffin. l. 2. Hiſtor.

oculos clariores haberet ad diuina cognoſcenda quàm plures alij Doctores, qui oculorum ſanitate & acumine gaudebant, eumque cognominabat ſuum videntem. Hæc eadem beneficia poterit vnuſquiſque oculorum lumine gaudens obtinere, ſi nouerit vſum viſus opportunè dirigere, quando ad diuinas preces explendas accedere debet.

Maxima grauiſſimaque experientur damna ij, qui in choro neſciunt mortificationis freno reprimere oculorum pronitatem. Vnica oculorum curioſitas, quamuis aliquando minimè ſtudioſa, ſed accidentaria, & ex leuitate, ſufficit ad animum ſpoliandum pretioſioribus bonis. Nam occaſione vnius incauti obtutus poteſt amitti cordis attentio, quæ eſt res tam delicata, vt, omni balſamo pretioſo ſuauior, facili euaneſcat negotio, ob cuiuslibet leuiſſimi obiecti occurſum. Si caſu, dum quis circumſpicit, muſcæ verbi gratia leuiſſimus volatus accidat, hic poterit cordis attentionem à diuino Officio ablatam ad ſe conuertere, occupans cor totum circa aliquam talis volatus circumſtantiam, quæ eo tempore, loco & modo videatur ſingularis. Quod aſſerimus in muſca occurrente, idem euenire poteſt in aliis obiectis tunc occurrentibus viſui. Hinc fortaſſis ipſe Dauid, expertus hanc oculi & cordis affinitatem in apprehendendis leuiſſimis obiectis, ſtudioſè adhibuit in ſua ad Deum oratione illud verbum *vanitatem*; ſignificare volēs leuiora obiecta, quæ, ob ſuæ ſubſtantiæ paruitatem, proxima ſunt vanitati. Hæc quamuis leuiſſima ſint, damna tamen haud leuia, ſed grauia afferunt. Ablata cordis attentione, præcipui Pſalmodiæ fructus, meri-

tum nempe & diuinæ visitationes, facilè amittuntur. Nisi statim cognita euagatione studeat psallens ad Deum quem colit redire, actum est de fructibus istis Psalmodiæ. Hoc casu qui circumspexerit, poterit iustè suam deplorare iacturam dicens: *Oculus meus deprædatus est animam meam.*

Thren 3. Quid credendum est euenire iis qui numquam oculos componunt, sed apertos semper tenent ad omnia obiecta, quæ animum non colligere, sed distrahere sunt apta? isti vtique nec Deo, nec verborum sensui erunt intenti. Imò si aliquando istis suggeratur apta consideratio circa verba decantata, eam puto curiosam speculationem etiam diaboli astu propositam, quæ incautum psallentem in errore detinebit circumspiciendi: nam inde inferre is audebit, oculorum libertatem nequaquam impedire cordis considerationes & meditationes. En qua decipimur arte à diabolo hoste & à nostris inordinatis passionibus in opere Dei. Quot psallentes putabunt se ab euagationum, quas tempore patiuntur Hymnodiæ, excusatos reatu, quia sibi videntur haud assentiri illis, nihilominùs ij seuerè condemnabuntur à diuina Iustitia; quia licet huiusmodi euagationes non fuerint forsan directè volitæ, oculorum tamen libertas fuit in illis volùtaria, dū ei nullo mortificationis repugnaretur studio, sed mos gereretur.

Recitantes ex libro oculorum arcent curiositatem.

Modus oculos colligendi, ne diuagentur, multiplex esse potest. Potior est, si recitans oculos fixos tenere studeat in librum Psalmorum, nec patiatur illos amouere ob quamlibet causam, etiam si strepitum audiat: quem modum obseruant omnes attentionis studiosi. De nostro Antonio Pagnio Piscensi accepi à Sacerdotibus fide dignis,

gnis, quòd, etiam ante nostræ Religionis ingressum, quando Canonicus cum aliis in choro preces persoluebat diuinas, oculos semper in Psalterio defixos teneret, nec vmquam dimoueri eos patiebatur, vt attentionem ad Deum, quem exorabat & laudabat, tutiorem conseruaret: omnia enim Dei opera pius vir perfectiori quo poterat modo studebat explere, vt virtutum & sanctitatis culmen, ad quod nitebatur summo studio, expeditiùs obtineret. Magnum adiumentum ad attentionem affert hæc oculorum intentio ad librum. Hinc summi Pontifices, vt Religiosos ad hoc remedium adhibendum excitarent, nonnullas gratias & Indulgentias concesserunt recitantibus ex libro; præsertim, quia, præter attentionem faciliorem, aliæ etiam inde vtilitates deriuantur, nimirum certitudo, quòd nihil sit omissum, nihílve deordinatum: quæ certitudo timidioribus magnam tribuit quietem.

Compend. Priu. Mendic. verb. *Indulg.*

Huic similis est alter modus, quem pij animi obseruant, nimirum oculorum aspectus in aliquam piam imaginem. Quantum possideat virtutis, ad animum colligendum in Deum, sacræ imaginis intuitus ratio & vsus comprobare potest. Ratio suadet, obiecta admota potentiæ magis eam mouere quàm distantia; & quæ subijciuntur sensui, maiorem obtinere vim quàm inuisibilia. Cùm simus corpore circumdati, magis afficimur rerum visibilium obiecto quàm solis spiritualibus meditatione cogitatis. Cùm imago vel Christi Domini vel alterius obiecti diuini proponitur oculis, faciliùs imprimitur menti quod obijcitur & repræsentatur per eam imaginem. Vsus etiam piorum suadet eamdem rem.

Piarum imaginum intuitus plurimas confert vtilitates.

Piæ personæ solent deuotas imagines oculis proponere, & in eas obtutum defigere, vt earum auxilio eleuetur animus in Deum, vel in B. Virginem Deiparam, vel in Christum Dominum illis imaginibus aut sculptum aut depictum, & illis obiectis excitatus attentionem resumat, si eam amiserat, vel ardentiùs continuet, si iam tenebat.

Piæ imaginis gestationis mirum exemplum.

Insigne huius pij vsus exemplum, quod Deus voluit miris signis comprobare, licet aduerterete in sancta Hedvvige, Ducissa Opulẽtæ magnæ Poloniæ: quod exemplum maiorem obtinuit vim & auctoritatem ex canonizatione huius sanctissimæ mulieris à Clemente Papa, huius nominis Quarto, peracta. De hac sancta vereque pia Heroina narratur, quòd sicut magno deuotionis & amoris ardore afficiebatur ad B. Virginem Deiparam; ita, ne eiusdem memoria & cultus vmquam ex animo excideret, aut ne saltem langueſceret, semper inter digitos manus sibi proposuit deferendam paruam eiusdem sanctæ Dei Genitricis imaginem, vt frequenter in eam oculos figens, excitaretur ad eam colendam, adorandam & diligendam vehementiùs. Voluit Deus hoc Hedvvigis pium studium tot tantisque mirabilibus signis comprobare, vt nullus dubitandi locus de eiusdem mulieris pietate nobis relinqueretur. Si aliquando ad Hedvvigem infirmi ducebantur, vt pro ipsis Deum exoraret, hæc erga eos extendens sanctissimæ Dei matris imaginem, signum benedictionis impertiebatur, & omnes confestim sanabantur. Mirabilius forsan illud censebitur, quod, viginti quinque annis post eiusdem sanctæ mulieris obitum, visum est. Dum eius sepulchrũ inuiseretur, vt de cadaueris statu, post tot annos sepulti

Surius in Octobri.

Imago Virginis Deiparæ sanitatem largitur infirmis.

sepulti in terra, cognosceretur conditio, cùm reliqua consumpta esset caro, sani & integri reperti sunt tres digiti, qui, dum ipsa viueret, imaginem B. Dei matris deferebant. Ne res posset alicui patere oppositioni, inter eosdem digitos reperta est sana & integra imago, quam viuens portabat, infirma numquam dimisit, morienſque ita perstrinxit, vt nulla potuerit vi diuelli; & cum ipsa fuit necessum sepulturæ mandari, vt ex tam illustri signo cognosceremus, Deo Diuisque cælestibus placitum esse hoc obsequium. Hinc inter nostros Religiosos, quos nouimus multos, viget consuetudo habendi inter librum Breuiarij varias pias imagines, ad cuiusque ingenij & affectus opportunum auxilium, in quibus oculorum intuitus facillimè sistat. Imò intra nostri chori septa, profitemur habere piam aliquam imaginem è loco omnibus conspicuo pendentem, in quam, eleuantes à terra vel à libro oculos, obtutum facilè conijciant. Nec quisquam hactenus asseruit, se ab huiusmodi piis imaginibus aliquam animi euagationem passum esse, sed omnes fatentur, maxima inde pietatis in Deum & attentionis haurire adiumenta. Posset aliquis, fateor, ex huiusmodi piis imaginibus magnam euagationum segetem haurire, quando scilicet is delineationibus ac coloribus artis animum & oculos adduceret, non autem mysterio in illis figuris proposito: at id non rei visæ vitio, sed videntis est adscribendum aut curiositati, aut leuitati.

Piorum vsus adspiciendi in pias imagines dum cantant Officium.

Alij verò soliti sunt oculis psallere clausis dum memoria illos iuuat, qui modus etiam est opportunus, ne mens ab obiectis externis dissipetur, nisi ex alio capite fiat importunus, quemadmodum

Oculis clausis psallere vtile.

foret in eo qui est ad somnum procliuis. isti deseruiret potiùs ad somni indulgentiam quàm ad pios affectus. Vnusquisq; eligat ex prædictis modis sibi aptiorem, vt attentionem foueat & augeat, oculosque in officio contineat, alioquin plurima alia damna ex eadem oculorum libertate oriri conspiciemus, quæ etiam aliquod scandalum gignere possunt; vti quando ex duorum canentium congressu oculorum alter alterum commouet ad risum, vel aliam grauiorem passionem, quæ nec locum, nec tempus, nec munus decent.

CAPVT VI.

Defectus celeris pronuntiationis.

QVANDO Dauid concinnè & compositè Hymnos suos decantauerat, lætitia plenus ita exultabat, ac si obtulisset gratissimas electissimasque hostias, quas nouerat apprimè Deo gratas. Imò nomine hostiarum appellabat suam Hymnodiam, dicens: *Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis.* Hostiam vociferationis dixit suos Psalmos, quia eos voce alta proferebat ac decantabat, coniungens voci externæ internam cordis meditationem & contemplationem: non enim sola verborum prolatione contentus canebat, sed quod ore proferebat, corde meditabatur, & quod meditabatur corde, voce canebat, & hac modulata meditatione Deum colebat. Id innuere voluit illo verbo *circuiui*, quemadmodum rectè explicat D. Augustinus dicens, circuitum istum non corporis fuisse,

Psal. 26.

In Dauidis Psalmodia cordis meditatio, vocis prolatio coniungebatur.

fuisse, sed mentis & cordis, per opera Dei insigniora gradientis consideratione & meditatione. In his operibus dum animus meditatur Conditoris infinitam Maiestatem, Potentiam, Sapientiam, & ob ingens gaudium exultabundus canit Hymnos, immolat Deo *hostiam vociferationis*, seu, vt legit D. Augustinus, *iubilationis*. Coniungebat sanctus Dauid circuitum immolationi; quia meditationem cordis non seiungebat à cantu vocis. Tanta grauitate tarditateque moderata suas modulationes explebat, vt posset mens suauiter prosequi vocem oris absque molestia aut confusione. Imò dixerim quasi, tantam fuisse sancti Regis tarditatem pronuntiationis, vt lingua ipsa, si ratione fuisset prædita, potuisset meditari & contemplari verba prolata. Hac hyperbolica vtor locutione, imitatus Dauidem ipsum, qui eamdem haud semel adhibuit dicens: *Linguamea tota die meditabitur iustitiam tuam.* quod asserere non potuisset, si festinanter verba protulisset. Moderata tarditas adiuuat meditationem, sicut festinata pronuntiatio impedit cordis considerationem, quæ est Hymnodiæ non solùm melior pars, sed substantia principalis.

Tarditas moderata seruit meditationi.

Psal. 70.

Psal. 34.

Culpæ non modicæ fiunt rei, qui diuini Officij recitationem accelerant, ob multa grauiaque incommoda inde prouenientia. Iniuria Deo irrogatur, recitantibus item euenit damnum. In primis iniuria irrogatur Deo, qui surripi sibi videt à creatura quod sibi debetur. Duo surripiuntur Deo à recitantibus festinanter, verba nimirum, & tempus. Verba, quia præcipiti illa festinatione multa diglutiuntur verba, alia non proferuntur integra, sed dimidiata, alia penitus omittuntur, confun-

Damna ex celeri pronuntiatione.

Festinare pronuntiantes Deo surripiunt tempus & verba.

confunduntur alia, præsertim quando vna chori pars incipit versiculum ante finem alterius. Temporis item partes plurimæ Deo debitæ surripiuntur. Tempus illis verbis deglutitis, omissis & dimidiatis respondens, quod erat Deo destinatum, sicut & verba erant, surripitur. Tempus pausarum, quod tum in medio tum in fine versiculi esset obseruandum, vt decentior & commodior reddatur Psalmorum cantus, quemadmodum decernunt omnia sacra Concilia, impiè surripitur Deo. Ab omnibus Conciliis, & nouissimè ab Oecumenico Tridentino, exigitur à psallentibus in choro, vt Dei nomen laudent reuerenter, distinctè & deuotè. quæ omnes conditiones tolluntur ex nimia festinatione & celeritate pronuntiationis. Qui debebant esse pij cantores, efficiuntur impij cursores, quorum aliqui sunt præcipiti suo cursui adeò intenti, vt nequeant, vel nesciant, vel nolint propriæ vocis cantum voci sociorum attemperare, sed toti sunt ad cursum proprij versiculi inceptum quamprimùm explendum, haud sine cantus dissonantia & offensione. Alij ita confundunt finem versiculi alterius partis chori cum initio proprij versiculi, vt vltima verba alterius chori cum primis verbis istius concurrant absque distinctione temporis, & non sine magna debitæ integritatis violatione.

Trident. Sess. 24. cap. 12. de Reform.

Festinatè recitantes sunt fures sacrilegi.

Qui hoc præcipiti modo diuinum explent Officium, dici rectè queunt fures sacrilegi; quia & verba & tempus Dei laudibus destinatum iniustè surripiunt: quæ furta si multa sunt & frequentia, ad lethalem peruenire possunt culpam, quia præceptum in re graui violatur, si autem modica & pauca, saltem ad venialem culpam ascendent; sed

sed siue modica siue multa, furta tamen sunt in rebus ad Deum spectãtibus, seuerè aliquando punienda. Deus comminatus est se ea iudicaturum per Isaiam Prophetam dicens: *Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto.* Audiant hæc Dei verba psallentes præcipites, nouerintque se odio haberi à Deo, quia rapinam committunt in Hymnodia, quam diximus haberi apud Deum loco holocausti, & victimæ medullatæ & electæ. Dum odio habentur, non possunt expectare nisi damna & pœnas grauissimas, & iure, quia Dei honori & cultui præferunt commodũ proprium: siue enim accelerent recitationem, vt negotiis, tam publicis quàm priuatis, siue etiam vt studiis, lectionibus concionibusque, siue, quod grauius esset, vt ludricis, vtinam etiam non turpibus, operam dare queant, hoc certũ est, quòd omnes Dei honorem paruipendunt ac spernunt.

Festinata recitatio à Deo seuerè plectenda. Isaiæ 61.

Nullus item excusatione esset dignus ob eam rationem, quia aliis explendis orationibus tempus reliquum assignauerit, quas ad suam animi deuotionem elegit: iste enim grauissimè errat sub specie boni, quod tamen verè non est bonum; nullas namque orationes hoc præcipiti modo explet, nec debitas, nec voluntarias. Melius esset, & Deo gratius, si quis obligationi perfectè respon-deret omittens voluntarias preces, quàm pro voluntariis explendis, si omittat rectam debitæ precis recitationem. Hac arte diabolus plurimos decipit. Hinc dicebat S. Hieronymus: *Non mediocriter errant, qui bono magno præferunt mediocre bonum.* Deinde descendit ad rem nostrã de Psalmorum recitatione, asserens: *Melior est quinque Psalmorum declaratio cum cordis puritate, & serenitate,*

Orationes voluntariæ omittendæ sunt pro necessariis. D. Hieron. in Reg. Monac. de Contempl. & orat. relatus in Decr. Dist. 5. de Cons. cap. 24.

renitate, & spirituali hilaritate, quàm totius psalterij modulatio cum anxietate cordis & tristitia.

Adest etiam scandalum populi, qui audiens hanc præcipitem recitationem, non solùm non mouetur ad Dei laudes, nec ad compunctionem, nec ad alios pios affectus, quos primo descripsimus Libro, quemadmodum institutio publicæ Hymnodiæ requirit; sed potiùs offenditur, videns Dei honorem spretum ab illis ministris, qui deputati sunt ad Dei honorem tuendum. Cognoscunt etiam laici, quàm indecorum sit, orantes & alloquentes Deum tantam vsurpare festinationem, vt nec intelligantur ab audientibus, nec etiam intelligant seipsos qui psallunt. Si graue censeretur crimen illius hominis, qui Regem allocuturus tanta celeritate verba proferret, vt non posset loquentis sensus percipi; quod crimen censebitur apud Deum, alloqui ipsum eadem, imò maiori festinatione? Audiuntur (prô dolor!) quidam psallentes tanta velocitate percurrere diuinum Officium, vt nullum verbum intelligatur ab iis qui eo tempore Ecclesiam ingrediuntur. Isti recitantes satis superque ostendunt, quòd nulla interiori erga Deum afficiantur deuotione. Non minùs grauiter quàm verè tradebat venerabilis noster Pater Zacaria illum præclarum Aphorismum: *Quando opus ex vera expletur cordis deuotione, tunc delectationem, diligentiam maturitatemque gignit in operante; quando autem expletur ob solam exteriorem satisfactionem, tunc tædium, incuriam ac tristitiam affert, & magis attenditur exitus celer quàm perfectio operis.* Isti manifestè declarant se Deo nihil attendere, sed tantùmodò eò dirigere omnem cogitationem, vt

Ant. Maria Zacaria in Aphorism. verbo *Deuotio.* n. 8.

vt quamprimùm, expediti ab onere Horarũ Canonicarum, lucrari queant distributiones. Verè miseros appellarim huiusmodi psallentes. quod enim credunt lucrum, aliquando sentient maximum fuisse detrimentum grauissimamque iacturam. Omnis illa celeritas in ipsorum recitantium perniciem conuertetur.

Damnum spirituale ex celeri pronuntiatione.

Ille Deus, qui odio habet rapinam in holocausto, sicut iustè diligit iudicium, ita opportuno tempore iustitiam exequetur; & lucrum, quod aliquibus lætitiam affert, iisdem conuertendum est in luctum. Quibus posset iustè dici, quod aliquando dixit vir sanctus quibusdam Clericis, qui è choro exeuntes læti, inter se gloriabantur de fine Officij: *Benè quidem cantastis, sed plenum saccum cantastis.* Mirantibus his & interroganti-bus cur hoc dixisset, exposuit, quòd vidisset dæmonem in loco eminenti stantem dum ipsi canerent in choro, qui saccum magnum & longum manu sinistra tenebat, in quem voces cantantium manu dextera mittebat. Ista verba conseruabant dæmones tamquam ministri Dei iustissimi Iudicis, qui tempore opportuno erat vindictam sumpturus de hac culpa.

Saccus diaboli plenus verbis malè prolatis in diuino officio. Cæsar. l. 4. cap. 9.

Damnum itaque non modicum sibi inferunt festinanter recitantes Horas Canonicas; nocent enim sibi ad futuram æternitatem gloriæ, quia vel omnino illa priuabuntur, si culpa fuit grauis, ob defectum aut necessariæ integritatis aut debitæ attentionis, quæ necessariò præcipitem consequuntur festinationem: vel saltem ad tempus aliquod differetur eius consecutio, si nempe culpa fuit venialis; tantumque suæ gloriæ adimunt, quantum temporis in vlu Hymnodiæ auferunt Deo.

Deo. Nam si cuilibet operi nostro, in hac vita ad normam virtutis expleto, respondere voluit misericordia diuina proportionatum in futura vita præmium, vt actibus humilitatis gradus exaltationis, passionibus delectationes, mortificationi consolationes, & his similia; ita Hymnis hîc recitatis, & tempori in his recitandis consumpto respondere debebit suauitas Hymnodiæ & delectatio cantus in futura vita. Iuxta hanc regulam possumus iustè credere, quòd iis, qui tempus surripiunt Hymnodiæ debitum, auferet, vel saltem differet, diuina iustitia tempus beatæ visionis, vt pœna respondeat delicti qualitati. Quamuis sola gloriæ dilatio ad tempus accidat, ea nihilominùs ab iis, qui gloriæ sublimitatem cognoscunt, censetur tam magna pœna, vt nulla huic possit æqualis in hac vita reperiri; quemadmodum doctissimus Guilielmus Parisiensis aliquando tradidit, expendens grauitatem pœnæ, quam sibi comparant mortales ob venialium culparum commissionem, dum à Deo ad Purgatorij flammas destinantur, ad purgandas huiusmodi culpas. Expendit autem solam pœnam, quam Theologi dicunt damni, qua differtur visio beata, & dicit: *Quia melior est dies vna in atriis Dei super millia, peccatum veniale, quod per diem vnam detinet animam humanam in Purgatorio, aufert ei gloriam vnius diei & gaudium in cælesti beatitudine; huic autem damno non est comparabilis vel densitas tenebrarum, vel elongatio maior à visione Dei.* En quantum sibi noceant nimis veloces psallentes, vt citiùs se expediant à Dei laudibus; tardiùs enim, in pœnam huius velocitatis, transibunt ad gloriæ fruitionem, quæ est maxima pœna maximumque

Pœna Purgatorij grauitas ob gloriæ dilationem.

Guiliel. Paris. Tract. de Viriis & peccat.

mumq; damnum. Nec dubitare debemus de huius Iustitiæ seueritate, cùm exempla habeamus quotidiana ad nostram eruditionem à viris fide dignis descripta. Mirum hoc loco referam euentum cuiusdam viri & dignitate & sanctitate insignis, qui, ob nimiam festinationem in recitandis Horis Canonicis adhibitam, licet causam haberet non leuem, fuit à Deo Purgatorij pœnis addictus. Hic fuit sanctus Seuerinus Colonien- sis Episcopus, qui cùm Imperatori esset, ob prudentiam & in negotiis agendis dexteritatem, apprimè acceptus, cogebatur quotidie ad Aulam accedere. Quamobrem vt esset expeditior à suis cum Deo obligationibus, solebat ante discessum è domo omnes diuini Officij Horas summo manè explere. Ob hanc festinationem fuit ab ira Dei vindice coactus subire acerbissimas pœnas. Post mortem, cùm quidam Clericus huius Episcopi iter faciens esset transiturus cuiusdam fluminis vadum, vidit coram se proprium Episcopum, nuper mortuum, in eo flumine manentem. Miratus Clericus huius rei, interrogauit, cur ibi maneret. Episcopus ait, Extende manum, cognosces ex effectu statum meum. Extendit ille manum ad Episcopum in aqua iacentem, talemque passus est ab aqua ardorem, ac si ignem validissimum tetigisset, qui, manum cute & carne spolians, reliquit tantummodò ossa nuda. Tunc magis & stupens & dolens Clericus interrogauit, quomodo vir tanti nominis apud omnes in loco iaceret tantorum cruciatuum; respondit Episcopus, id esse propter nimiam festinationem diuini Officij, vt Imperatori deseruiret. Nolens Episcopus Clericum istum discedere afflictum ex

S. Petrus Damian. Epist. ad Desid. c. 7.

Grauis pœna à Deo inflicta festinanter recitanti Officium.

manu decorticata, subdit: Oremus Dominum, vt manum ad pristinam restituat sanitatem, statimque conualuit Clericus. Cui tandem dixit sanctus Seuerinus: Moneas, quaeso, omnes propinquos & pias personas, vt pro me exorent & Sacrificia offerant ad Deum; his enim orationibus expletis, ascendam ad gloriæ diuinæ fruitionem. En damnum ex nimia acceleratione precum diuinarum, etiam ex causa, quæ apud homines iusta censeretur, factum. Quid sibi spondere poterunt ij, qui ex festinata recitatione & verba & tempus Deo surripiunt, in publica præsertim Hymnodia, in qua adesse potest scandalum laicorum audientium? Caueant sibi qui præsunt, nec corrigunt huiusmodi abusus: ipsis grauior imputabitur culpa, grauissimumque ij subibunt Dei iudicium, vt in se ipsis luant debitis cruciatibus, quod in aliis indulgenter tolerant. Vigilare in hac re conuenit Superiores omnes, Episcopos præsertim, Prælatos, Antistites & chori Præfectos, ne in choris suis huiusmodi irrepant abusus; alioquin ipsis, præsertim coram Deo, imputabitur omnis admissus error, iuxta Summorum Pontificum Decreta, quæ statuunt, socios habendos esse criminum, qui istis non obuiant; eosque errores approbari, quibus non resistitur; imò & foueri errantes, quando qui potest impedire, negligit. Sibi proponant Superiores Ecclesiarum Dei honorem, Templi reuerentiam, populorumque ædificationem ac vtilitatem, viriliterque studeant abusibus istis repugnare, ne sensim ingrediantur; & si qui iam sint introducti, omni eos studio auferre conentur, vt moderatam tueantur, religiosam piamque tarditatem.

Episcoporum & Præfectorũ chori grauis obligatio.

Dist. 83. c. Error. c. Quid enim. c. Consentire.

tatem. Secum aliquando recolant Episcopi & Prælati, Magnum illum Gregorium, qui fuit Ecclesiæ non solùm Doctor præclarissimus, sed & Pontifex Summus, non solùm non reputasse indecorum tantæ dignitati, assistere Clericis diuina Officia in Templo peragentibus, sed insuper operam & studium collocasse, vt cantus ea qua par est dignitate, forma & grauitate expleretur, docendo, admonendo, imò, si opus erat, corrigendo errantes tum verbis, tum virga, quam, teste Petro Diacono, semper in choro tenebat. Nec poterat sanctissimus Pontifex ab hoc munere impediri à podagra, qua sæpè laborabat; nam super lectulum, in quo iacebat, delatus, interesse diuinis volebat. Tanta erat huius sanctissimi Doctoris & vigilantissimi Pontificis erga diuini cultus Officia sollicitudo & obseruantia. Quod igitur decuit summum Ecclesiæ Hierarcham, cur dedecere putabitur alios dignitate, doctrina sanctitateque inferiores?

Qui nouerint esse in hoc munere diligentiores, ij & Deo, cui seruiunt, erunt mirificè accepti, & propriæ obligationi facient satis. Vt ad rem hanc aliquid significetur de iis inferioribus Prælatis Episcopis, qui zelare studuerunt cultum diuinum, recolam hoc loco, quod à nostro venerabili Alexandro Saulio nouimus expletum, posteaquam è Religione ad Episcopalem euectus est dignitatem. Hic vir præclarus, qui sibi summum Christianæ perfectionis præscripserat obtinendum fastigium, nullam omittebat occasionem Dei cultus promouendi, quamuis molestam ac difficilem. Inter alia egregia à se instituta opera circa diuini cultus erectionem in sacris Tem-

B. Alexandri Saulij zelus circa diuinum cultum.

plis Alerienſis Epiſcopatus, illud cenſeo haud poſtremum, quòd ſtatim poſt adeptam Epiſcopalis dignitatis poſſeſſionem, inſtituendum in inſula Corſicæ duxit Seminarium Clericorum, qui ſicut bonis litteris, ita Eccleſiaſticis ritibus ac cærimoniis omni inſtruerentur ſedulitate. Primò duodecim bonæ indolis iuuenes in hoc introduxit Seminarium, quos paullatim ad numerum adauxit vigintiquatuor, omnes ex propriis Epiſcopatus redditibus alens ac veſtiens. Nec contentus opera apti Præceptoris à ſe item conducti ad linguæ Latinæ ſtudium, ipſemet quotidie literarias recognoſcebat exercitationes. Et, præter alias prælectiones, Romanum inſuper illis explicabat Catechiſmum, nuper tunc editum ad informationem Eccleſiaſticorum miniſtrorum in præcipuis ritibus. Prætereà eoſdem Clericos feſtis diebus ſecum ad Matutinas laudes in choro cantandas deducebat, vt diſcerent modum ritè ac rectè pſallendi, errata ſiue in Lectionibus, ſiue in cantu, ſiue in cærimoniis corrigens. Hæc faciebat Apoſtolicus vir, ita exigente tunc temporis neceſſitate Inſulæ, quæ in rebus ad Dei cultum animæque ſalutem ſpectantibus, ob incuriam & penuriam idoneorum miniſtrorum, & ob abſentiam præcedentium Epiſcoporum, ſenſim deficiens eò deuenerat, vt ferè videretur vel numquam, vel parum cognouiſſe Eccleſiaſticas ſanctiones Catholicoſque ritus. Huius zelantis Epiſcopi diligentiam comprobare volens benigniſſimus Deus, qui cenſebat huiuſmodi opus ſibi apprimè carum, ob præclaras vtilitates inde ad Cleri rectam informationem morumque totius Inſulæ reformationem ſecuturas, conceſſit ſuo

Epiſcopo

Episcopo auctoritatem singularem res miras patrandi, ad commune omnium, præsertim Clericorum Seminarij, beneficium. Nam cùm isti iuuenes morbo quodam contagioso tunc in Insula grassante, ex quo multi ibidem decedebant, grauissimè laborarent, sicut ab Episcopo inuisebantur, opportunisque pietatis hortationibus ad tolerantiam excitabantur; ita non solùm, ab eius præsentia recreati, animum augebant, sed quàm primùm ad perfectam restituti sanitatem, quam beatus Episcopus ipsis prædixerat, & promiserat, conualuerunt. Vigilent igitur Superiores circa rectam chori disciplinam aut conseruandam, aut restituendam, vt cantus sit semper grauis & pronuntiatio decora, præmium à Deo huius zeli abundè recepturi. In Vita Iconibus impressa.

Non defuerunt Regularium Prælati, qui, vt se suosq; subditos ab omni indebitæ celeritatis periculo in psallendo redderent tutiores, pati minimè vellent in choro illud temporũ discrimen, quod etiam apud seueriores Religiosos laudabiliter obseruatur, nempe canendi altiore prolixioreq; voce ad diurnas Horas, & in festiuis Officiis, submissiore autem atque breuiore in Horis nocturnis, & in ferialibus diebus. Constantem alti prolixique cantus vniformitatem, absque temporum distinctione, à Monachis suis postulare solitus erat venerabilis Ioannes Houhton, Londonienſis Carthusiæ Prior, de quo suprà mentio facta est, afferens illud argumentum, quòd non liceret nobis aliquid remittere de modo canendi, sicut non licet remittere de diuino amore. *Sicut*, aiebat, *non est tempus præfinitum à Patre nostro cælesti, quo ab eius amore desistamus, quin omni tempore & mo-* Histor. Mart. Anglicæ, c. 4.

mento indiuiduo, ac omnibus viribus eum amare iubemur, sic nec velimus per nos à laude eius cessare vmquam, sed omnis spiritus noster semper laudet Deum. Rigorem istum vniformitatis exigebat deuotus Prior, quia illum censebat esse maximè proprium Carthusiano instituto. quare dicebat: *Huc venimus Deo seruire, operi igitur & seruitio eius insistamus: super muros enim Ierusalem constituti sumus à Deo, iudice viuorum & mortuorum, custodes, à laude laudabilis nominis sui tota die & nocte in perpetuum non cessaturi.* Imò ad vberiorem ipsorum Monachorum excitationem vrgebat aliquando iustitiæ obligationem dicens: *Si nos, qui viuimus de patrimonio Christi & eleëmosynis, festinaremus in Dei seruitio, aut occasiones discedendi ab Ecclesia simularemus, existimantes, modicum & breue tempus, quo hîc sumus, nimis longum, certè nescio quomodo excusaremus nos ab iniusta receptione, retentione & mala expensione eleëmosynarum benefactorum & fundatorum nostrorum.* Præclarus iste vir sicut nouerat proprij instituti obligationem, ita opportunas monitiones hortationesque necessarias adhibere haud omittebat, ne ipsi ad culpam imputaretur, quod alij culpabiliter committerent, aut omitterent.

Tandem circa eamdem celerem pronuntiationem peccare contingit psallentes in choro, quando ea, quæ ratione ritus debent dici secretò, quemadmodum euenit in recitatione orationis Dominicæ, Salutationis Angelicæ Apostolicique Symboli, siue ante Psalmorum cantum, siue in fine Nocturnorum, siue in aliis Officij locis, tanta à nonnullis absoluuntur festinatione, vt, tardioribus non expectatis, cantũ celeriores arripiant. Hic defectus

defectus ſicut vt plurimum admittitur ab iis, qui onus, ſiue ordinarium ſiue extraordinarium aliis præcinendi, officium ducendi habent; ita ſemper eſt coniunctus tum confuſioni cãtus, tum offenſioni ſociorum cantantium, eorum præſertim, qui, dum non expectantur, videntur neglecti. Quare vbi chori diſciplina viget exacta, opportunæ adhibentur ſiue leges, ſiue monitiones, vt iſte grauis defectus caueatur. Apud nos Clericos Regulares Paulinos, inter alias graues monitiones, pro recta chori diſciplina ad Hebdomadarium (qui nempe apud nos munus gerit ducendi Officium diuinum) directas, extat ſequens: *Animaduertet, vt tantum ſpatij ad Domini-* De Chori
cam orationem & reliqua ſecretò dicenda relinquat, diſc. lib. 1.
quantum non iis ſolùm qui celeriores ſunt, ſed aliis cap. 10.
quoque ſatis eſſe poſſit. Hoc monito, aut aliis etiam huiuſmodi legibus atque remediis adhibitis in choris rectè inſtructis, nemo fauere intendit pſallentibus nonnullis plus iuſto tardis in huiuſmodi ſecretis precationibus abſoluendis. Actui namque ex alio extremo, nempe ex nimia mora vitioſo, nullus iuſtè poteſt annuere. Virtus ſola, *Virtus in*
quæ ex natura ſua ab omnibus abhorret extre- *medio ſita*
mis, ſita in mediocritate commendatur, & coli- *eſt.*
tur. Hæc mediocritas præcipuè exigitur in iis actionibus ac muneribus, quæ temporis menſuræ ſubiecta, publicè, tum ad plurium hominum beneficium & commodum, tum vnà cum aliis ſociis peragi debent, ne, ob vnius alteriúſve priuatam ſatisfactionem, faſtidium in multis gignatur, aut etiam, quod ab humana haud diſcrepat fragilitate, iræ motus grauis excitetur.

CAPVT VII.

De violati silentij defectu.

SEMPER in Templis Deo dicatis silentij obseruatio fuit inter præcipuas, in homine ad Deum colendum requisitas, conditiones enumerata. In Templis ipsis Paganorum adeò studiosè parcebatur verbis, vt violatæ Religionis censeretur delictum, si rumpi silentium aliquo sonitu contigisset, vti luculenter scripsit Arianus super doctrina Epicteti. Quinimò, vt præpararentur ad silentium illi Pagani, edicebatur ante initium Sacrorum per præconem illa vox, *Fauete linguis*; vti notauit, & declarauit Seneca, agens de silentio quo peragebantur Sacra in Templis Romanorum. Sed quidquid fuerit obseruatum ab Ethnicis in suis Templis, quæ potiùs profana & impia, quàm pia & sacra erant, si ad Templa veræ sanctæque Religionis respiciamus, cognoscemus, tanta veneratione fuisse in eis apud pios Dei cultores obseruatum silentium, quanta decet loci sanctitatem.

Silentij rigor in Templis Paganorum. Arian. l. 4. cap. 11.

Seneca lib. de Beata vita cap. 26.

De primo Templo, quod sibi Deus inter mortales construi voluit, scribens Aristæas antiquissimus Auctor, prodidit, silentium à Sacerdotibus & ministris cultum fuisse vsque ad stuporem: *Ministerium Sacerdotum*, ait, *robore, decore & silentio cuncta superabat. Silentium tantum inest, vt cùm septingenti ferè ministrorum continuò adsint, & offerentium libamina multitudo ingens, ne vnum quidem hominem in loco versari putes; summa namque veneratione cuncta & magna Dei*

Aristæas lib. de Septuaginta duobus Interpret. cap. 7.

Templi Hierosolymitani silentiũ mirum.

pietas

pietate perficiuntur. Summoperè mirabatur Aristæas in illis fidelibus piis & ministris silentij obseruationem, eamque celebrare coactus est. Huius silentij imitatio ad nostra Templa post diuini Verbi in carne aduentum translata est, & per multa sæcula magno viguit rigore; sicut etiam nunc à piis personis retinetur. Nihil à sanctis Patribus magis indicitur fidelibus & ministris ad Templa accedentibus quàm silentium. *Magna virtus,* ait sanctus Ambrosius, *est tacendi in Ecclesia præsertim. Nihil tam congruum Ecclesiæ quàm silentium,* ait sanctus Chrysostomus, *Templis omne silentium debetur,* inquit sanctus Isidorus Peluſiota. Ob hanc silentij virtutem in Templis magno rigore obseruatam laudabat sanctus Gregorius Nazianzenus sanctam Nonnam matrem suam; quia numquam in sacris Templis fuerit illius audita vox, exceptis necessariis & mysticis verbis. Quæ autem essent necessaria & mystica verba, explicat Elias Cretensis, ea quæ à laicis in Templo, ad ea quæ Sacerdotes cantabant, aptè & opportunè accinebantur. Tunc temporis plebs omnis in Templo quædam verba respondebat Sacerdotibus in choro cantantibus, sicuti nunc etiam in quibusdam locis mos seruatur.

S. Ambros. l. 3. de Vir. S. Chrys. Hom. 38. ad Pop. S. Isidorus Peluſiot. Epist. 45. S. Gregor. Nazianz. Orat. 19. in laudem patris.

Custodiebatur hoc silentium præcipuo cultu à Monachis & Religiosis antiquioribus in Ægypto degentibus, de quibus mira scribit Cassianus, vir omni exceptione maior, præsertim tempore Hymnodiæ. Verba huius Scriptoris proferam, vt maior dictis fides tribuatur. *Cùm igitur prædictas solemnitates, quas illi Synaxes vocant, celebraturi conueniunt, tantum à cunctis silentium præbetur, vt cùm in vnum tam numerosa multi-*

Monachi in Ægypto silentij custodes seueri. Cassianus lib. 2. c. 10.

tudo Fratrum conueniat, præter illum, qui consurgens Psalmum decantat in medio, nullus hominum penitus adesse credatur. Concilia etiam & Patres non omiserunt prouidere opportunis Decretis huic obseruationi silentij. Extat hac de re Decretum in Concilio Toletano II. translatum inter lu-

Cap. In loco 5. q. 4. ris Decreta à Gratiano, quo cauetur, vt in loco benedictionis silentium custodiatur. Quis intelligatur à Patribus per locum benedictionis, licet ex contextu appareat esse locum Synodi, tamen Martinus Nauarrus extendit ad chorum, vbi

Nauar. de Or. c. 17. Hymnodia exercetur. Eædem rationes in illo Decreto allatæ militant etiam in loco Hymnodiæ; quia nimirum silentium ad Religionis virtutem colendam est prorsus necessarium, iuxta Apostolicam doctrinam B. Iacobi dicentis: *Si quis putat se religiosum esse non refrænans linguam suam, huius vana est religio.*

Silentij custodia actus est Religionis.

Iacob. 1.

Silentij violatio in choro graue delictum.

Qui verba inter psallendum miscent sicut Religionis virtutem offendunt, ob silentij violationem, ita magnæ irreuerentiæ fiunt rei apud Deum quem in Psalmis alloquuntur. Magnum profectò irreuerentiæ delictum censerent homines, si quis Principem alloquens de re seria, inter loquendum misceret verba cum seruo aliquo præsente; quod maius censeretur delictum, si verba essent leuia, ludrica & indecentia. Prò dolor! quot nunc in choro, dum altissimo psallunt Deo, qui Areopagitis taciturniores esse deberent, audent verba inutilia, ridicula & indecora miscere, quæ non auderent coram viro graui, multò minùs coram Principe, aut Rege magno, aut etiam coram Prælato proferre, pœnas vtique graues subituri, iuxta culpæ grauitatem? in istos

inuehitur

inuehitur diuus Basilius ad ea verba Hymnographi, *Et in Templo eius omnes dicent gloriam*, dicens: *Audiant hæc Psalmi verba, & confusi subpudescant ij qui in Templo prolixissima intexunt colloquia. Quid dicit Psalmus? qui in Dei est Templo, non maledicentiam, non vanitatem, ac de obscœnis rebus disertos sermones pronuntiet, sed in Templo eius quisque dicet gloriam.* Pœnæ omnes, hisce silentij violatoribus inflictæ à Deo, licet non semper sint nobis cognitæ, aliquando tamen quædam ipsarum fuere à sanctis viris descriptæ, vt non omnino ignorarentur. De quodam scripsit D. Bonauentura, qui pœnis Purgatorij grauissimis fuit addictus, ob consuetudinem loquendi inter psallendum. Nemo conqueri iure poterit de nimia pœnarum seueritate; nimis enim offenditur diuinæ Maiestatis honor & decor à vili creatura.

Psal. 28.

Violati silentij pœnæ à Deo.

D. Bonau. in Spec. discipl. c. 10.

Tanta debet esse obseruatio silentij in choro, vt nec licita sit illa submissa locutio, seu mussitatio, quam aliqui faciunt, dum altera chori parte dicente versum, isti submissè vel eumdem versum, vel alium forsan omissum, vel plures etiam recitant. Dedecet hic sonus, quamuis submissus: sonus enim est & sibilus, qui non modicùm perturbat chorum; subtrahitur namque vox per illud tempus, & propè existentes offenduntur. Consultius esset differre huiusmodi versiculorum, vel malè prolatorum vel omissorum, supplementum ad finem Officij, ne silentium violetur. cuius rei opportunum in nostro Ordine habemus monitum his verbis: *Nullus priuatim suas preces recitet, sed quilibet, dum in choro est, ceterorum recitationem sequatur.*

De Disciplchori c. 10.

Mirum

Mirum rigorem in hoc genere silentij obseruarunt viri magnæ religionis & sanctitatis, vt toti essent ad agendum quod agebant. Duos hoc loco referam illustriores euentus, alterum nuperum, antiquiorem alium. Ab isto exordiens, profero illum Canonicum Parisiensem, ad quem recitantem diuinum Officium accessit Episcopus cum ipso locuturus: at deuotus Canonicus nihil respondens, profundam tantùm fecit reuerentiam suo Episcopo, inceptam prosequens Horam vsque ad finem. Hac peracta, ad Episcopum se contulit, vt mandata reciperet, præmissa priùs hac excusatione digna pio viro: *Ignoscas, domine, quòd tibi tunc non attenderim, quia colloquio trahebam cum altiori maiorique Domino.* Nunc ad nuperum venio. De sancto Carolo Mediolanensi Antistite insigni S.R.E. Cardinali, prodidit alter Carolus eiusdem in disciplina Ecclesiastica alumnus, & in morum probitate ac agendorum prudentia illustris imitator, deinde nostri Ordinis magnus Religiosus, tandem Ecclesiæ Nouariensis sanctus Episcopus, quòd tanta pietate & attentione diuinis assisteret Officiis, vt numquam admittere voluerit ad colloquium quemquam, licet de rebus magni ponderis, imò etiam desiderio expectatis, qui vellet ipsum alloqui: *Quia indecorum iudicabat, rebus sacris interponere, sacróve loco admittere quidquam externum, sed simul etiam voluntate* (ait Scriptor) *ac desiderio reprimendo se exercebat. In quo studio, licet de re non magni momenti agatur, magnum tamen ad virtutem esse momentum existimatur.*

Mira silentij obseruatio in Canonico. D. Bonau. ibidem.

Carolus à Bal. Petri in Vita S. Caroli lib. 7. c. 13.

Hæc obseruare nouerunt viri pietate insignes, qui Deum colere student, à necessariis etiam abstinentes

abstinentes verbis, vt tutiùs sibi possent cauere à verbis non necessariis. Hæc si proferantur vel ex leuitate, vel ex curiositate, vel ex quauis alia causa, semper sunt indecora, quasi dixerim iniuriosa Deo, plus ausim, Dei contemptum præ se ferentia. Quilibet grauis vir se putaret contemptum, quando, qui secum loquitur, in medio sermone verba omnino aliena à re, sine aliqua necessitate, intermisceret; non enim is posset excusari vel de stultitiæ morbo, vel de præsumptionis vitio, sed à colloquio certè eiiciendus censeretur. Quot de Clero (non sine doloris sensu dico) eiici deberent domo Dei & à cœtu psallentium, propter hoc loquacitatis vitium: miscent enim verba non pauca inter psallendum, verba sæcularia, verba leuia, verba curiosa, verba profana, verba ludicra, quid si turpia? Isti, quamuis nunc tolerentur à Deo, qui longanimis est & patiens, dabunt tamen opportuno tempore dignas pœnas; licet non eiiciantur nunc tamquam iniuriosi, eiicientur tamen alio tempore ipsis duriori, non à Templo terreno, sed forsan à cælesti, ad perpetuas euomendas blasphemias in gehenna.

Loquacitatis grauitas quanta.

Hoc age, dicebatur antiquitus, & etiam obseruabatur in Templis profanis Romanorum: nos peiores cum Deo nostro vero sumus, quàm illi Ethnici essent cum dæmonibus. Pudeat aliquando virum Dei cultorem, Ecclesiasticum, Religiosum, cognoscere se deteriorem Paganis quoad modestiæ & Religionis disciplinam. Aduertant Canonici & Capellani, ne, præter violati silentij & dati scandali culpam, teneantur quoque ad restitutionem, memores doctrinæ à præcipuis Doctoribus traditæ, nimirum psallentes in choro, qui

Pagani in Templis silentij custodes.

Ex Plutarc. in Numa & Coriolano.

qui frequenter & ordinariè confabulantur, teneri restituere distributiones quasi totas.

Dei præsentia loquacitatem continet.

Ne in posterum hoc vitium loquacitatis in choro admittatur, consulerem istis, vt diuinam præsentiam studerent sibi reddere familiarem; hæc enim sola sufficeret ad componendum animum & verba vniuscuiusque psallentis. Si quis cũ Principe suo locuturus, vt verba apta proferat, satis est quòd ex animo cognoscat se habere Principem suum præsentem, qui potest felicem ac infelicem reddere. Quantò validior, ad continendam cuiuscumque verbosi lubricitatem, erit præsentia Dei cogitata & impressa, qui potest, si vult, perdere & saluare; potest, si vult, illicò in gehennam corpus & animam detrudere; potest, si vult, omnem concedere felicitatem. Huiusmodi sancta cogitatione munitus animus religiosus, omni accedat sanctitate ad Dei sui laudes concinendas & persoluendas.

CAPVT VIII.

De eiusdem silentij violatione aliis modis.

TVRBATVR aliquando in Templis & choro silentium aliis modis quàm sermone, nimirum quando strepitus quidam fiunt indecentes, siue tussi, siue excreatibus, siue sede; qui omnes inter defectus connumerari debent, & inter reatus contra loci religiositatem computandi: in quos constat, à Patribus pietate insignibus fuisse animaduersum edictis & pœnis. Vt ad hanc rem à nouissimis exordiar, offero quæ in nostra Cle-

ricorum

ricorum Regularium Paulinorum minima Congregatione extant sancita, antiquioribus conformia. Quãdo nostris Religiosis præscribitur habitus corporis & modestia seruanda in choro, hæc inter alia cauentur, ne silentiũ turbetur: *Excreatus & nasi purgatio necessaria erit quàm modestissima, & quantum fieri possit, minimè sonora, tum in oratione mentali, tum in diuinorum recitatione; reseruabitur etiam, si possit, ad id temporis momentum, quo vox quæcumque, quæ in choro proferatur, minùs impediri queat. Cauebunt etiam à quolibet alio strepitus genere, siue in tollendis aut demittendis sedilibus, siue transeundo per subsellia, siue alia quauis ratione.*

Regula de Disciplina chori.

Strepitus quicumque à choro arcendus.

Si cui hæc videbuntur minutiora, nouerit, quòd ante nos magna obseruabantur religione ab antiquis Monachis Ægyptum incolentibus, quibus luculentissimum præbens testimonium Cassianus scribit, tanta fuisse apud illos veneratione silentium tempore precum, vt in illis non sputum emitteretur, non excreatio obstreperet, non tussis intersonaret, nulli gemitus, nulla suspiria adstantes impeditura promerentur. Si aliquando vel suspirium vel gemitus ex oris claustro effugeret ab aliquo, excusatur à Cassiano, quòd non nisi magno spiritus impellente feruore, qui non potuisset cohiberi, per surreptionem euenisset.

Cassianus l. 2. Instit. cap. 10.

Ægyptiorum Monachorum vigilantia circa strepitus cauendos.

Dignatus est Deus ipse declarare, quantum Templa deceat silentium ab omni strepitu quamuis necessario. Rem magnam dicam, sed veram, à sacra ipsa Historia traditam. Quando extruebatur Salomonis Templum ita res ad fabricam spectantes erant paratæ, vt maximo silentio omnia peragerentur; & licet plura hominum millia ad

Silentium mirabile in Templi Salomonici fabrica.

ad illud conuenirent opus, & ex lapidibus dolatis, & ad artis regulam expolitis, & de lignis quadratis & complanatis opus fieret, nihilominùs (ait sacer Textus) nullum ibi strepitum fuisse auditum: *Et malleus, & securis, & omne ferramentum, non sunt audita in domo cùm ædificaretur.* Mira profectò res, quæ omnium Doctorum mouit mentem ad quærendum, quî fieri potuerit hoc silentium ab omni malleorum securiúmve ictu. Hebræorum Rabbini, vt ab hac se expediant difficultate, varia confingunt arcana soli Salomoni cognita, creditu tamen difficilia. His omissis tamquam fictitiis & vanis, verior ratio huius silentij tam admirandi ea est, quam communiter tradunt omnes Catholici Expositores, nimirum, quòd tam lapides quàm ligna non solùm ad debitas mensuras secta, sed etiam complanata, expolita, & omnino elaborata ad locum fabricæ deferebantur. hinc in Templo nullus ferramentorum ictus auditus est, nimirum ad illarum rerum præparationem. En quanta reuerentia censuit sapientissimus Rex Salomon, à Deo vtique edoctus, colendam esse Dei domum, dum pati noluit eos in Templo strepitus, qui ad operis extructionem videntur omnino necessarij vt cognoscere hinc nobis liceret, maiori diligentia esse cauendum tempore diuinorum à strepitibus qui non videntur necessarij.

3. Reg. 6.

Quies ab omni strepitu in Templis curanda.

Huiusce silentij ab omni strepitu sicut studiosissimi fuerunt omnes sancti & pij viri, ita varia adhibita sunt in Christiana Religione remedia opportuna. In primitiua nascente Ecclesia deputati erant Diaconi, qui per Templum discurrentes attenderent, ne aut à viris aut à mulieribus strepitus

S. Clem. l. 8. Constit. c. 11.

strepitus nutúsve tempore diuinorum fierent. Sanctus Ambrosius solebat eodem tempore monere populum, vt à tussi & ab omni inquietudine temperaret. Ad cuius ritus imitationem videtur in Ecclesia Mediolanensi hodie vigere illa ob seruantia tempore Missæ solemnis, quando vnus de Clero ante Euangelij lectionem exiens ad populum ex ambone proclamat: *Silentium habete.* post quem alius è choro dicit: *Habete silentium.*

Mediolanensis Ecclesiæ ritus ad silentium custodiendum.

Idem diuus Ambrosius, tradens Virginibus præcepta ad reuerentiam Deo in Templis exhibendam, descendit etiam ad hoc particulare præceptum de strepitu vitando, vrgens argumenta & exempla ex profanis desumpta. Suggerit primo loco reuerentiam à Barbaris exhibitam Templis Idolorũ Sacrificij tempore, describens euentum admirandum cuiusdam pueri, qui potiùs pati voluit brachij aduſtionem, quàm emittere vocem quæ silentium turbaret. *Illud exemplum proditur* (ait beatus Ambrosius) *Alexandro sacrificante Macedonum Rege, puerulum Barbarum, qui ei lumen accenderet, excepisse ignem brachio, atque adusto corpore mansisse immobilem, nec dolorem prodidisse gemitu, nec tacito pœnam indicasse fletu. Tanta in puero Barbaro fuit disciplina reuerentiæ, vt naturam vinceret.* Iure miratur sanctus Ambrosius huius silentij & patientiæ eminentiam non in homine graui, sed in puerulo tenero, non in Christiano viro, sed in idololatra, qui neque submissa voce voluerit doloris signum emittere, propter reuerentiam siue Deorum siue Regis Alexandri; cùm multi ex Christianis vim sibi non valeant inferre ad cohibendam vel tussim, vel excreatum tempore diuinorum. Inde vr-

D. Ambr. lib. 3. de Virg.

Silentij mira disciplina in Barbaris.

gebat sanctus Ambrosius Virgines suas, vt in Dei ministerio abstinere studerent etiam ab his affectibus quos natura exigere vellet: *Et tu*, inquit, *in ministerio Dei, virgo, gemitus, excreatus, tussis, risus abstine.* Abstineremus coram Alexandris, si adessent, cur item coram Deo, quem fide scimus præsentem, non abstinemus? Vt deinde validiùs incitet sanctus Ambrosius animum illarum Virginum, vsurpat quamdam lepidam siue fabulam, siue historiam, quam asserit vulgatam, de ranis quibusdam prope Templum intra paludem viuentibus, quæ à Sacerdote iussæ silere, conticuerunt, ne orantium preces perturbarent. inde concludit: *Silent igitur paludes, non silebunt homines?* Omnia Iura clamant, silentium ab omni strepitu in Domo Dei custodiendum; & violatores illius grauibus suppliciis aliquando puniendos, si vel data opera, vel ex graui incuria strepitum committunt.

Fabella de ranis silentibus ad præceptum Sacerdotis.

Audire hoc loco præstat, quanto rigore à priscis Patribus, disciplinæ perfectioris studiosis, animaduertebatur in eos, qui culpam aliquam in hoc genere, etiam minimè voluntariam, sed casu committebant. Quidam Lambertus Episcopus, dimisso Episcopatu se ad Monasticam disciplinam tradidit, vt pœnitentiæ operibus se totum committeret absque impedimento. Huic viro egregio, dum ad omnia ceterorum Monachorum studia conueniret, surgenti quadam nocte ad orationem præmaturo tempore, nescio quo casu labi è manibus contigit alterum calceum, qui pauimentum feriens quietem Fratrum turbauit, & Abbatem excitauit. Hic statim, non exquirens, quisnam Fratrum fuerit turbator silen-

Stephanus Episcopus Leod. in Vita sancti Lamberti.

Silentij casu turbati grauis pœna exemplum.

tij,

tij, edixit: Quisquis ille fuerit, cuius culpa fraternitas turbata est, pro consuetudine nostra, se conferat ad Crucem (Crux autem erat pœnitentiæ locus sub dio, expositus omni aëris iniuriæ) & frigus tunc erat. Lambertus illicò properauit ad Crucem cilicium tantùm indutus, in nocte gelidissima, & multa glacie ac niue asperrima; nec inde discessit, donec ab Abbate reuocatus fuit. Manè facto, cùm omnes Fratres ad ignem congregati essent, circumspiciens Abbas, nec videns adesse Episcopum, cognouit turbatorem; eum statim à Cruce accersitum inuitat ad ignem, & reuertentem viderunt facie splendida, à quo Abbas veniam petiit, quia ipsum non putasset. at Lambertus respondit: *Nihil in me peccastis, quod ego vobis condonare debeam.* En quanta seueritate minima culpa violati silentij puniebatur etiam extra chorum admissa. Quid factum esset, si de violato silentio ageretur intra Ecclesiam Dei? Viri illi sanctitati studebant & perfectioni virtutum. Sancti tunc erant illi Prælati, qui nimio zelo custodiebant disciplinam Regularem: sancti erant Religiosi, qui promptè pœnas impositas subibant. Sanctus idcircò insignis effectus est ille Lambertus, & meruit paucis pòst annis martyrij corona insigniri. Ab istis discenda est & reuerentia diuinis rebus adhibenda, & disciplinæ perfectio in vita Regulari obseruanda.

Perfectionis studiosi libenter subeunt pœnas impositas à Prælato.

CAPVT IX.

A risu abstinendum in choro.

ALIVS defectus præcedentibus proximus, silentio ac compositioni Ecclesiasticæ valdè contrarius ac indecorus, est risus, qui à sanctis Patribus annumeratur inter ea capita quæ in Ecclesiis sunt cauenda, ne silentium, loci sanctitati & muneris obligationi debitum perturbetur. Repetantur hoc loco verba præcedenti Capite allata, quæ ad informationem Virginum scripsit sanctus Ambrosius silentium suadens, *Et tunc ministerio Dei, virgo, gemitus, excreatus, tussis, risus abstine:* nam risum coniungit tussibus atque excreatibus sonoris; quia licet sine sono possit esse risus, maiora tamen & grauiora gignit incommoda quàm ceteri strepitus, de quibus præstat nunc agere, vt caueantur. In primis scio, non semper risum imputandum esse vitio, cùm absque omnimoda culpa queat accidere, diuina sic permittente dispositione, ob aliquod beneficium illius qui huiusmodi passioni risus subditus sit, licet animus repugnet; quemadmodum euenire solet in aliis passionibus, quæ à Deo permittuntur viris magnæ perfectionis ad exercitium humilitatis. Insigne ad rem nostram scribit exemplum sanctus Gregorius Magnus in suis aureis Dialogis, de quodam singularis perfectionis viro nomine Isaac, natione Syro, qui apud Spoletum vitam egit sanctitate & virtutibus admirandam. Elucebat in hoc viro mira abstinentia, contemptus rerum visibilium, orationis altissimæ donum,

Risus compositioni & reuerentiæ Ecclesiarũ contrarius.

Risus & passiones permittuntur ad animi vtilitatem.

S. Gregor. lib. 3. Dialog. cap. 14.

donum, prophetiæ gratia, & miraculorum operatio, ita vt Deus cognoſceretur eſſe in eo, & ab omni populo maxima in veneratione haberetur. Nihilominùs vir iſte tam vehementi riſus ac lætitiæ paſſione arripiebatur, vt ſibi ipſi non valeret vllo remedio frenum imponere, &, niſi cognitus fuiſſet tantis virtutibus plenus, numquam potuiſſet credi iuſtus & perfectus. Dum hunc euentum narrat ſanctus Gregorius, vt audientium & legentium auferat admirationem, docet id accidiſſe ex alta Dei diſpenſatione, qui nitentibus ex animo ad virtutum perfectionem aliquando dum maiora largitur bona, denegat quædam minora, vt animus iſtorum habeat in ſe ipſo & humiliationis obiectum & pugnæ materiam. Humilitas fouetur, dum cognoſcunt ſe vincere non poſſe modicam paſſionem: hinc diſcunt, quòd ex ſe illa maiora quæ obtinent bona non acquiſierint. Pugnæ materia adeſt, dum paſſionis moribus ſtudent ſe opponere. Suggerit ſanctus Doctor ex ſacra Hiſtoria, continuam moleſtiæ occaſionem populo Iſraëlitico ad terram promiſſionis introducto relictam; dum illis Deus reſeruaſſet Philiſthæos atque Chananæos, qui eos bellis exercerent; inde concludens, Deum, quibus dona magna tribuit, parua quædam reprehenſibilia relinquere, vt ſemper habeant contra quod bellum gerant, &, deuictis magnis hoſtibus, mentem non erigant, quando eos aduerſarij etiam minimi fatigant. Ad quam rem opportunè venerabilis Pater Zacaria, qui in diſcernendis ſpiritibus ſingulari à Deo donatus erat priuilegio, tradebat illum Aphoriſmum: *Sæpè quis tentatur in minutioribus, qui maiora & grauiora ſupera-*

Paſſiones relictæ viris perfectioribus humilitatem conſeruant.

Iudic. 3.

Ant. Maria Zacaria in Aphoriſm. verbo *Tentatio diu.* num. 12.

superauit, vt eiusdem humilitas tutior seruetur. Verumtamen licet aliquando ex diuina permissione hæc passio risus exerceat viros insignes, vt plurimùm tamen, præsertim in imperfectis, non caret culpa, imò est valdè reprehensibilis; & nisi opportunis vincatur remediis, maxima & grauia incommoda gignet, præsertim quando diuina explentur Officia in choro.

Risus passio maxima affitit vehementia.

Risus inter vehementiores hominis passiones est connumerandus, quia suscitatus difficillimè potest cohiberi ac comprimi; facilè etiam commouetur, & corporis vires valdè dissipat, &, non sine magna irreuerentia, aufert ab homine modestiam ac compositionem, quæ loci sanctitatem & officij sublimitatem maximè decent. In omnibus quidem locis decet viros Ecclesiasticos modestiam seruare ac compositionem, vt omnibus innotescat, eorum animum à Spiritu sancto possideri. Vbi Spiritus Dei viget, ibi modestiam adesse est necesse, tamquam fructum necessariò consequentem ex hac arbore cælesti. Modestia inter fructus Spiritus sancti ab Apostolo Paulo descriptos inuenitur. Si risus abundat, carnalis esse animus dicetur, non spiritualis, quia carnis fructus præcipuus est lætitia vana. Hinc Ecclesiasticus, tradens signa cognoscendi hominum conditiones, risum dentium enumerat: *Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo.* Quo pronuntiato innitens sanctus Ambrosius tradidit, conditionem cordis cognosci ex corporis statu, dicens: *Habitus mentis in corporis statu cernitur. Vox quædam est animi corporis motus.* Hanc ob causam sicut chorus, vbi Hymnodia exercetur, inter sacratiora loca, tamquam

Modestia est à Spiritu sancto.

Galat. 5.

Risus est fructus carnalis.

Eccli. 19.

quam Ecclesiæ pars, connumeratur, ita talem locum maximè dedecet risus & leuitas omnis, quamuis minima; tum quia Domus Dei est, quam decet non solùm gestus sanctus, sed ipsa quoque sanctitudo, quemadmodum dicebat Hymnographus; tum etiam ob Angelorum, quos sæpè diximus adesse psallentibus, reuerentiam. Psal. 92.

Grauitate laudatur Deus.

Dedecet etiam risus munus Hymnodiæ, quia Deus non putat se laudatum, sed potiùs irrisum, quando rident psallentes; quia risus aufert grauitatem, quæ est conditio necessaria perfecti laudatoris, quemadmodum dicere voluit Hymnographus illis verbis: *In populo graui laudabo te.* quia nouerat Deum non laudari à populo leui, qui chori sanctitatem risus leuitate profanat. Psal. 34.

Risus vnius pluriorum risum prouocat.

Aliud incommodum, quod grauius censetur, ortum ex risu vnius, est prouocatio aliorum ad similem risum. Qui viciniores adstant risum sentientes, propter naturæ propensionem & humani temperamenti conditionem, facilè excitantur ad ridendum, licet animus repugnare studeat. Leuiores saltem & indeuotiores psallentes facillimè ex alterius risu commouentur ad ridendum. Inde fieri potest, vt multi, eodem tempore ex vnius leuitate prouocati, Hymnorum cantum vel inconcinnè explere, vel grauiter perturbare, vel etiam penitus omittere cogantur, non sine populi offensione & graui Dei iniuria. Audiant id, quæso, qui studiosè verba, aut signa, aut nutus, aut quidquam aliud leue committunt, vt risum commoueant in aliis; isti sicut potiùs ministerium diaboli subeunt, quàm Dei ministerium expleant, cùm diaboli studium præcipuum eò tendat, vt diuinas impediat laudes, ita diuinam

vltionem sibimetipsis prouocant. non enim Deus abire sinet impunitos huiusmodi excessus. Expendebat ad hoc propositum venerabilis Beda illam Domini nostri seueram vltionem, quando verbis minacibus & duris flagellis eiecit è Templo qui victimas, quæ sibi offerrentur, aut vendebant, aut emebant, inde arguens, quantò magis eiici mereantur, qui risibus & leuitatibus, diuinum cultum profanantibus, vacant, dicens: *Quanta putas animaduersione puniret, si inuenisset ibi aliquos risui vel vaniloquio vacantes?* Experti sunt visibiliter diuinæ iræ vltionem Religiosi quidam sancti Francisci, quibus, dum in choro riderent, visus est Dominus noster in Cruce pendens, qui supra chori ingressum positus erat, oculos suos iratos in eos coniicere, & ex hoc aspectu tantum conceperunt timorem, vt breui tempore vitam cum morte commutarent.

Beda Homil. 7. in Quadrag.

Dei vltio seuera in ridentes in choro. Cassianus Coll. 10. cap. 13.

Adiumenta opportuniora ad risum cauendum sunt duo. Alterum est abstinentia ab omni ioco, ludo, verbis ad risum prouocandum aptis sub tempus diuini Officij mox futuri. Qui accedit ad chorum iam ad risum paratus, facilè poterit sola recordatione & phantasmatum commotione excitari denuò ad risus continuationem. Studendum itaque est spiritus & cogitationum collectioni in Deum, quem laudare & exorare intendimus, antequam tempus conueniendi adueniat. Hinc sanctus Abbas Isaac, vt Monacho perfectionis Psalmodiæ cupido interroganti, quid ad mentem in Deum colligendam posset conducere, opportunam offerret responsionem, dixit: *Quales orantes volumus inueniri, tales nos esse oportet ante tempus orandi.* Vbi prosequitur eamdem materiam,

teriam, asserens ex necessitate, menti occurrere tempore Psalmodiæ quæ ante ipsam cor penetrauerant. Hinc in nostra Religione habemus Regulam illam opportunam ad hanc cogitationum præparationem: *Primo signo conueniendi in chorum dato, ad sacra quæ ibi præstiturus est Officia quamprimùm cogitationem suam quisque conuertere debet. Ad secundum signum, relictis statim quæ forte habent præ manibus, præstò erunt omnes, & cum silentio in chorum ibunt. Neque interior solùm præparatio adhibenda erit, sed exterior quoque, vt vestibus, birreto, calceisque aut crepidis mundis quisque in chorum se conferat.* Hæc nostra Regula si à psallentibus obseruetur, multis risibus ac leuitatibus medebitur. Animus enim in Deum collectus, quamuis aliquod obiectum accidat ad risum prouocans, difficiliùs mouebitur, quàm ille qui est à Deo abstractus.

Lib. 1. c. 10. de Disciplina. *Quali dispositione ad psallendum sit accedendum.*

Alterum adiumentum est, oculorum collectio dum psallitur. Si vel clausis omnino, vel ad terram demissis, vel in librum coniectis oculis recitabitur Officium diuinum, sicut obiecta ad risum prouocantia non aspicientur, ita firmiùs in sua grauitate vnusquisque perseuerabit. Turpe est, cordis & corporis oculos coram Deo & Angelis eius sine freno laxare, vt omnia curiosè circumspiciantur, ingredientia, egredientia, occurrentia; quemadmodum accidere videmus iis, qui gyrouagis oculis psallunt, huc illucque semper adspicientes. Si qui sunt huiusmodi curiosi, risum venantur, & leuitatem animi vocant; contra quos concludam illâ diui Chrysostomi acri inuectiuâ: *In Aulam regiam intraturus, & habitu, & oculis, & incessu, & in cunctis aliis componis*

Oculorum demissio & collectio cordis grauitatem sustinet.

D. Chrys. Hom. 15. in Epist. ad Hebr.

& ornas teipsum, huc autem intraturus, vbi verè Aula regia est, ac talis qualis cœlestis est, rides? & tu quidem, scio, quia non vides; audi tamen, quia Angeli præsentes sunt vbique, maximè in Domo Dei, vbi astant Regi, & omnia sunt plena incorporeis illis Virtutibus. Compositioni totius hominis, tam interni quàm externi, studeamus, quando ad Hymnodiæ officium accedere volumus, vt risus & leuitas arceatur ab Aula Dei, & nemo sit, qui in choro gloriam Dei non tueatur concinna recitatione Hymnorum, iuxta illud Hymnographi: *Et in Templo eius omnes dicent gloriam.* Psal. 28.

Risus aliquando à dæmone.

Si quando risus commoueretur dæmonis opera, qui aliquando nostris vtitur passionibus, ne ipse dignoscatur, ad nos tentandos, quemadmodum præsertim agere solet cum Nouitiis in via & famulatu Dei, quos hac risus passione perturbare solet, tempore præsertim diuinorum Officiorum: tunc non conatibus pugnandum erit, nil enim facilè obtinebitur, magis enim inualescet passio, sed humilitate tum orandus Deus, tum Magistri auctoritas imploranda. Prælati auctoritas tanta est aduersus diaboli tentationes, vt aliquando sola earum manifestatio humilis ei facta à Nouitiis, aliquando vnicum verbum illius, valida sint ad omnem prorsus diaboli dissoluendam & auferendam molestiam. Ad quam rem accidit aliquando Magistro Iordani, magni nominis Religioso, D. Dominici præcipuo alumno, quòd dum secum haberet plurimos Nouitios, quos ad habitum Religionis receperat, & ad locum Nouitiatus deducebat, recitaretque vnà cum illis in hospitio Horas Canonicas, ecce quidam ex illis cœpit effusè ridere; ceteri Connouitij

Diaboli tentationes quomodo à Nouitiis vincendæ.

D. Anton. 3. p. Histor. tit. 23. c. 9. §. 5.

nouitij videntes, effusiùs prosecuti sunt eumdem risum, ita vt non possent se continere. Quidam ex sociis grauioribus Magistri Iordanis eos cœpit obiurgare, vt compesceret, sed risus magis augebatur. Peracto Completorio, quod tunc recitabant, Magister Iordanes conuersus ad socium qui Nouitios reprehenderat, eum correxit, quia munus Superioris sibi assumpsisset. deinde ad Nouitios ait: *Ridete, filij carissimi, effusè ridete, ego vobis ridendi facultatem liberè concedo; vos enim decet ridere, quia diabolum & decepistis, & vicistis, mundo valedicentes.* Mira vis huius admonitionis, imò facultatis à Prælato oblatæ. Cessauit tunc omnis risus; imò deinceps numquam similem ridendi tentationem passi sunt illi noui Religiosi. Verùm nõ semper à dæmone ortum habent huiusmodi passiones risus, licet in dæmonem sæpè illas reiiciant socordes. *Multi* (aiebat venerabilis Pater Zacaria) *dæmoni adscribunt ea, quæ ipsimet, ob prauam animi inclinationem, operantur.* Risum ipsi siue oculis siue verbis venantur, aduocant & excitant, vti mox dicebamus, quibus modestia & grauitas est suadenda.

Ant. Maria Zacar. verbo *Tentatio diab.* num. 6.

CAPVT X.

Defectus scrupulorum cauendi, & quo remedio.

Scrupuli ad maiorem animi sanctitatem aliquando dati.

SCRVPVLORVM materiam placuit inter defectus psallentium annumerare, quia vt plurimùm non sine defectu reperitur in homine. Noui scrupulos aliquando fuisse à Deo permissos animis sanctitate & doctrina præstantibus, ad virtutis

tutis & sanctitatis augmentum; quemadmodum omnibus testatum est de sancto Augustino, præclarissimo Ecclesiæ Doctore, qui in suis Confessionibus magno animi dolore ac gemitibus accusat seipsum de leuissimis minutioribusque rebus, quas alij, etiam virtutis studiosi, vel nihil vel modicum æstimarent, alij etiam forsan riderent. Verumtamen hoc genus scrupulorum nec iudicium offendit, nec animi tranquillitatem perturbat, sed eum efficit studiosiorem ad virtutum actiones. Nec huius generis scrupuli dicendi forent propriè scrupuli in ea significatione quæ communiter accipitur, quando de scrupulis est sermo; sed potiùs stimuli sunt à Deo concessi, ad maiorem animi puritatem obtinendam.

Scrupulus est animi anxietas ex leuibus causis orta.

Scrupulus in sua propria significatione sumptus, quatenus dicit anxietatem animi ex leuibus & apparentibus causis ortam, inuoluit plurimos defectus, sicut etiam plurima incommoda gignit; & supponit semper vitium aliquod vel naturale, vel acquisitum. Qui laborant conscientia scrupulis agitata, numquam putant se diuino satisfeciſſe Officio; vel quia debitam intentionem aut attentionem non habuerint; vel quia non recordantur, an omnia recitauerint. Hinc animi anxietas ad nouas iterationes eiusdem Officij, non semel, sed pluries eamdem Horam, vel Psalmum, vel Lectionem repetendo. Sibi persuadent isti, quòd meliùs satisfacient posteriori recitatione, cùm tamen semper imperfectior videatur posterior priore. Nisi isti scrupulosi studeant ad rectam redire rationem viuendi, in maximas, imò incurabiles incident angustias, peccata multiplicabuntur, iudicio tenebræ offun-

Scrupulus est plurimorum malorum origo & causa.

dentur,

dentur, & cordis perpetua inquietudo fouebitur. Hæc præcipua mala ex scrupulis orta vtile est singillatim declarare, vt remedia opportuna valeant vsurpari.

Primum malum est peccatorum multiplicatio; quia scrupulis facilè coniungitur conscientia erronea, quæ peccatum putat, vbi verè peccatum non est: non tamen hic conscientiæ error semper cum scrupulis reperitur. Potest scrupulus esse solus absque errore aliquo determinato: nam tradunt Doctores, pugnandum esse contra vim scrupulorum, agendo illud quod scrupulosus nitebatur vitare, verbi gratia non iterando Officium, vel Psalmum, vel Horam, quæ scrupulus suadebat iteranda, siue scrupulus deponatur, siue non deponatur. Si adesset conscientiæ error, hic esset deponendus ante operationem: at etiam si non adsit error conscientiæ, nihilominùs multiplicantur peccata, sicut etiam multiplicantur scrupuli, quando primo scrupulo non obsistitur. Ea est huius natura & conditio, vt primus scrupulus admissus alium pariat in animo, hic alium, iste alium semper maiorem; quemadmodum videmus in aqua fluminis aut lacus euenire, si fortè in eam proiiciatur lapillus: hic cadens circulum paruulum format in aqua, ille circulus alium maiorem efficit, iste alium, donec tota commota aqua in circulos vsque ad extremitatem litoris resoluatur. En scrupulorum proprius effectus similis effectui lapilli in aquam proiecti. Comparatio scrupuli cum lapillo est opportuna: nam dicitur scrupulus, quia in animo operatur eosdem effectus, quos operatur lapillus ingrediens calceum ambulantis, pungit enim ac offendit

Conscientia erronea scrupulorum socia.

Scrupulus scrupulum parit.

fendit pedem. Animus etiam noster rectè comparatur aquæ fluminis aut lacus, quæ omnem figuram circumstantium corporum recipit & reddit; sicuti animus hominis aptus est excipere omnium substantiarum figuras & species. Cùm scrupulus animum alicuius possederit, nec impediatur, statim circulationes plurimas commouet ex vna in aliam, donec animus repleatur infinitis molestiis & anxietatibus. Pugnandum itaque viriliter ac resistendum est initiis primis, ne mala eueniant maiora ac grauiora.

Scrupulorum initiis pugnandum.

Hinc oritur alterum malum, nempe obtenebratio iudicij. Sicut aqua fluminis, donec illis circulationibus occupatur, perturbata remanet, nec reddere potest rerum species, quas anteà reddebat placida quiescens: ita animus scrupulorum agitatione vexatus confunditur, vt nequeat cognoscere ac distinguere, quod recta suadet ratio, imò diuersis obruitur erroribus. Primus iudicij turbati error est circa attentionem nobis impositam. Putant scrupulosi, à nobis exigi eam attentionem, quæ omnem aliam cogitationem excludat, qualem Angeli in cælis habent; quod fieri nequit viribus naturæ solis, sed, vti aliàs significauimus, illa donum Dei est non omnibus concessum, nec & Apostolo Paulo, qui erat Vas electionis & insignis prædestinatus. Hoc errore iudicij aliquando laborauit sanctissima virgo Lutgardis; & quia non valebat toto animo recitationi Hymnorum adesse absque aliis cogitationibus superuenientibus, more aliorum scrupulosorum torquebatur, & singulas horas bis terve repetere volebat, nec vllus amicus poterat eam consolari. Tandem Deus misericors dignatus est illam

Iudicium scrupulosorum perturbatur variis erroribus.

Attentio perfecta sine euagatione neque Sanctis concessa.

Surius 16. Iunij.

illam sanare, ostendens ei, quòd non deberet perturbari ex cogitationum velocitate ac importunitate; quia illa sit nostræ naturæ imbecillitas, vt nequeat recitare modicam ac breuem oratiunculam absque aliqua mentis euagatione. Alter iudicij turbati error est circa verborum integram prolationem: nam tanta anxietate verbis attendunt scrupulosi, vt locum non relinquant iudicio attendendi vel ad sensum & spiritum verborum, vel ad Deum quem exorant, & laudant. Misera scrupulosorum conditio, qui numquam possunt acquiescere: nam modò solliciti sunt de integritate verborum, modò de attentione ad sensum, modò de vtrisque.

A scrupulis quomodo liberata S. Lutgardis.

Scrupulosorum misera conditio.

Hinc ortum ducit tertium damnum, nimirum cordis perpetua anxietas & perturbatio. De his verè asseri potest illud Dauidicum: *Trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Pusillanimes sunt qui hoc laborant morbo, & semper timent culpam lethalem, vbi vel nulla, vel, ad summum, venialis & leuis est: imò seipsos in eas coniiciunt angustias, vt de salute aliquando desperent. Id saltem semper euenit, vt corporis salus manifestè periclitetur. Nimia cordis afflictio vires corporis paullatim consumens exhaurit, caput præsertim debilitat, totumque hominem inhabilem reddit ad maiora facinora.

Psal. 13.

Scrupuli vires corporis debilitant.

Animaduertere debent scrupulosi, quòd iniuriam non leuem altissimo Deo faciunt, putantes eum nobiscum agere quasi Iudicem captiosum, qui apices Iuris à nobis exigere velit, & plura requirat quàm vires patiantur, quasi non Principem benignum, sed tyrannum seuerum, qui nos tamquam mancipia vrgeat, contra omnes Scripturas,

Scrupulosi Deo irrogant iniuriam.

Scripturas, quæ illum prædicant miræ benignitatis & suauitatis erga homines. *Qui fingis laborem in præcepto*, aiebat Hymnographus de Deo. Psal. 93. *Iugum meum suaue est, & onus meum leue*, dicitur ab ipso Deo. Matth. 11. Iniuriam etiam faciunt Sapientiæ Dei, putantes, quòd ignoret nostram volubilitatem & imbecillitatem, præsertim circa cogitationes cordis, quas optimè nouit esse omni volucre perniciores & velociores, à nobis effugientes, quando bonæ sunt, contra nostram voluntatem; ad nos venientes, si incongruæ sunt, contra nostrum conatum. Quasi Deus non cognoscens hanc nostram conditionem, exigere velit quod non possumus exequi. Nouit optimè Deus suum figmentum, cuius sit conditionis; nouit nostram imbecillitatem, nec à nobis exquirit quod reddere non valemus. Si noluisset nos euagari cogitationibus, vel homines non fecisset, sed Angelos; vel dona singularia omnibus esset elargitus, quemadmodum aliquibus electis ac prædilectis concedit aliquando.

Scrupuli humilitate vincendi.

Hanc nostram imbecillitatem cognoscere & confiteri expedit valdè, vt scrupuli faciliùs abigantur. Sicut species est superbiæ credere, quòd possit homo mortalis rectè ac perfectè laudare Deum viribus suis solis, quæ superbia prouocat Deum ad iram; ita species est humilis cordis, memorem esse propriæ imbecillitatis & diuini auxilij necessitatis, & sperare, Deum æqui bonique consulturum eam nostram recitationem, quæ mediocris fuerit, licet non exacta.

Scrupulorum remedia valida.

Inter opportuniora remedia scrupulosis offerenda suaderem primo loco illud, quod validissimum censetur ab omnibus rei spiritualis Patribus,

bus, nimirum subiectio omnimoda proprij iudicij circa recitationem iudicio proprij Prælati, siue Confessarij. Nam, sicut dictum est, iudicium scrupulosorum cùm sit perturbatum, eget directione ac regimine sanioris & recti iudicij, cui se committat ex animo, illique acquiescat. Quæ submissio & subiectio tantæ est virtutis apud Deum, vt multi fuerint à Deo perfectè liberati ab hoc periculoso morbo. Sanatus fuit ille Sacerdos Monachus, qui, ob tantos scrupulorum fluctus, eò deuenerat, vt ne quidem rem Sacram auderet facere. Hic ad sanctum Bernardum accedens, spopondit se velle illius consilio acquiescere; cui sanctus Prælatus præcepit, vt ad Sacrificium offerendum se illicò conferrer, nec in posterum dimitteret. Acquieuit Religiosus afflictus, Sacrificium obtulit, & ob hanc obedientiam liberatus est ab hac molestia. Hoc eodem remedio sanatum esse sanctum Ignatium, Societatis IESV Institutorem egregium, tradunt Scriptores.

Iodoc. Demohodert. in Paræneſ.

Petrus Ribad. & Petrus Maff. in Vita.

Hoc subiectionis remedium est tantæ efficacitatis, vt valeat ad quamcumque scrupuli speciem omnino curandam, tam eam quæ ex naturæ temperamento, quàm quæ ex diaboli tentatione originem trahit. Hæ duæ sunt præcipuæ origines scrupulorum. Prima est temperamentum melancholicum; quia melãcholia frigiditate humorum constat, ideoque timorem fouet, & ad apprehensionem futuri mali disponit imaginationem. Ad quam temperamenti causam reducitur læsio alicuius sensus interni. Alia item est diaboli astutia; quia sicut diabolus osor est humanæ tranquillitatis, ita conatur animum perturbare an-

Scrupulorũ cauſæ duæ præcipuæ.

Scrupulos nutrit diabolus.

xietatibus ac timoribus, ne queat Deo seruire hilariter. qui præsertim solet hoc vitio detinere & affligere indoctiores & ignaros. Sicut ignorantia est origo omnium ferè errorum, ita eadem ignorantia vtitur diabolus ad huiusmodi animos decipiendos, suggerens timorem peccati, vbi non est timor. Quisquis cupit se ab istis afflictionibus expedire, subiiciat se ex animo viro docto, moderatori animæ suæ, cui plenè credat. hoc modo neque melancholia, quæ iudicium occupare solet, nec dæmonis astutia & importunitas, nec ignorantia quidquam obtinebit. Melancholici sunt similes illis, qui aut febri phrenetica aut alio morbo caput infestante laborant. Sicut infirmi isti, vt citiùs sanentur, obediunt, etiam inuiti, Medicis ac familiaribus qui assistunt; ita & illi à scrupulis sanabuntur, si obedient & acquiescent suo Doctori. Si minùs isti statuant, aut sponte aut inuiti huic acquiescere remedio, sicuti, ob melancholiæ conditionem, erunt ad proprij sensus, quamuis erronei, firmitatem tenaciùs tenendam paratiores; ita facillimè ad eam animi deuenient obstinationem, quæ istius generis ægritudinis semper fuit comes indiuidua, & ipsam ægritudinem reddit molestiorem atque difficiliorem. Diabolus etiam subiectionis inimicus longissimè aufugiet, si cognoscet semel aliquem ex animo obedire alterius voluntati. Indocti etiam prudenter se gerunt, dum prudentis sequuntur iudicium. Qui huiusmodi infirmos curandos suscipiunt, numquam permittere aut concedere debent illis repetere quod asserunt malè pronuntiatum, vel sine attentione expletum: potissima enim aptissimaque huius morbi medicina est oppositio

Scrupulorum Medici quid obseruare debeant.

positio & pugna aduersus scrupulum. Nec sunt audiendi dicentes, se timere vel non recitasse, vel non attendisse, nisi tam certi sint de defectu quem asserunt, vt iuramento possint illum affirmare.

Prætereà spirituales Medici debent dubia istorum semper per epieikeiam in mitiorem partem interpretari, & illos suauiter inducere ad vsum huius virtutis, quæ propriè est æquitas seu benigna Iuris interpretatio, qua potest homo benignè intelligere ius & præceptum de diuini Officij tum integritate, tum attentione. Vtile est scire, quòd quando quis verba legis transgreditur non ex contemptu, sed per epieikeiam, quæ ex circumstantia aliqua mentem Legislatoris interpretetur in partem benigniorem, non peccat, vti ait diuus Thomas, quem sequuntur omnes Iuristæ. Quæ epieikeia extenditur etiam ad euentum illum, quando quis legem non seruaret, vt pro stulto non habeatur, cuiusmodi possunt facilè iudicari qui scrupulis assentiuntur : aut quando quis in rebus dubiis secundùm communem bonorum vsum seruat legem latam, quemadmodum appositè docet sapientissimus Nauarrus. Has regulas debet optimè callere Medicus scrupulosorum, tum vt eos ratione conuincat, tum etiam vt securiùs valeat illis se opponere, non consentiens eorum voluntati, quando facultatem postulant repetendi sub variis, quos afferre solent, prætextibus & rationibus.

Epieikeia virtus quid sit.

D. Thom. 2.2. q. 220. art. 1.

L. Benignius. ff. de Leg.

Nauarrus cap. 27. nu. 284.

CAPVT XI.

De defectibus in modulatione Ecclesiastica occurrentibus.

Cantus Ecclesiasticus non reprehendendus.

ABVSVS varij & multiplices in Ecclesiasticis modulationibus introducti causam præbuerunt multis querelis à viris sapientibus Deiq; zelum habentibus editis, non vt absolutè vituperent musicos cantus in Ecclesia, quemadmodum hæretici aliqui oppugnant, tamquam illicitos, sed vt reprehendant quorumdam abusus, qui, Dei timore sepositio, miscere non verentur sacris profana. Præcipuos itaque abusus expedit hoc loco commonere, vt caueantur.

Cantus Ecclesiastici abusus.

Grauior abusus est, quando modulationes adhibentur potiùs theatricæ quàm Ecclesiasticæ, quæ nimirum magis ad choreas & tragœdias, quàm ad pietatem & deuotionem, magisque ad scenas quàm ad domum Dei sunt aptæ, propter mollitiem affectuum quos repræsentãt. Dehisce mollibus modulationibus verum est, quòd sicut auditum ad se alliciunt, ita animum quemque seuerum & grauem emolliunt ac eneruant, cogitationes affectusque non tantùm vanos ac leues, sed turpes quandoque suscitando in animis audientium, quemadmodum & nouerunt & docuerunt etiam ipsi profani Auctores, iuxta illud Sulmonensis Poëtæ:

Cantus theatricus animum emollit.

Ouid. de Remedio amoris.

Eneruant animos citharæ cantusq́; lyraque,
Et vox, & numeris brachia mota suis.

Cantus vis circa animi affectus.

Tantam vim inesse musicis concentibus & ratio & experientia docet, ad animos mortalium alliciendos

ciendos & commouendos, vt affectus cantui omnino similes in homine suscitent. Si cantus vehemens & concitatus est, concitet animum, & ad bellica inflammet; si lætus, exhilaret atq; demulceat; si mollis, emolliat animum; si etiam femineus, non poterit non femineos reddere etiam viros seueros & graues. Hinc D. Hieronymus ad Furiam scribens, inter alia vtilia monita illud in primis exhibet, vt caueat à feminarum cantu, vocans illum cantum diaboli, & sirenarum mortiferum concentum. Id puto intelligendum, quando à feminis cantantur verba vana & cantica profana; non autem quando in choro cantantur abistis Psalmi, vel aliæ sacræ graueſque modulationes, quemadmodum à deuotis Sãctimonialibus vsurpantur tempore diuinorum Officiorum, ex antiqua laudabili consuetudine in Ecclesia Catholica vsu recepta. Nam modulationibus mollibus si aliquando adhibentur, profanari diuina Officia nemo negabit, non sine graui culpa tum musicorum, tum etiam musicos aduocantiũ, si scienter hi permittant vanas turpesque compositiones, siue cantu siue sonis, in Ecclesia adhiberi.

D. Hieron. Ep. ad Furiam.

Feminarum cantus vitandus.

Declarat appositè ad hanc rem Cardinalis Caietanus, quot modis peccare contingat in vsu huiusmodi modulationum vanarum. Si adhibeantur, aut permittantur istæ vanæ modulationes in diuinis Officiis cum formali intentione eas adhibendi, culpa grauis committeretur, quæ dicetur peccatum superstitionis; quia istæ vanitates contrariæ sunt directè diuino cultui, cui debetur deuotio, at illæ prouocant saltem ad vanitatem, aliquando etiam ad malum. Deinde, quia huiusmodi cantores dici quodam modo possunt falsarij

Caiet. ad 2.2.q.91. art.1.

Cantantes profana dici possunt falsarij.

in diuino cultu, dum miſcent diuino cultui nomine Eccleſiæ expleto, quod minimè ab Eccleſia intenditur. quod tamquam grauem culpam Deus grauiſſimis pœnis vltus eſt. Adducit Caietanus vltionem illam tam ſeueram contra filios Aaron immiſſam, quando, erumpente igne ex Altari diuino, conſumpti penitus ſunt coram ipſo Domino; quia ignem profanum & laicum adhibere nó ſunt veriti in adolendo thymiamate. Iis ſimiles ſunt qui cantant vana in diuinis Officijs; adhibent enim ignem alienum & profanum, nimirum carnis & mundi, in Sacrificio diuino, quod eſt maximũ nefas. Nam veluti ignis profanus flammas turpis concupiſcentiæ accendunt cantus profani, vel ſaltem accendere apti ſunt in animis audientium.

Leuit. 10.

In cantantes profana vltio Dei.

Nec poſſunt excuſari, qui dicunt, poſſe adhiberi vanas modulationes tantummodò ad conſonantiam, quam vulgò dicunt aërem, amotis verbis profanis, conformata illa conſonantia verbis diuinis. Nam etiam ſi ex genere ſuo hæc conformatio nullum poſſit eſſe peccatum, quia ex natura ſua talis conſonantia eſt indifferens ad ſignificanda ſacra & profana, & ad vtraque poteſt referri & applicari; nihilominùs praxis oſtendit, ſemper coniungi iſtiuſmodi modulationibus aliquam circumſtantiam aut effectum, quæ reddunt vitiatam actionem. Sæpè tales conſonantiæ ſunt prouocatiuæ ad malum, præſertim ſi ab aliquo intelligantur, & credantur à muſicis adhibitæ ad hunc finem prouocandi audientes ad vanos & profanos affectus; hac namque poſita circumſtantia, ſemper peccatum intercederet lethale, aut veniale, pro ratione prouocationis.

Cantorum excuſationes reijciuntur.

Alter

Alter defectus est ratione intentionis & finis ad quem diriguntur modulationes, si nimirum solius delectationis gratia quærantur, & adhibeantur, vt concursus & frequentia maior populorum ad Ecclesiam acquiratur. Magnus abusus est iste. Tunc non attenditur pietatis excitatio, & honor Dei, qui debet esse finis omnis cultus ab Ecclesia adhibiti, sed delectatio audientium; qui finis valdè contrarius est cultui diuino. Nam trahuntur laici ad Ecclesiã, non vt meliùs colant Deum, sed vt concentum audientes, temporis horas cum delectatione fallant, & eludant. Sicut isti laici culpam contrahunt iuxta delectationis quam intendunt qualitatem; ita similes efficiuntur illis Babyloniis, qui sibi, id est ad solam delectationem, non verò ad pietatis excitationem, cantari poscebant ab Israëlitis captiuis Hymnos Hebraicos: *Hymnum cantate nobis de Canticis Sion.* Vbi obseruat opportunè Lorinus, quòd non dixerint, *Cantate Deo*, sed *nobis*; in qua dictione consistit culpa digna reprehensione. Quod in illis reprehendimus, in nobis etiam aliquando reperitur, quod non sine animi dolore dico. Laici ad Templa conueniunt magis allecti à musicis concentibus, quàm à desiderio laudandi & colendi Deum, vel audiendi eius laudes. Si vox aliqua concinna, aut sonus peregrinus maximæ suauitatis sit audiendus in aliquo Templo, magnus fit omnium ordinum concursus & occursus: si nulla adsit melodia, licet statio fiat, vel Sermo habeatur, vel grauis & pius adhibeatur cantus, pauci conueniunt. Non erit abs re nostra, antequam à citato nuper Psalmo discedamus, aliam addere obseruationem; nempe, quòd qui profanas adhibent,

Error eorum qui musicos conducunt, vt concursum populi obtineant.

Psal. 136.

hibent, aut etiam qui admittunt modulationes in Templo Dei, sunt longè dissimiles piis illis Hebræis, qui à prædictis Babyloniis requisiti, vt Cantica Domini ad ipsorum delectationem vsurparent, strenuè responderunt, *Quomodo cantabimus Canticum Domini in terra aliena?* nolentes Sacros Hymnos gentilibus profanis exhibere. Psal. 136. Isti autem, vt carnalium aurium indulgeant voluntati & voluptati, verba sacra profanis modulationibus adulterata quærunt, & exhibent. Sicut auditorum animos non ad sacra verba, sed ad modulationis alliciunt suauitatē, ita in Domum Dei (ait tam verè quàm piè Cardinalis Bellarmi- Bellarm. in Psalm. 136 nus) canticum inferunt Babyloniæ. Grauiùs peccare contingit Ecclesiarum Rectores, qui ad hunc finem obsequendi laicorum genio modulationes adhibent opportunas; imò, quod magis deplorandum est, magno studio perquirunt excellentiores peritioresque musicos, nec pecuniæ parcunt, vt eos ex longinquis conducant regionibus.

Quot hisce temporibus reperiuntur Ecclesiarum Rectores, qui, modò videant Templa frequentibus populis, maximè nobilibus primariisque vtriusq; sexus personis, plena, se putant aliis diligentiores, intenti tantummodò ad conducendos peritiores suauioresq; cantores; nihil autem attendentes, cuiusnam illi sint vitæ & morum conditionis, nec quas modulationes adhibere velint. Non sine causa exclamat in huiusmodi rem eruditissimus piissimusq; Guilielmus Durantus his verbis: *Verùm hodie, dolenter refero, in Ecclesijs musici, qui cantorum vice funguntur, hominum omnium dissolutissimi sunt, adeò vt adagium populo dederint: Musicè viuere, hoc est dissolutè & effeminatè.*

Mores musicorum attendendi.

Guiliel. Dur. l. 3. de Rit. c. 21.

minatè. Non idcircò reprehenduntur pij musici, qui vita simul & voce Deum laudant, sed qui intemperatam traducunt vitam, quos non deberent conducere pij Rectores Ecclesiarum. Vtinam non aliquando omitterentur meliores occupationes, cuiusmodi sunt prædicationes verbi Dei, vt explendis modulationibus totus ac liber relinquatur locus & spatium ad animum auditorum delectandum. Deflebat aliquando D. Augustinus se præsentem fuisse huius generis modulationibus, quæ potiùs animum delectarent quàm commouerent ad pietatem, & magno humilitatis sensu dicebat : *Cùm mihi accidit, vt me amplius cantus, quàm res quæ cantatur, moueat, pœnaliter me peccare confiteor, & tamen mallem me non audire cantantem.* Qui hæc verba profert, idem ille est, qui asseruerat, se ex musicis Hymnodiis commotum aliàs esse ad compunctionem & fletum, ita vt non valeret continere lacrymas; nunc autem luget, quia se abstractum à Deo cognouerit & à pietate. Vnde, quæso, in Augustino hæc diuersitas effectuum ? non quidem ex diuersitate audientis, qui idem erat non tantùm quoad substantiam, sed etiam quoad voluntatem erga Deum. Tota diuersitas oriebatur ex conditione cantus. Cantus graues & pij compunctionem lacrymasque ciebant, cantus verò molles & leues, solam delectationem respicientes, animum abstrahebant à rebus cantatis.

Musicus cantus solam delectationem intendens cauendus. D. Aug. l. 10. Conf. cap. 33.

Cantus grauis lacrymas prouocat.

Quia diximus nonnullos abuti musicis cantibus, non erit idcircò minùs laudandus musicus cantus in Dei Ecclesia, quamuis inde vel propria ipsorum cantantium aut aliorum, nempe auditorum, emergat ruina. Hic effectus nec Hymno-

diæ, nec musicæ modulationi, nec Ecclesiæ intentioni est tribuendus, sed prauæ cantantium & psallentium conditioni. Appositè ad rem hanc proloquebatur D. Thomas dum illa verba Apostoli Pauli expenderet, *loquentes vobismetipsis in Psalmis, Hymnis, & Canticis spiritualibus, cantantes*, &c. dicens: *Si ex hoc aliquis commouetur ad dissolutionem, vel in gloriam inanem, hoc est contra intentionem Ecclesiæ.* quasi asserat, id esse adscribendum vitio cantantium, non rei cantatæ, nec menti Ecclesiæ cantum approbantis. Quare omnis affectus, siue bonus siue malus, ex cantu haustus ortum habet vt plurimùm ex conditione cantoris. Si quis cantet ad sui ipsius aut aliorum delectationem, is procul dubiò & se ipsum & alios abstrahet ab vtili consideratione eorum quæ cantantur. Qui cantat ex deuotione res deuotas, is attentior erit verbis à se prolatis, meliusque degustabit, ac degustare faciet spiritum in verbis decantatis latentem.

Ephes. 5.

Magnam sibi parant Dei iram, qui in Ecclesijs vsurpant modulationes profanas, & qui ad finem cantant profanum. Deus vlciscetur hanc grauem iniuriam sibi Domuiq; suæ illatam. Sibi quidem, quia nō colitur, sed spernitur à vilibus homūcionibus. Domui itē suæ, quæ domus orationis esse debet & deuotionis, non vanitatis, & leuitatis & profanitatis. Non relinquit Deus impunitos huiusmodi excessus & abusus, siue in hac siue in futura vita eos vindicans opportunè. Euentus duos hoc loco referam, quorum alter ad præsentē vitā, alter ad vtramque spectat. De quodam Monacho Cistertiēsis familiæ scribunt Historiæ, quòd cùm esset dono suauissimæ vocis ornatus, nec dignare-

Cantores vanos punit Deus.

tur

ur illam vſurpare quotidianis Hymnodiis, quia non Dei cultum, ſed propriã quærebat gloriã; diebus tantùm ſolemnioribus ſtatuerat cantare Reſponſoria & Verſiculos ob vanitatem. Deus declarare volens huic decepto Monacho, quòd non ſibi, ſed diabolo cantaret, hanc viſionem oſtendit alteri Monacho. Quadam ſolemnitate cùm Reſponſorium ſibi deputatum cantaret maxima vocis laſciuia, putans ſe valdè placere audientibus, ecce dæmon apparuit in figura pueri nigri & terribilis, qui manibus plaudens, & miro modo cachinnãs dicebat: O, ô, ô, benè cantauit, optimè cantatum eſt! En ad quem dirigatur ſuauitas canentium ob ſolam delectationem, nempe ad diabolum applaudentem. Specul. Exempl. verbo *Cantus.*

Acerbior euentus accidit alteri Religioſo Ordinis S. Benedicti, qui in monte Caſſino degens vocis ſuæ ſuauitate valdè gloriabatur. Hic cùm in Sabbato maioris Hebdomadæ, Diaconi vices agens ad Cerei benedictionem, adeò laſciuiret ſua voce, vt omnes traheret in admirationem, vix expleto præconio vltio diuina ſtatim affuit; nam inde viſibiliter ablatus eſt, ſed à quo, & in quem locum fuerit tranſlatus, neſcitur. Ex conditione vitæ ipſius timetur, ait Scriptor, quòd raptus fuerit potiùs ad pœnam luendam elationis, quàm ad præmium deuotionis. Supponit tamquam rem notam toti Monaſterio, quòd ſicut fuerat muſicus ſuauis & blandus, ita mores habuerit molles & irreligioſos, afferens ad confirmationem ſui dicti ſententiam diui Gregorij dicentis: *Cùm blanda vox quæritur, vita ſobria deſeritur.* Caueant ſibi cantores nimis profana amantes, ſi præſertim Religioſi ſint. Caueantur abuſus omnes, Cæſar. l. 4. cap. 8. *Cantantis vani pœna ſeuera.*

nes, tunc musica erit opportuna, & grata Deo, & piis personis.

Vtinam in Ecclesia Dei renouaretur praxis illius Decreti Aquisgranensis, quo describuntur optimorum musicorum conditiones, qui in Ecclesia Dei apti sint diuinas decantare laudes: *Tales ad cantandum & psallendum in Ecclesiis constituantur, quorum mens cum voce concordet, vt impleatur illud* 1. *Corinth.* 14. *Psallam spiritu, psallam & mente. Tales item eligantur, qui non superbè, sed humiliter & sapienter debitas omnino laudes persoluant, & suauitate lectionis ac melodiæ doctos demulceant, & minùs doctos erudiant; potiusque exoptent in lectione vel cantu populi ædificationem, quàm popularem vanissimam adulationem.* Hoc modo rectè procederent musicæ modulationes, & Deus valdè illis delectaretur, & populi ad maiorem excitarentur deuotionem, & ab Ecclesiis arceretur omnis vanitas & leuitas, quæ graui Decreto nouissimè à Patribus Concilij Tridentini iubetur eliminanda, illis verbis ad Antistites directis: *Ab Ecclesiis verò musicas eas, vbi, siue organo siue cantu, lasciuum aut impurum aliquid miscetur, arceant.* Quod Decretum non tantùm intelligi debet circa Missæ Sacrificium, sed circa diuina quæcumque Officia, seu Hymnodiam, tam in Matutinis quàm in Vespertinis Horis; quia in omnibus militat eadem ratio allata à Patribus Concilij, nimirum, vt *Domus Dei verè Domus orationis esse videatur, ac dici possit.*

Musicorum conditiones bonæ quæ.

Trident. Sess. 22.

Non desunt hac ætate viri diuino æstuantes zelo, qui nullo patiuntur modo in Ecclesiis modulationes vanitatem leuitatemque redolentes. Ad quam rem testari nobis licet, quod nouimus ac-

cidisse

cidisse Neapoliono Comitolo Episcopo Perusino, viro miræ grauitatis, doctrinæ, probitatis & zeli. Hic superioribus annis, dum in humanis viueret, ad quorumdam Regularium virorum Ecclesiam, vbi publicæ habebantur orationes, accedens, hilari fuit organorum sonantium modulatione exceptus. Dum positis genibus se ad orationem venerabilis vir composuisset, aggressus est qui organa pulsabat festiuam quamdam harmoniam, putans fortè tum adstantibus delectationem, tum sibimet applausum se allaturum. At sanctus Episcopus, qui concentus cognouit theatricam qualitatem, vocans ad se Ecclesiæ Rectorem, opportuna vultus seueritate dixit: *Inuitastis me ad orationem, an ad choreas? silentium indicite organo, aut concentus mutationem; Ecclesiam Dei non decent huiusmodi modulationes.* Noluit Apostolicus vir pati prosecutionem illius iam cœpti concentus, tum ne videretur sua præsentia approbare, quod cognoscebat loci & muneris sanctitatem dedecere; tum vt huius euentus notitia ceteris Ecclesiis suæ Diœcesis, tam subditis quàm exemptis, formam præberet grauitatis Ecclesiasticis concentibus debitæ, iuxta sacri Tridentini Concilij grauia Decreta.

Diuini integritas Officij quomodo violetur occasione musicorum.

Cauendum est, ne, harum modulationum occasione, integritas diuini violetur Officij; quemadmodum eueniret, si, dum alternatim explentur diuina Officia, nimirum à choro Ecclesiasticorum ex vna parte, & à choro musicorum ex alia, pars aliqua diuini Officij vel voce non exprimeretur, vel in aliam compositionem mutaretur. Accidit non semel, quòd Versiculi Psalmorum, qui reddi deberent à choro musicorum, non

non voce, sed vel organo solo, vel solis aliis instrumentis reddantur. Quo euentu, vt seruetur integritas, debent ij Versiculi per vnum vel duos de choro voce congrua, quæ ab omnibus exaudiri queat, pronuntiari; nam alioquin medietas Psalmorum omitteretur. Contingit quandoque à musicis mutari Hymni cantum in aliam compositionem suauiorem, ad arbitrium. Quo euentu, qui sunt in choro Ecclesiastici debent Hymnum ab Ecclesia præscriptum omnino supplere. A nonnullis denique omittuntur aliquando vnus vel plures Psalmi, ob eamdem causam, scilicet inserendi festiuioribus aliis aut instrumentorum aut vocum symphoniis. Hoc omnino repugnat formæ diuino Officio ab Ecclesia præstitæ, quam nefas est mutare, vti sumus mox dicturi.

CAPVT XII.

De defectibus circa formam diuini Officij.

Canonicarum precum dignitas, & sanctitas.

FORMA diuinarum laudum, quam in Horis adhibemus Canonicis, tantæ est dignitatis ac sanctitatis, vt nefas sit illam aut mutare, aut minuere, aut quoquomodo violare. Dignitas & sanctitas huius facilè comprobatur ex omnibus illis Capitibus, quæ primo Libro descripta sunt, circa præstantiam & effectus harum laudum; quia nimirum à Spiritu sancto, qui Sponsus est Ecclesiæ, est dictata: quæ autem à Spiritu sancto sunt, alta sunt & sancta. Deinde, quia sublimia Religionis nostræ mysteria complectitur, vt sanctissimæ

ctissimæ Trinitatis, Dominicæ incarnationis, vitæ, passionis, mortis, Resurrectionis, & iudiciariæ potestatis. Prætereà quia comprehendit religiosissimos actus, quos erga Deum exercere debemus, fidei, spei, caritatis, adorationis, submissionis, laudationis, gratiarum actionis. Insuper, quia offert verba & sententias aptissimas ad omne bonum obtinendum, & ad omne malum auertendum. Vlteriùs, quia intentio Ecclesiæ, in huius formæ præscriptione & vsu, est altissima & sanctissima. Tandem, quia ab eadem Ecclesia graui præcepto iubetur, vt non liceat sine culpa illam violare, præsertim post editam Pij V. constitutionem, quæ ritum præscribit Officio diuino.

Integritas igitur huius formæ seruanda est, ita vt nemo sciens prudénsve omittat aut totum Officium, aut aliquam Horam, aut eiusdem partem, ne culpam contrahat vel mortalem, vel venialem, magis minúsve grauem pro qualitate tum omissionis, tum omittentis: nam etiam omittentis conditio sicut augere potest obligationem recitationis, ita etiam poterit aggrauare violationem. Si omittens est in sacris constitutus Ordinibus, & etiam beneficiatus, grauiùs certè delinquit quàm simplex Clericus tantummodò beneficiatus: ita & Sacerdos Religionem professus magis delinquere censebitur quàm Sacerdos simplex. Qui item plura beneficia possidet, magis peccat quàm vnum tantùm possidens. Ad eiusdem formæ conseruationem spectat ordo constitutus Horis Canonicis, ita vt nemini liceat, sine causa rationabili, hunc ordinem interuertere siue Horarum, siue Psalmorum. Si aut obliuio aut

Recitantis conditio obligationem augere potest.

Horarum & Psalmorum ordo seruandus in recitatione Officij diuini.

aut causa cogeret ordinem mutare, ita vt posterior Hora dicatur ante expletam priorem ; aut quis Psalmum Lectionemque posteriores dicat ante priores, tunc peracto officio debet supplere prætermissa. Imò si aliquis, ex mala consuetudine contracta, solitus esset hunc ordinem scienter interuertere absque causa, non excusaretur à lethali noxa, quia grauiter derogat ordini ab Ecclesia constituto, & obseruato.

Syncopatio vitanda.

Vitiari contingit huius formæ integritatem variis modis. Primò verborum syncopatione, quando nimirum verba absorbentur, mutilantur, & truncatim proferuntur; quemadmodum, non sine audientium offensione, euenire conspicitur in multis Ecclesiis tam Canonicorũ quàm Regularium, ob nimiam recitantium festinationem, qui neque seipsos intelligunt. Huiusmodi syncopatio si est notabilis, quia accidit Officio publico, lethalem noxam habet coniunctam, quia violatur præceptum in re graui. Quando præscribitur à Iure, vt diuinum celebretur Officium studiosè, explicauit Glossa intelligendum esse absque syncopa, & absque mutilatione. Quæ culpæ grauitas excusaretur, si abusus & excessus non esset magni momenti. Imò omnis culpa excusaretur, si inuoluntaria foret syncopatio, vti accidit linguam habentibus aliquo impedimento detentam, nimirum aut naturali balbutie, aut præcipitantia, aut etiam inolita consuetudine, quæ studio corrigi emendarive nequeat. Vitiatur etiam interruptione, dum quis inter recitandum interponit aut actiones, aut sermones ad ipsum Officium nihil spectantes, nec saluti spirituali aut corporali, nec item vtilitati aut proximi aut ipsius psallentis

C. *Dolẽtes.* De celebr. Missæ.

Studiosè recitandum Officium diuinum.

psallentis necessarios. Vnitas vniuscuiusque Horæ sicut pertinet ad solemnem ritum, & ad formam ab Ecclesia præscriptam, ita seruanda est iuxta præscriptionem, alioquin culpa contrahitur maior minórve, iuxta quantitatem interruptionis. Ad quam iudicandam, an magna sit vel modica, expendi debent qualitates Horæ tunc temporis recitatæ. Sicut non omnes Horæ sunt æqualis formæ, sed vna est altera longior, ita maior requiretur interruptio in longiori Hora, veluti in Matutinis, quàm in breuiori, veluti Tertia, Sexta, Nona. Et ne integritas maneat violata, in omnibus hisce casibus supplenda sunt quæ fuerunt interrupta. Non decet tamen statim supplere in ipsa Officij recitatione, nisi tam modica esset omissio, vt posset commodè suppleri absque aliorum offensione, & eius dilatio in finem Officij periculum afferre posset obliuionis. Melius semper censetur, supplere omissiones post Horam expletam, quia omnis sibilatio & mussitatio, quamuis leuis, offendit socios vicinos.

Omissiones in diuino Officio quomodo, & quando supplendæ.

Numquam dicenda erit violata huiusmodi integritas ex modica aliqua omissione siue partis, siue etiam integri versiculi, quando ea euenit ex naturæ aliqua necessaria occasione; qualis esset tussis importuna, aut excreatus, aut sternutatio, quæ nec impediri, nec differri commodè possunt. Expleta naturæ necessitate, melius est inceptum prosequi cantum vnà cum aliis, quàm propriæ consulere satisfactioni, submissè repetendo omissa, non sine circumstantium offensione, quemadmodũ quidam plus iusto timidi repetere volunt.

Si interruptiones acciderent ex causa ad ipsum Officium diuinum pertinente, vti quando minis-

Omissiones ratione Officij occurrentes an supplendæ. Molfes. Tractat. 5. de Hor. Can. c. 2. nu. 21.

stri celebranti solemniter deseruire debent, vel lumina ab Altari allaturi sunt, vel incensum è sacristia desumpturi, vel ad Altare procedunt, tunc nulla contrahitur culpa ob has interruptiones: imò, secundùm aliquos Doctores, isti non tenentur supplere quod omittunt, dum in rebus ad Officium diuinum necessariis occupantur; quia illa occupatio supplet loco Officij non auditi, dum ministrant solemnitati recitantium. Quæ sententia sicut videtur rationi conformis, ita deseruire potest timidioribus, ne abstineant à necessariis muniis ad chorum spectantibus, ob timorem peccati. Nihilominùs consultius est, in fine chori supplere quod omissum sit, præsertim si pars omissa sit notabilis, vti appositè monuit Nauarrus, vt integritas formæ seruetur.

Nauar. de Orat. c. 10.

Interruptiones non admittendæ ob quãlibet causam.

Quamuis dari possint causæ legitimæ, quæ excusent à culpa quasdam diuini Officij interruptiones, præsertim non graues, qualis esse potest vtilitas aut spiritualis, aut etiam ciuilis seu corporalis proximi, quemadmodum obseruauimus fieri à viris tum doctrina tum religione insignibus, qui è choro exeunt, vt vocantibus laicis respondeant; iisque dimissis, iterùm ad chorum redeunt, prosequentes recitationem cum aliis, supplentes deinde, expleto Officio, quod omiserunt tempore absentiæ: nihilominùs, si necessitas non vrgeat, laudabilius est, Deo in primis vacare, deinde laicis etiam maximè nobilibus respondere. Huius rei insigne exemplũ reliquit posteris sanctus Ludgerus Episcopus Monasteriensis, qui accersitus à Carolo Magno Imperatore, ob grauia Reipublicæ negotia, dum hic cum suis familiaribus diuinum recitaret Officium, licet

Surius 26. Martij.

ter

ter fuisset per primarios Palatij viros sollicitè vocatus, noluit tamen nisi consummatis Horis adire Imperatorem, diuinum opus cunctis aliis negotiis anteponendum cognoscens. Indignatus Imperator conquestus est de hac mora. Episcopus deuotus hanc obtulit excusationem: *Iustissima discretionis regulam secutus, Deum tibi & cunctis in terra mortalibus præferendum censeo, ideò non ob Imperatoriæ maiestatis contemptum, vti maleuoli criminantur, sed potiùs propter tuam salutem, quæ Deo debebam priùs exoluere curaui, expeditior effectus ad ea quæ mihi à te mandabuntur.* Hanc responsionem Christianissimus Imperator admirans ait: *Gratias habeo, Episcope, quia qualem te esse credidi semper, talem te nunc esse expertus sum. Tu, vt hactenus feci sti, Dei semper exequere voluntatem, & simul nobis deuotus & fidelis, pro nostri Imperij statu orare memento.* Hic sanctus vir exemplum dignum reliquit omnibus Ecclesiasticis circa modum prosequendi laudes Dei inceptas, nec eas facilè interrumpendi ob sæcularia negotia, neque propter potentiam aut reuerentiam Magnatum, cùm maior sit dignitas Dei, quem tunc alloquuntur, quàm omnes terrenæ potestates; nec propter timorem amittendi gratiam siue istorum siue quorumcumque amicorum, qui imò coguntur vehementiùs amare & æstimare eos, qui Deo tanta seruiunt fidelitate. Audiant hoc exemplum qui lìbenter è choro discedunt, vt laicorum negotia expediant. Vtinam quidam non reperiantur, qui negotiorum occasiones quærant, vel etiam data opera differant negotiorum expeditionem ad tempus diuini Officij, vt euocentur à choro.

Officium diuinum non omittendum propter Principum negotia.

Dei opus præferendum ceteris negotiis.

Violatur tandem forma diuini Officij, quando quis commutaret sine iusta causa Horas vnius diei in alias alterius diei. Si quis Officium Feriæ quintæ vel Dominicæ commutaret in Officium Feriæ tertiæ, quia breuius sit, id est violare legem latam à Pio V. in re graui. Nam si culpa grauis est omittere partem alicuius Horæ notabilem, vt quando quis tertiam aut quartam Matutini partem omitteret; ita etiam culpa grauis dicenda est, quando quis integras Laudes Matutinas commutaret in breuiores alterius diei, quia non soluit integrum pensum illi diei debitum, sed potiùs tantummodò partem illius. A qua culpa excusari possunt, qui per obliuionem, aut ignorantiam, aut errorem, aut inaduertentiam in ordinando Officio diei ad hanc deuenirent mutationem. Quemadmodum si non rectè aspicientes Kalendarium, putassent eo die esse aliquam festiuitatem, cùm esset Feria; vel Feriam crederent, cùm esset festiuitas. In his euentibus bona fides excusat; tuncque valet illud vulgatum proloquium: *Officium pro Officio supplet*. Alias causas à Doctoribus admissas ad tolerandã aliquam Officij mutationem, eam præsertim, quando quis ex deuotione per aliquam tantùm vicem mutaret Officium de Feria in Officium Sancti eo die occurrentis, de quo Ecclesia non celebrat; has, inquam, causas non admitterem in publica recitatione Officij quæ in choro expletur: maior enim extat imposita obligatio communi & publicæ recitationi quàm priuatæ, circa rituum Ecclesiæ obseruationem; sicuti & Decreta Summorum Pontificum, circa tempora, locum & modum psallendi tradita, diriguntur ad psallentes publicè

Commutatio Officij illicita.

Nauarrus cap. 19. de Orat.

De Cõsecr. Dist. 5. cap. *Conuenit.*

cè in Ecclesia. Nec libertas, quantum ad tempus, locum & modum recitandi concessa priuatis personis, ad publicam in choro recitationem extendi debet: imò in ipsa priuata recitatione locum nequit ampliùs habere ista præcitata doctrina, concedens, deuotionis causa, mutationem Officij, cùm id nuper fuerit graui sacræ Rituum Cogregationis Decreto, auctoritate summi Pontificis Vrbani VIII. edito, omnino prohibitum; sublata etiam Episcopis facultate, quidquam in Romano Breuiario circa Officij qualitatem mutandi ex quacumque causa, inconsulto Romano Pontifice. Quare neque in choro, neque priuatè quis poterit in posterum, siue ex deuotione, siue ex alia simili causa, mutare Officij diuini qualitatem siue formam præscriptam in Romano Breuiario, alioquin recitationis obligationi minimè satisfaceret, vt distinctè cauetur in dicto Decreto.

Illam tamen censent docti & pij viri causam legitimam mutandi, etiam quoad chorum, aliquas diuini Officij horas, quando quis extra chorum recitare incepisset Officium vnius qualitatis, iuxta ritum in Kalendario descriptum, & ad chorum accedens, inueniret, ab aliis tunc fieri Officium siue Dedicationis Templi, siue Reliquiæ in ea Ecclesia existentis; nam eo euentu licitè poterit iste explere reliquum Officium iuxta chori ritum, nec huiusmodi mutatio dicenda esset vitiosa.

Huius formæ conseruationi maximè deseruit studium conformandi se toti Ecclesiæ; ita vt, quantum fieri possit, vbique seruetur eadem forma, nec ob quamlibet causam facilè mutetur,

ſicuti aliquando in multis diœceſibus, ad faciliorem recitantium commoditatem, accidere ſolet, non ſine graui offenſione pulchritudinis & decoris Eccleſiaſticæ Hierarchiæ. Conſpicere nobis contigit apud nonnullas Septemtrionalis regionis vrbes, ab Eccleſiaſticis, ex quorumdam Prælatorum ſiue incuria ſiue culpabili conniuentia, ad indulgendum aut ipſorum pſallentium, aut laicorum conuenientium, Magnatum præſertim, genio, tum Veſperarum, tum Matutini Officium trium tantummodò Pſalmorum cantu abſolui, quamuis ibidem Romanum Breuiarium, auctoritate Pij V. ſummi Pontificis recognitum & approbatum, ſit in vſu. Vigilare debent omnes Epiſcopi, & alij Prælati Ordinarij, vt ſi qui ſunt introducti abuſus circa hanc formæ variationem, vel quia mutata ſint Officia Feriarum in alia Sanctorum feſtiua, occaſione ſumpta ex quolibet Altari vel beneficio in Diœceſi exiſtentibus, vel quia mutilata ſint Officia ex pronitate hominum ad libertatem, prorſus tollantur, & ad formæ vnitatem cum tota Eccleſia reuocentur; vt Eccleſiæ vniuerſali, quæ eſt Sponſa Chriſti, ſua reddatur pulchritudo & venuſtas, quæ maximè elucet in conformitate & vnitate omnium rituum ad Dei cultum ſpectantium. Ad quam rem deſeruire maximè poterit vniuerſalis in omnibus Diœceſibus obſeruatio Rubricarum Romani Breuiarij. hoc modo omnes Eccleſiæ particulares erunt Romanæ Eccleſiæ, omnium matri, conformes. Si nihilominùs aliqua Eccleſia, aut Regularis Ordo, ex Summi Pontificis indulto, proprios ritus habere permittetur, in eo ſaltem conformitas vnitaſque elucebit, quòd ſicut ritus particulares

Eccleſiæ pulchritudo redditur venuſtior ex rituum vnitate.

particulares ab eodem vnico fonte (ab Ecclesia Romana) cognoscentur accepti, ita erunt ab omni leuitatis labe immunes. Experientia enim duce, coacti sumus videre haud paucas leuitates, meliùs forsan dixerim profanitates, in Officiis earum Ecclesiarum, quæ proprias sibi, inconsulta Roma, præscripsere Rubricas. Vidimus, vt quid peculiare de his leuitatibus significetur, in quibusdam solemnioribus festiuitatibus præscribi psallentibus potum ceruisiæ & vini, aliquando largiori aliquando parciori mensura, iuxta maiorem minorémve Officij solemnitatem, à Prælato tribuendum. Quare par est, vel omnimodam seruare rituum vnitatem, vel ad eam, quammaximè fieri potest, accedere; vt sicut vnus est Deus cui cultus exhibetur, ita vna sit colendi forma apud omnes vbique nationes & regiones, vbi vnus idemque colitur Deus, cui sit semper omnis honor & gloria.

CAPVT XIII.

Temporum inordinatio caueatur in diuino Officio.

PERFECTA ordinis ratio sicut tempora operationibus præscribit, ita eorumdem temporum obseruationem maximo studio tuetur, vt ipsæ operationes reddantur perfectiores. Inter conditiones viri iusti ab Hymnographo cognitas ac celebratas, illa est præcipua, vt temporum sit custos solertissimus; nam assimilatur arbori secus decursus aquarum plantatæ, quæ fructus suos reddit temporibus præscriptis: *Et erit tam-* Psal. 1.

Temporum obseruatio est maximi ponderis.

quam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Quia igitur Officium diuinum est fructus præcipuus eorum qui Deo colendo vacant ex Officio (iuxta illud diui Pauli Apostoli pronuntiatum: *Offeramus hostiam laudis semper Deo, id est fructum labiorum confitentium nomini eius.* vbi pensum diuinarum laudum fructum labiorum appellat) expedit omnem collocare curam, vt stata tempora cuique Horæ assignata mordicus seruentur, ob multas vtilitates inde prouenientes.

Hebr. 13.

Primò ex hac temporum obseruata distinctione melius ortum habet illa diuinarum laudum continuatio, quam asserüimus in Operis Præfatione, ita vt in terris nulla ferè temporis hora possit reperiri huiusmodi laudibus omnino vacua, siue per diem, siue per noctem. Præterea dæmonis artes faciliùs superantur. Ea est hostis nostri intentio astuta, vt, quando non potest aliquo facilè obtinere Officij diuini dimissionem, studeat saltem obtinere dilationem modò ad vnum, modò ad aliud tempus magis commodum, donec ad eas temporis angustias coniiciat, vt vel penitus omittatur recitatio, vel saltem, ob nimiam festinationem, malè expleatur. Huic tam nicæ astutiæ facilè resistunt, qui statis horis ad chorum accedunt, vel eidem tempori se accommodant, omni deposita occupatione, vt suæ satisfaciant obligationi.

Diaboli ars circa temporum obseruationem.

Qui has temporis ordinatas præscriptiones seruare non studet, potest sibi non mediocre afferre detrimentum; quia iustè priuabitur illis donis, quæ à Deo concedi solent ea qualitate temporis,

Vtilitates ex Horarum obseruatione.

poris, propter conditionem mysteriorum quæ vni magis tempori quàm alteri conueniunt. Ad huius rei maiorem expressionem afferam argumentum illius partis, quæ in Officio diuino dicitur Hora tertia, ex qua ad alias Officij partes poterit vnusquisque simile transferre argumentum, cùm omnes suum contineant peculiare mysterium. Ille ordo Psalmorum & orationum horæ diei tertiæ adscriptus tanta continet mysteria, vt à præcipuis Ecclesiæ Doctoribus semper in magna habitus fuerit veneratione, ob eam rationem; quia cognitum est, tempus illud orationis esse maximè opportunum ad obtinenda Spiritus sancti charismata: nam eadem hora Spiritus sanctus super nascentem Ecclesiam in linguis igneis largissimè effusus descendit, ad corda Apostolorum & discipulorum inflammanda. Hanc horam sanctus Basilius dicebat ab orantibus esse maxima diligentia frequentandam. Par est credere, quòd sicut Apostoli, cum discipulis & mulieribus & sanctissima Deipara Virgine in vnum orantes, fuerunt à Spiritu sancto repleti, ita paratus sit descendere super deuotos psallentes in choro eadem hora, quæ dicta est in Iure *Hora sacra*. Arbitror sic dictam esse ab effectu consecrationis Apostolorum per Spiritum sanctum in ipsos effusum, & paratum etiam aliis effundi. O felix hora, quæ felices reddere potest deuotè orantes, præsertim in vnum coactos, & vnitos. De hac aurea hora non dubitauit asserere Rupertus Abbas, quòd aduenies Spiritus sanctus in discipulos, non solùm eam sanctificauit, sed viuificis dedicauit mysteriis.

Spiritus sanctus hora tertia descendit super Ecclesiam. S. Basilius in Reg. fusiùs disp. inter. 37.

C. *Non liceat* Distinct. 44. *Hora tertia orationis dicitur aurea, & sacra.*

Quod assertum est de hac particulari hora,

idem asseri potest de aliis horis ad publicè orandum deputatis. singulas enim suum mysterium continere, semper docuit Ecclesia. Nec dubitandum est de mysterij assignatione, an qualitati precum, an tempori fuerit affixa: nam huic, non illi facilè conuincitur deberi; quia Hymnorum & precum tum numerus, tum qualitas singulis Horis posita non eamdem semper habuit formam, sed varias subiit mutationes ad temporum & ætatum mutationes. At tempora Horarum Canonicarum ab initio nascentis Ecclesiæ semper eadem fuerunt, tamquam tempora Hymnodiæ & orationi destinata. Id non obscurè colligunt Doctores ex testimonio sancti Lucæ, dum refert prodigiosum miraculum restitutæ sanitatis claudo iacenti ad portam Templi Ierosolymitani, quæ dicebatur Speciosa, à sanctis Apostolis Petro & Ioanne. Vt sanctus Historicus describeret temporis circumstantiã, ait tunc fuisse horam orationis nonam; quod idem sonat, ac si diceret, fuisse horam orationis, quæ erat nona. Qua forma dicendi duo innuuntur, nempe & tempus ipsum fuisse orationi consecratum, sicut etiam hodie existit; & alias quoque fuisse horas orationi assignatas, à quibus hæc discernitur ex nomine proprio.

Tempora orationibus assignata eadem sunt.

Qui sine causa has non seruant horas mysteriis sanctis refertas, peruertunt & confundunt, non sine graui iniuria, hierarchicum Ecclesiæ sanctæ ordinem, vt suis vel cupiditatibus vel commoditatibus inseruiant. quod sibi Deus displicere declarauit mira visione facta cuidam Monacho eremum habitanti. Huic, quando alimenta deficiebant, prouidebatur cibus ab Angelis, qui deferebant vuas ad eius sustentationem. Contingebat

Tempora præuenientes à Deo puniuntur.

Abbas. c. 1. de Celebr. Miss. ex Io. Andr.

gebat aliquando vuas esse perfectas, aliquando agrestes, aliquando putridas. Interrogatus Angelus, quæ esset diuersitatis causa, respondit, se portare bonas vuas, quando Officium debitis persoluebat horis; agrestes, quando tempus præueniebat; marcidas, quando vltra tempus differebat. Numquam deberent, nisi graui vrgente causa, statæ horæ commutari, ne mysteria in illis contenta confunderentur. Si necessitas aliqua aliud suaderet, tunc minus malum est præuenire, & anticipare, quàm differre, quemadmodum agrestes vuæ cælitus prouisæ ab Angelo declararunt. Nam minus malum erat habere agrestes quàm marcidas vuas.

Ecclesiæ benignitas circa temporum commoditatem.

Satis superque omnibus Ecclesiæ ministris esse deberet illa Ecclesiæ matris benignitas, quæ, humanæ prouidens imbecillitati, tempus Vesperarum & Completorij adaptauit hominum commoditati. Nam à veteribus fidelibus recitabantur Vesperæ post Solis occasum, quando sidus illud, quod Vesper nuncupatur, in cælo apparere conspicitur, vti nomen ipsum Vesperarum demonstrat; & fuit obseruatum à sancto Isidoro: Completorium autem explebatur prima noctis vigilia à mox ituris cubitum. Idcircò in Ordine sancti Benedicti tenentur Monachi, ex Regula, post peractum Completorium custodire silentium vsque ad sequentem lucem diei. Nos Clerici Regulares Paulini in nostro Ordine idem seruamus silentium à benedictione Prælati data vnà cum aspersione aquæ benedictæ, post conscientiæ examen, & statas precationes ad Deum, ad beatam Virginem Deiparam, & ad sanctum Paulum in communi conuentu factas sub tempus mox futuri

S. Isidorus l. 6. Etym. c. vlt. & de Eccl. Officio cap. 22.

turi cubitus, vsque ad subsequens manè post absolutionem Horarum Matutinalium, venia loquendi obtenta ab eodem Prælato. Quapropter Horæ vespertinæ & Completorij, quæ antiquitus inter nocturnas habebantur, modò, ex Ecclesiæ indulgentia, cùm sint factæ diurnæ, vt laicorum conuenientium deseruiatur commoditati, solo antiquo retento nomine, ob mysteria in illis repræsentata, saltem retinendæ à nobis sunt temporibus opportunis, non eas nimiùm anticipatè sollicitantes, vt earum mysteria, scilicet depositionis Christi è Cruce per Vesperas, & eiusdem sepulturæ per Completorium significata, quantũ fieri possit, propiùs saltem obseruemus.

Vesperarũ & Completorij mysteria.

Vigilare maximè tenentur ij, quibus imminet cura, vt, tam in Religionibus quàm in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, diuina persoluantur Officia, ne statа violentur tempora; ne ipsi contrahant culpam grauiorem, aliquando à Deo seueriſſimè puniendam. Quamuis vera esset Cardinalis Caietani sententia, quòd temporum consuetorum obseruatio neque in publicis precibus in choro expletis obliget sub mortali reatu, quia est tantummodò circumstantia exterior: nihilominùs quod in ministris recitantibus forsan nulla esset culpa, ob rationem à Caietano allatam, non videtur posse censeri ab eadem culpa immune in iis, ad quos spectat ex officio; quia hæc consuetudo in publicis actibus videtur habere vim præcepti, maximè cùm ad Superiores directum sit illud Decretum, quod in Concilio Viennensi traditur circa tempus debitum Horarum obseruandum per verbum *sancimus*, quod importat præceptum. cuius verba sunt: *Sancimus,*

Caietan. in Sum. verbo *Hora.*

Superiorũ obligatio circa tempus recitationis.

Clem. 1. de Celebrat. Miſſ.

mus, vt illi, ad quos pertinet (nominat autem Superiores omnes Ecclesiasticos, tam Episcopos quàm Regularium Prælatos) *curent, vt in Cathedralibus, & Regularibus, & Collegiatis Ecclesiis, horis debitis deuotè psallatur.* Istis Superioribus sicut incumbit maior obligatio, maior quoque adhibenda ab ipsis est diligentia & vigilantia, vt obligationi faciant satis. Numquam omnino permittendum est, omnes Officij horas simul expleri, cùm diuersis vicibus & distinctis spatiis sint persoluendæ, ne culpa reddatur maior & grauior, sicut excessus grauior foret.

Abusus quarumdam Ecclesiarum circa tempus Horarum.

Si alicubi iam inoleuisset iste abusus præueniendi anticipatè nimis stata Horarum Canonicarum tempora, quemadmodum haud sine nostra vidimus admiratione in quibusdam Ecclesiis introductum, curent Episcopi, & Prælati, & alij ad quos spectat, ea reuocare ad terminos præscriptos. Quædam Ecclesiæ, vt vidimus, tempore Quadragesimalis ieiunij, quando Vesperæ conceduntur absoluendæ ante comestionem, quæ deberet esse circa meridiem, ita tempestiuè eas absoluunt in choro, vt comestionis legitimum tempus tribus adhuc distet horis. Aliæ per Octauam sanctissimi Corporis Christi Horas Vespertarum & Completorij vix elapso meridie absoluunt, vt maturiùs queant Canonici & Cappellani se expedire ab Officio matutino sequentis diei, quod mox statim persoluunt. Horarum istarum inordinationes corrigendæ sunt ad normam temporum debitam.

Sacrorum rituũ reuerentia quãta apud studiosiores.

Hinc est, quòd obseruãtiores sacrorum mysteriorum, etiam quando priuatim Officium recitant, nituntur, quantum possunt, se conforma-

re

re ſtatis horis quibus publicè in choro recitatur, tum vt meliùs repræſentent myſteria cuilibet Horæ aſſignata; tum vt aliorum orantium participare queant fructum, vt ſicut illis coniunguntur in oratione, ſi minùs quoad locum, ſaltem quoad tempus, ita coniungi mereantur quoad fructus, & effectus; tum denique ob reuerentiam ſacrorum rituum: vti nos, non ſine noſtra excitatione, aduertimus in noſtro venerabili Coſmo Doſſenio, qui, ob hanc ſacrorum rituum reuerentiam, numquam, neque in itinere, ad celebrandum ſacrum myſterium poterat adduci, quamuis cognoſceret nullum eſſe peccatum id facere, niſi anteà diuinum expleſſet Officium nocturnum. Contrà verò negligentiores omnem confundunt ordinem, differentes quandoque ad noctem quæ dicenda forent prima luce, vanum reddentes ſenſum verborum quæ proferunt. Dicent, *Iam lucis orto ſidere*, quando iam omnia tenebris ſunt obruta; quod valdè indecorum eſt, & ab omni pio animo cauendum.

Poſſet alicui priuato accidere Horarum inordinatio non ſolùm abſque vlla culpa, ſed etiam cum meriti lucro. Qui caſus tunc euenire poteſt, quando aduenientе hora ſtata conueniendi ad chorum, v. g. ad Horam tertiam, ſi quis recordaretur ſe, ob occupationes, ſiue etiam ob inaduertentiam, nondum expleſſe horam Primam, poſſet iſte abſque vlla culpa, imò deberet, vt ſuo muneri faciat ſatis, pſallere cum aliis, & deinde ſupplere Horam omiſſam. Hoc melius eſſet, quàm à choro abſtinere, vt propriæ conſulat commoditati.

CAPVT

CAPVT XIV.

Acediæ defectus quales.

NVLLVM quasi aut molestiorem, aut frequentiorem, aut magis infestum dæmonem habere possunt Hymnodiæ studiosi, quàm spiritum acediæ, quemadmodum dicere solebat Abbas Nilus. Cui nisi diligentiæ studio viriliter occurratur, ad tantum deuenire poterit animus languorem, vt dici queat consenuisse in actionibus virtutum. Acedia quò magis in se ipsa excrescit, quasi altera annorum senectus, eò magis animi vires debilitat, & consumit. Sicut senes, ob grauẽ ætatem, virium experiuntur imbecillitatem, tardi effecti ad omnem vitæ naturalis actionem, tardè loquuntur, tardè mouentur, tardè incedunt; ita animus, ob senectutem spiritualem ab acedia contractam, redditur segnior ad omnia virtutis munia, non sine maximo meritorum dispendio, imò & salutis periculo, quia hic torpor vi sua potest penitus obruere omnem spiritum; quemadmodũ Ecclesia innuit in quodam diuini Officij Hymno Deum exorans, vt ab hoc vitio psallentes defendat:

Nilus de Octo vit. cogit. c. *De acediæ.*

Acediæ & senectutis similitudo.

Hym. Matut. Fer. 3.

Fuga cateruas dæmonum,
Expelle somnolentiam,
Ne pigritantes obruat.

Acediæ metus omnes tentat.

Nemini parcere solet hoc vitium, sed omnes aliquando oppugnat, licet tamen non omnes expugnet. Sicut omnes corpore constamus & carne, ita corruptibile corpus & inhabitatio terrena aggrauant animum; & caro concupiscens aduersus spiritum refugit virtutum exercitia. Nisi carnis desideria

deria reprimantur ſtudio ſanctæ mortificationis, acedia viribus aucta ſpiritus vim enerυare & exſtinguere conatur. Deplorauit aliquãdo hanc miſeriam, quàm experiri cœperat, Dauid, cuius initiis ſtuduit ſe viriliter opponere implorans à Deo
Pſal. 118. auxilium: *Dormitauit anima mea præ tædio; confirma me in verbis tuis.* Quamuis diceremus, quòd Dauid tunc loquebatur more Prophetarũ, non quia ipſe acediæ vim fuerit paſſus, ſed in perſona ſua aliorum infirmitates deſcripſerit; illud ſaltem ad rem noſtram aduertere debemus, quod traditur à ſancto Rege hiſce verbis. Duo declarare videtur, nimirum effectum acediæ, & verum illius remedium. Effectum acediæ dicit animæ dormitationem: *Dormitauit anima mea præ tædio.* Torpens enim anima ob acediam, quaſi videtur dormire in Dei contemplatione, non valens ſuperare ſomnum: ſicut qui ſomni vi opprimitur, licet cupiat expergiſci, ſoporis tamen altitudine ſuperatus ſubmergitur à ſomno. Magna vis acediæ, quæ ita aliquando occupat vires affectus, vt vix compos ſui poſſit eſſe animus, quaſi nequeat etiam quod vellet. Qui hoc morbo laborat, ſicut egeret Medico perito, ita alius hic eſſe nequit quàm omnipotens Deus, ad quem ſe conuertit Dauid, eum exorans vt opem ferat: *Confirma me in verbis tuis.* & hoc eſt quod ſecundo loco docuit Dauid in hac ſua oratione, nimirum à Deo expectandum eſſe remedium acediæ, & torporis. Si adſit Deus, omnis torpor & triſtitia procul aberit. Vbi Deus eſt, ibi lætitia, ibi feruor ardorque adeſſe cõſpicitur. Tanta eſt diuinæ præſentiæ, etiam tantummodò cogitatæ, vis, vt omnem depellat triſtitiam, aut tædium; ſicut Sol adueniens tenebras de-

Acediæ remedium à Deo.

Dei præſentia acediã pellit.

depellit, & fugat. quod canebat Dauid dicens: *Memor fui Dei, & delectatus sum.* sola Dei cogitatio illum delectationibus replebat. Quas delectationes multò meliùs operatur præsentia per gratiam actualem. De illis duobus discipulis, qui tristes pergebant in castellũ Emmaus, proditum est, quod statim ac præsentem habuerunt Christum Dominum, cordis ardorem & hilaritatem senserunt: vnde alter alteri præ lætitia reuocabat in mentem, *Nónne cor nostrum ardens erat dum loqueretur in via, & aperiret Scripturas?* Psal. 76. Luc. 24.

Acediæ comes somnolentia.

Pulchrè quidem appellatur animi dormitatio hic acediæ affectus, non solùm ob effectus somno similes, sed etiam quia somnolentia coniungitur acediæ tamquam indiuidua comes, vel propria proles. Iis enim qui ab acedia possidentur, statim ac sunt in choro facilis est & prompta somnolentia, quæ eos dormitare compellit dum psallũt. Quibus dici potest, quòd molliora videantur sedilia & ligna, & parietes, quibus vel adhærent, vel sedent, quàm culcitræ & lecti quilibet, siue lanei siue plumei; cùm in istis iacentes sæpè soleãt difficilè inuenire somnum, in illis facillimè dormiunt. In lectis cubantes facillimè ad quemlibet vocis leuissimæ sonum expergiscuntur, in choro psallentes inter multas voces altas suauissimè dormiunt. Lepidum est illud, quod ad hanc rem miles quidam occurrens Abbati Cistertiensi exquisiuit, nimirum vt sibi venderet quemdam chori seu Oratorij lapidem, in quo per Quadragesimam integram cum Monachis, pœnitentiæ causa, operam orationi dederat, spondens miles quodliber pretium, quamuis magnum. Abbas miratus interrogauit, quorsum tenderet hæc ob-

Lepidus somnolentiæ euentus. Cæsar. 4. c. 37.

latio pretij, & ad quid valeret ille lapis postulatus; respondit miles : Vellem eum transferre ad lectum meum, quia expertus sum hanc in eo virtutem, vt qui dormire nequit, statim in eo positus somnum arripiat. Expertus hic homo fuerat vim acediæ tempore orationis, non valens oculos continere à somno, dum cum aliis Monachis se ad orationem in eo loco transferret.

Opera ab acedioſis facta Deo ingrata.

Opera quælibet, præsertim Hymnodiæ, somnolenter expleta, nec placent Deo nec Angelis sanctis, sed potiùs prouocant ad nauseam quàm ad lætitiam; vti aliquando pronuntiauit Angelus nomine Dei dicens ad quemdam acedioſum: *Vtinam frigidus esſes, aut calidus; sed quia tepidus es, incipiam te emouere ex ore meo.* Quod minitatus est Deus, id opere expleuit cum quodam Religioso, cui inter psallendum dormienti apparere dignatus est Dominus in cruce existens, dorsum tamen illi vertens. quasi dicere voluerit : *Quia tepidè oras, & acediosè Hymnos meos decantas, non es dignus faciem meam intueri, en ego à vocibus tuis faciem meam auerto, ne offensus nauseam patiar.*

Apoc. 3.

Somnolentorum preces dæmonum sunt cibus.

Sicut offenditur Deus à nostris somnolentiis, ita lætantur dęmones, qui studeant acediam fouere; imò dixerim, quod censeant hanc propriæ famis electissimum cibum. Quot verba ex psallentium somnolentorum ore exeunt, tot glandes & siliquæ infernalibus porcis cadere videntur; quemadmodum rectè obseruauit Cæsarius pius Auctor Ordinis Cistertiensis, dicens: *Verba Psalmodiæ à virtute vacua, quæ somnolenti sine intentione, & tantùm semiplenè proferunt, dæmonibus prouidi colligenda tamquam siliquas porcis.* Huius pro-

Ibid. c. 35.

nun-

nuntiati occasionem sumpsit pius Auctor ex quadam horribili visione facta circa quemdam Religiosum, qui psallens semper dormitabat. Videbantur ab aliis Monachis circa illum porci, & eorum audiebatur grunnitus.

Oscitantia in diuinis Officiis cauenda.

Qui nimis indulgentiores sunt sensibus & corpori suo, sibi semper timentes, ne noceant vigiliæ & orationes, proniores sunt ad acediam, & à somnolentia facilè vincuntur. Sicut inuiti accedunt ad pia exercitia, ita pigri assistunt iisdem, faciliusque occupantur à somnolentia, variis item oscitationibus replentur, quæ chorum maximè dedecent; duplicique sunt reatu culpabiles istæ oscitationes, ait Cassianus. Primò, quia oratio negligenter offertur Deo. Secundò, quia ab indisciplinato illo strepitu alij offenduntur. Hæc offensio grauior est, quando oscitantes eodem tempore cantum prosequuntur; valdè enim molestum reddunt audientibus sonum, licet oscitantes eum non aduertant. Addere possumus, quòd, præter hunc sonum aures aliorum offendentem, coniungitur oris & faciei talis deformitas, quæ dedecet valdè loci sanctitatē, oculosq; adspicientium grauiter offendit. Nisi ab acedioso comprimātur oscitationes præueniendo eas, ne liberè exeant, ipse erit suiipsius & sui torporis canora tuba, & speculum apertum. Si quis vel nesciat, vel nequeat præuenire, ne fiant huiusmodi motus, saltem studeat illos intra eos modestiæ limites, quos poterit à deformitate remotiores, continere. Omnino abstineat tunc temporis à cantu vel iam incepto, vel statim incipiendo, ne illa vocum dissonantia, quæ maximè displicet, audiatur in choro. Minùs dedecet subtrahere choro vnam vocē,

Cassian. l. 2. Inst. c. 10.

quamuis validam, & primariam, modico illo ofcitationis ſpatio, quàm audire inconcinnum illum & moleſtum ſonum.

De huius vitij conditione & ſtatu, quatuor ad rem noſtram opportunos Aphoriſmos tradebat Venerabilis Pater Zacaria dicens:

Ant. Mar. Zac. in Aphor. v. Tepeditas. nu. 46. 47. 48. 49.

Quemadmodum victimæ impiorum abominabiles ſunt Deo, ita preces tepidorum ad nauſeam eumdem prouocant Deum.

Neſcit tepidus quid poſtulet in oratione; nihilominùs miratur, cur à Deo ſua non exaudiatur oratio.

Licet aliquando tepidus attentè exoret, & eius attentio digna ſit exaudiri, non idcircò tamen exaudietur, ob vim tepiditatis; quæ tanta eſt, vt ſola impediat omnem aliam precum virtutem.

Quamuis etiam tepidus aliquando exaudiretur, niſi tamen arceat tepiditatem, gratia obtenta in eiuſdem tepidi conuertetur perditionem.

Has doctrinas tradebat ſuperiori ſæculo, quando res ad diuinum cultum ſpectantes collapſæ in Italia videbantur, magnus hic vitæ ſpiritualis Reſtitutor & Magiſter, vt cognita huius vitij conditione odioſa Deo, cui alacris debetur famulatus, ab omnibus virtutis ſtudioſis omni ſtudio arceretur acedia.

Vehementia alia ſigna minimè deſunt, præter ſomnolentiam, ad dignoſcendos acedioſos. Qui ſubmiſsè remiſſéque canit, manifeſtè oſtendit vim acediæ in corde dominantis. Sicut vbi viget Dei amor, cantus exercetur hilaris & altus, ita diuino tepeſcente amore in corde pſallentiũ, tepeſcere neceſſe eſt & languere cantum in ore, propter intimam iſtius ab illo conſecutionem, iuxta Re-

Regulam à Philosophorum principe traditam: *Verba oris sunt notæ eorum qui in animo sunt affectuum*. Huius Regulæ vis non ad verba tantummodò, sed ad prolationem etiam valet verborũ: nam ipsum quoque modum proferendi verba esse indicium, asserunt sapientes, eorum affectuum qui in animo residēt. Hinc pius ille feruidusque Religiosus ex Carthusiana familia, de quo ad initium huius Libri facta est mentio, quoties audiebat Monachos suos remissa psallētes voce, aiebat se timere, ne amor Dei in cordibus eorũ tepesceret; & sicut tepidè cantarent, ita & tepidè Deũ diligerent. Rogabatque eos, vt à Deo peterent emerentq; aurũ ignitum; vt sicut Angeli in cælis numquam desistunt à laude, ita ipsis numquã tædium subreperet in diuino opere. Sanctus iste Prælatus ex vocis remissione argumentum sumebat acediæ interioris. Acedioſus præterea conspicitur moras quærere accedendi ad chorũ. Aliquando irascitur campanæ pulsanti, vel ministro vocanti ad diuinum Officium. Is, nisi pœnæ alicuius impelleretur timore, numquam studeret adesse ante initiũ Officij, sed differret, quantum posset, vt citiùs se expediret ab occupatione sibi maximè odiosa. Haud semel conqueritur modò de cantus prolixitate, modò de vocis nimia exaltatione. Felices appellat à choro immunes, occasionesque quærit immunitatis, qua obtenta iubilat, & exultat. Librum Breuiarij vel numquam, vel rarissimè secum habet; saltem dimittit sine cõsueta signorum ordinata distributione ad loca cuilibet diei opportuna: quia sicut inuitus, ita imparatus pergit ad chorum. Imò qui fortis in viis sæculi minimè graue reputasset accincti ensis pondus, nunc vi

Arist. l. 1. Periherm. c. 1.

Acediæ varij effectus.

acediæ in Domo Dei redditus est adeò imbecillis, vt se fatigatum censeat ex vnius manualis libelli, qui Horæ dicitur diuinæ, leuissimo onere. Officia quarumdam Feriarum, Dominicorum præsertim dierum, speciali prosequitur odio, expendens in illis aut extraordinarium numerum, aut insolitam prolixitatem Psalmorum, nihil attendens sublimitati, pulchritudini, ac suauitati mysteriorú quæ latent in eis. Nomina irrisionis imponit tum ipsis Horis diurnis, tum cantui, tum muniis, tum functionariis chori, vt huiusmodi iocis fallat eam temporis dilationem, quam in cantu Hymnorum censet sibi valdè molestam. Tandem is inde occasionem desumit mœroris & doloris, vnde feruidiores materiam hauriunt exultationis & iubilationis, imitantes Hymnographum, qui aiebat se ex cantu exultare: *Exultabunt labia mea cùm cantauero tibi*. Vt caueantur tot defectus, vni acediæ tollendæ erit omnibus viribus insistendum. Nam ab hac acedia, tamquam à radice præcipua, ortum habent prædicti, imò & ceteri ferè omnes defectus qui in hoc Libro aduertuntur.

Psal. 70.

Acediæ remedia varia.

Remedia opportuna ad arcendam acediam sunt potissimùm quatuor. Primum, orationis ad Deum, vti orabat Hymnographus illis verbis: *Confirma me in verbis tuis*. Ex quibus D. Ambrosius colligit vim gratiæ diuinæ, & contemplationis intentæ ad Deum, & ad diuinas Scripturas: *Ergo remedium tædiorum omnium est Christus, & Scriptura diuina, atque in tentationibus vnum refugium*. Secundum, pugnæ cum dæmone, qui vt plurimùm solet ad hanc somnolentiam prouocare, vti pluribus visionibus confirmatum est.

Psal. 118.

Nam

Nam visi sunt dæmones ab alacrioribus psallentibus sub variis formis, modò felis, modò serpentis occupare caput eorum qui somno opprimebãtur. Huic hosti maligno resistendum est viriliter in fide. Tertium, sancti odij sui ipsius; quod remedium opportunum est iis, qui ex aliqua corporis infirmitate ad acediam incitantur: non enim semper à dæmone ortum habet acedia, sed etiam ex corporis dispositione malè affecta. Nisi infirmitas sit grauis, opus est fortitudine virili ad superandum vanum timorem periculi potiùs imaginarij quàm veri. Maius meritum acquiretur, vbi maior aderit difficultas vincenda. Qui nouerit vim discretam sibi inferre, vt Deum cum aliis in choro colat, amplioribus gratiis à Deo cumulabitur. Hanc sanctam vim nouerat sibi inferre ille Monachus verè deuotus & feruidus, qui cùm ob vehementem capitis dolorem, quo semper laborabat, à suis Prælatis fuisset à chori obligatione liber effectus, ipse nihilominùs numquam abstinebat à frequentia illius. Huic aliquando ob doloris vehementiam afflicto dixit Abbas, Quare indulta non vteris gratia? respondit feruidus vir, Non possum à choro me continere: quando audio psallentes, corde excrucior, ob recordationẽ consolationum quas mihi inter illos communicat Deus. Consolationes huius viri erant Angelorum visiones & Christi Domini seruatoris valdè frequentes. Ecce quanti meriti sint apud Deum illæ discretæ violẽtiæ, quas sibi nouerunt inferre animi feruidi & deuoti. Si vires penitus deficerent, saltem non desit vmquam voluntas accedendi ad chorum, quia apud Deum censebitur illa volũtas tamquam effectus. Vt virum recolam admiran-

Apud Cæsar. lib. 4. c. 33. & 34.

Acedia dæmone fouetur

Idem c. 30

Voluntas apud Deũ reputatur opus.

dum ex nuperis, qui semper feruidus, numquam acedioſus fuit ad ſacras Hymnodias, quamuis per plura annorum luſtra ſacrum frequentarit chorũ, profero Andream Auellinum ex Clericorum Regularium, qui Theatini appellati ſunt, Ordine, cui noſter Ordo ſynchronos fuit, virum in omni ſanctitatis genere inſignem. Hic tantum abeſt, vt acediæ aditum vmquã prębuerit, vt potiùs per viginti ferè annos ante nocturni Officij tempus aſſurgens, ceteros Religioſos domus ſtatis ſurgẽdi horis excitaret ad Deum ſuum, quem impensè diligebat, laudandum in Templo Hymnis & Cãticis. Imò hic beatus Religioſus communem in choro Hymnodiam tanto colebat feruore & ardore, vt quadragintaquinque annorum ſpatio ſemel tantùm (extra infirmitatis caſum) à nocturno abfuerit Officio. quæ profectò mira eſt laus in viro virtutis & perfectionis ſtudioſo. Et quamuis non ſemel variis inter pſallendum afflictaretur doloribus, præſertim ob inteſtinorum defluxum, numquam tamen aut omittere, aut remittere voluit chori frequentiam ſibi propoſitam ad cordis ſui delicias. Spiritus alacris vi ſuperabat naturæ imbecillam conditionem generoſus Andreas, nec ſui ipſius nimio amore detinebatur, imò animam ſuam oderat in hoc mundo, vt ad vitam æternam, qua nunc beatus fruitur, eam opportunè præpararet. Denique arcetur acedia remedio inuitationis, ſicuti ſolitus erat Hymnographus ad ſui ipſius prouocationem, modò dicens, *Lauda anima mea Dominum*; *laudabo Dominum in vita mea*; modò non ſemel repliçans, *Benedic anima mea Domino*. Hac inuitatione ipſe vtebatur in ingreſſu præſertim Hymni, vt, omni depulſa acedia,

Beati Andreæ Auellini feruidũ ſtudium Hymnodiæ. Franciſc. Beluit. in Vitâ lib. 2. cap. 4. & cap. 11.

Pſal. 145. Pſal. 102. 103.

acedia, introiret in conspectu Dei in exultatione, quemadmodum alios hortari consueuerat. Maximi momenti est, ad feruorem concipiendum & prosequendum, exultatio ingressus, quemadmodum monuimus superiori Libro; sicut etiam ad acediam fouendam augendamq; magnum confert adiumentum tristitia ingressus, & post ingressum modus aut sedendi, aut standi. Qui toto corpore parieti adhærent, vel sedilibus, quando stare debent; vel caput & brachia extendunt super scamna, quando genuflectũt, somnum accersunt, vt citiùs accedat, & fortiùs occupet sensus. Inde forsan multi contrahere possunt grauem noxam, quia culpa lata attentionem & integritatem non seruant, vti obseruat S. Bonauentura. non enim excusari possunt, quod somnolentia accidat contra voluntatem, cùm eam situs electione inuitent. Qui cordis puritati studeant, caueant ab omni acedia & somnolentia, & ab omni occasione quæ illam fouere aut excitare potest: nam intenta supplicatio dormire cor mundum vetat.

D. Bonau. in Spec. diu. c. 9.

CAPVT XV.

Deuotionis exterioris defectus varij.

DECENTIA exterior, quæ etiam compositio corporis dicitur, pars deuotionis censetur à Patribus rei spiritualis; nam à cordis deuotione ortum ducit, eamdemque cordis deuotionem nutrit & auget. Hinc dicebat S. Damascenus: *Quemadmodum ex duplici natura compositi sumus, intellectuali scilicet & sensibili, ita & duplicem deuotionem Deo offerimus*, scilicet

S. Dam. l. 4. Fid. cap. 13.

spiritualem, quæ consistit in mente interiori; & corporalem, quæ versatur in exteriori corporis humiliatione. Hæc exterior deuotio omnes actus corporis exteriores, qui reuerentiam erga Deum ostendunt, vti prostrationes, genuflexiones, inclinationes, pectoris tunsiones, & Crucis signa, opportuno tempore inter psallendum obseruanda, complectitur. Quæ omnia reddunt Hymnodiam deuotam, si adsint, sicuti quando desunt, reddunt Hymnodiam indeuotam; vel, vti grauiter ac verè aiebat Turrecremata, tunc deest medulla holocaustorum. Expendebat hic Doctor illa verba in Regula D. Benedicti deuotionem & reuerentiã suadentis: *Si cùm hominibus potentibus volumus aliqua suggerere, nõ præsumimus nisi cũ humilitate & reuerentia; quantò magis Domino Deo vniuersorum cum omni humilitate & puritatis deuotione supplicandum est.* Ibi Turrecremata dicit deuotionem esse illam medullam holocaustorum, quam spondebat Dauid dicens: *Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum.* sine qua deuotione holocausta sint prorsus arida.

Reuerentia exterior est medulla officij.

Turrecrem. c. 20. Reg. S. Bened.

Psal. 65.

Omnes corporis motus ab Ecclesia præscripti, sicuti sunt religiosè instituti tamquam signa & testimonia interioris cultus ad Deum directi, ita sunt à psallentibus omni studio custodiendi & obseruandi, vt erga Deum nostrum simus non minùs vrbani, quàm Regum & Principum ministri conantur esse, nil deficientes in obseruatione eorum rituum qui ad illorum spectant reuerentiam. Si quis hos ritus inclinationum, genuflexionum, pectoris tunsionum negligeret, non modicæ culpæ fieret reus, quamuis modica videantur & leuia quæ negliguntur; quia verè non sunt

Exteriorũ cærimoniarum religiosus vsus.

sunt nec leuia, nec modica, cùm respiciant Dei cultum religiosiùs & decentiùs perficiendum. Sublimitas finis, ad quem diriguntur aliqua, reddit sublimia & alta quæcumque ex se forent vilia & leuia. Libeat hoc loco expendere aliquam ex minutioribus cærimoniis in diuino Officio adhibendis, quæ cognita declarabit ceterorum sublimitatem. Nos Clerici Regulares Paulini in nostris Regulis ad chori disciplinam traditis admonemur, vt surrecturi à sede tempore nocturnæ Hymnodiæ, quo solo tempore nobis permittitur sessio, ad inclinandum ad versum doxologiæ, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto*, studeamus assurgere, antequam finiatur versus vltimus Psalmi qui est ante doxologiam. Ad quid tam subtilis obseruatio, antequam expleatur versus vltimus? nónne satis erat dixisse, assurgere studeant ad versum, *Gloria Patri, & Filio*, &c. Non deerit fortasse qui dicat, eam esse nimis minutam obseruationem; verùm non minutam dixerit, qui eam traditam cognoscit ab antiquioribus Hymnodiæ studiosis, à quibus nos deinde accepimus. eamdem tradidit D. Bonauentura in Speculo Disciplinæ. Eam non dixerit minutam, qui finem considerat ad quem illa dirigitur, nimirum, vt ad integrum versum, *Gloria Patri*, &c. possit deuotus psallens profundè se inclinare. Nisi surrexerit ante finem vltimi versus, continget vtique, non sine magna irreuerentia, vel adhuc sedere, vel esse in via surgendi, dum à choro pronuntiatur hic nobilissimus altissimusque doxologiæ versiculus, qui gloriam vni trinoque Deo profitetur.

Dei cultus nihil leue cognoscit.

Reuerentia ad versum, Gloria Patri, &c. debet esse prompta.

D. Bonau. in Spec. cap. 9.

Dignatus est Deus declarare mortalibus, quàm magna

Dei mira dignatio erga profundè inclinantes ad Gloria Patri, *&c.* Idem ibid.

magna res sit hæc obseruatio, quæ primo aspectu minima videbatur, dum voluit visitare mira dulcissimaque benignitate eos, qui alacres ac prompti assurgunt ad huiusmodi inclinationem præueniendam, vt eam maiori expleant reuerentia. Refert S. Bonauentura, sanctum quemdam senẽ non semel vidisse tẽpore Psalmodiæ beatam Virginem Deiparam in medio chori existentem, vnigenitum Filium suum inter brachia habentem, quæ assurgentibus promptè ad inclinãdum dum cantaretur, *Gloria Patri, & Filio*, &c. offerebat ipsum infantulum, qui inclinanti vicissim se inclinaret; quam gratiam non offerebat aliis ad assurgendum negligentioribus. Ex qualitate tanti præmij concessi inclinantibus promptè ac perfectè cognoscere quisque potest rei, quæ minima censebatur, sublimitatem; quemadmodum ex pœna aliquando visibiliter inflicta negligentibus licet cognoscere grauitatem defectus, quando deficimus in hac obseruatione. Proditum est in Chronicis sancti Francisci, quòd ex hac vita decedens Religiosus negligentior in hac obseruanda inclinatione, visus est post mortem positus super altissimam columnam in medio mari sitam, ibique manens continuo perculsus timore cadendi, tenebatur centies in die & centies in nocte profundè se inclinare, donec omnes inclinationes in diuino Officio, dum viueret, tum omissas tum malè expletas suppleret. Visio est ista, quæ licet non habeat certitudinem infallibilem, declarat tamen æstimationem inclinationum apud Deum; vt discamus, quòd nil leue aut minutum sit censendum in sacris cærimoniis, cùm omnes ad Dei cultum dirigantur.

Non inclinantes ad Gloria Patri, *&c. puniuntur à Deo.*

Offenditur

Offenditur hæc externa compositio corporis variis modis à psallentibus. Primò, si tempore sessionis, vbi ea conceditur, quis se totum in sedes effundat, membra inconcinnè laxans, aut crura, alterum alteri superimponens, aut vestem & superpelliceum malè dispositá tenés. Is Deum, cui adstat, & quocum loquitur, vel non cognoscit, vel non timet, vel non considerat: nam coram eo se gerit tali familiaritatis modo, qualis neque coram maximè domesticis, imò neque coram subditis permittitur inter ciuilium morum professores, sed acriter reprehenditur. Offenditur deinde ab iis, qui nutibus, gestibus, verbis, aut, quod grauius esset, clamoribus signum ostenderent stomachi & indignationis in eos, qui aliquod committunt in choro erratum, siue in legendo, siue in canendo, siue in aliquo alio munere. Nec minùs offenditur ab iis, qui in eosdem errantes licenter faciem oculosque tantummodò conuertunt. Nec enim desunt quidam adeò leues, qui, audito verbi gratia vnico *Alleluia* intempestiuè prolato, statim in errantem oculos coniiciant, vel toruo aspectu, vel risus irrisionisve signo eum intuentes. Prædictæ leuitates signunt in opere Dei haud leuia mala. Possunt in primis errantem confundere ac perturbare. Possunt item ipsos aspicientes & indignabundos excitare ad risum, aut ad grauiorem aliquam animi dissolutionem. Saltem dissipant tum eam grauitatem muneri, loco, personis maximè debitam, quæ ab Hymnographo valdè æstimabatur, quamque sibi semper habebat ipse propositam, quando ad psallendum Deo accedere volebat. *Confitebor tibi in Ecclesia magna, in populo graui laudabo* Psal. 34.

A leuitatibus in choro abstinendum.

laudabo te ; tum eam modestiam, qua maximè tenentur omnes Ecclesiæ ministri, etiam ij, qui ex Officio debent errata in choro corrigere.

Inordinationes quælibet vitandæ in choro.

Offenditur prætereà ab iis, qui, in choro munus aliquod habentes, propriæ desunt obligationi; quia nempe minimè aduertunt, quando & quomodo ipsis incumbat proprij muneris executio. Si quis non prænuntiaret Antiphonam, aut versiculum non enuntiaret sibi debitum, aut alterum pro altero proferret, is grauem afferret iniuriam chori dignitati & sanctitati, eamque perturbaret harmoniam, qua præsente, chorus nostrorum Templorum videtur similitudinem referre Paradisi, qua deficiente, omnia redduntur confusa, dissona saltem. Nam quando vnusquisque psallens opportunè exequitur muneris sui functionem, tunc multi psallentes videntur vnicus psallens, & omnia explentur maxima cũ delectatione. Si hæc desit ordinata munerum præscriptorum executio, psallentes nihilo dissimiles sunt musico illi, qui citharam assumens pulsandam, chordas minimè tangit loco & tempore opportuno, alteram etiam pro altera inordinatè pulsat, haud sine audientium fastidio. Studio itaque non mediocri opus est circa rectam munerum in choro executionem, vt omnia peragantur ea qua decet reuerentia, grauitate, ordine, perfectione, vtque sint Deo accepta.

Maximè tandem dicetur offendi externa eadem compositio ab iis, qui non modestiæ solius, sed honestatis etiam Clericalis obliti, accederent ad diuina persoluenda Officia in Domo Dei sine tonsura, quam erubescant gestare, aut sine vestibus muneri, loco & statui congruis. Quid si alij ad

ad eam morum deuenirent prauitatem (quemadmodum alicubi nonnullos deuenisse audiui) vt secum ad Ecclesiam ducere canes aues'que venaticas auderent? isti non pij cantores, sed impiissimi illusores, ac Templorum profanatores à Deo censebuntur, dignas tanta temeritate pœnas aliquando subituri. Pietas, modestia, honestas sunt psallentium præcipua ornamenta.

Psallentiũ ornamenta quæ.

Adiumenta ad suadendam harum cærimoniarum obseruantiam exactiorem sunt nobis obniàm, si rectè aduertere non pigebit quæ obseruauerint Ethnici, & quæ decent Christianos. In primis pudeat nos negligentiores reperiri ad Dei veri cultum, quàm fuerint idololatræ ad cultum falsorum deorum. Si quæ de istis scripsit Seneca attendamus, nostram socordiam reprehendemus. scribit enim: *Egregiè Aristoteles ait, numquam nos verecundiores esse debere, quàm cùm de diis agitur; si intramus Templa, compositi; si ad sacrificium accessuri, vultum submittimus.* En verecundia, compositio, submissio ab illis Ethnicis requisita & obseruata cum diis, imò cum dæmonibus, qui reputabantur dij. Præstat etiam audire quæ tradit Iamblichus circa huiusmodi rituum obseruationes, quia magis confundemur nos Christiani, qui religiosiores esse debemus. *Oportet*, ait, *ritus adorationis antiquos, tamquam sacros, conseruare semper intactos, nec demere quidquam, nec aliunde quid addere.* Si expendantur huius Scriptoris verba, non poterimus non erubescere, dum ipse requirit tantam erga ritus æstimationem, vt illicitum dicat eos negligere.

Ethnicorum reuerentia in Templis & cultu Deorum.

Iambl. lib. de Myst. c. de Nom. diuin.

Verùm, omissis idololatris, vrgeat nos exemplum sanctorum Angelorum, qui eidem vni trinóque

Angelorũ reuerentia corã Deo.

noque Deo eiusque mysteriis deseruientes astant, dum nos in Templis ei Sacrificia Altaris & Psalmorum offerimus. Hi visi sunt à sanctis viris, præsertim à diuo Chrysostomo, tanta cum reuerentia Templis adesse, vt describantur sequentibus signis: *Splendidissimis stolis induti, nudo pede, aspectu intento, vultu demisso, magna reuerentia.* ita eos visos esse ab hoc sancto viro narrat beatus Nilus eiusdem sancti Chrysostomi discipulus. En quanta reuerentia tum interiori tum exteriori adstare studeant Angeli in nostris Templis. Nam splendor ille vestium & nuditas pedum internum declarant candorem & innocentiam. Vultus demissio, intentio aspectus & reuerentia ostendunt externam compositionem atque decẽtiam. Pungere nos debet hæc Angelorum compositio & incitare ad imitationem, ne nobis indignentur, sicuti indignari negligentibus & irreuerentibus asseruit beatus Petrus Damiani dicens: *Quantò putamus aduersus nos zelo mouentur* (Angeli nempe) *dum in conspectu illius nos irreuerenter sedere conspiciunt, cui scilicet ipsi tremendes assistunt?* Consideratio itaque reuerentiæ tantorum Spirituum nos incitare ac prouocare deberet ad eamdem reuerentiam.

S. Nilus Epist. ad Anastas.

Angeli indignantur irreuerentibus hominibus.

S. Petrus Damiani l. 3. Epist. 8.

Illud quoque nos maximè vrgere debet, quòd Deum, cui astamus, non animo & spiritu solo, sed & corpore & membris colere debemus. Si quando cum Principibus viris acturi ad terram vsque nosmet inclinamus, capite reuerenter detecto, vestibus decenter compositis; cur Deo altissimo, à quo remissionem peccatorum & æterna dona exquirimus, & expectamus, quo cum agimus de cultu ipsi debito, vix genua flectere, & capita

Deus colendus à nobis spiritu & corpore.

capita inclinare dignabimur ? Factum istud (verbis vtar Tertulliani) irreligiosissimum est. Confundat nostras irreuerentias humilitas & reuerentia Christi Domini, qui Patrem oraturus in horto procidebat in terram, non autem tantùm se inclinabat. Si medicus prostratus orat, non inclinabitur ægrotus ? Iudex orat cum reuerentia, & orare cum reuerentia dedignabitur iudicandus ? Orat Deus creator genibus & corpore prouolutus, & creatura vilis stans erecto capite orare audebit ? Proh scelus ! Discamus aliquando à personis sanctitate insignibus humilem reuerentiam, & reuerentem humilitatem, quando agendum est cum Deo in oratione. Magdalenam profero postulaturam veniam peccatorum & indulgentiam, quam obtinuit omnium culparum plenissimam, ita vt meruerit audire, *Remittuntur tibi peccata* tua, *vade in pace*. Aduertamus quanta cum reuerentia & humilitate accessit ad orandum. Hæc refertur à sancto Euãgelista, non ante faciem, sed post tergum Domini ad illius pedes prouoluta, non verbis, sed lacrymis exorans. Stephanum item Leuitam præclarissimum subiicio, qui pro inimicis veniam exoraturus dicens, *Domine ne statuas illis hoc peccatum*, genua posuit, vt maiori exoraret reuerentia. Hæc exempla nos vrgeant & incitent, vt emendationem aliquando amplectamur ; & qua par est deuotione & reuerentia Deum nostrum adeamus, qui sicut irreuerentiæ defectus detestatur, ita reuerentiæ actus diligit ac copiosè remunerat.

Tertul. lib. de Orat. cap. 12. *Christi Domini oran-tis reuerentia.*

D. Mariæ Magdalenæ & D Stephani mira reuerentia ad Deum. Lucæ 7.

Actor. 7.

CAPVT XVI.

De defectu eorum qui vocibus parcunt in choro.

Hymnodiæ vsus Deo carus, & cantantibus vtilis.

OPVS Hymnodiæ ſicut Deo ſummoperè placitum eſt, ita pſallentibus plurima afferre beneficia dignoſcitur, quando opportunis expleatur conditionibus, quemadmodum oſtendit Pſalmographus inuitans mortales ad operis exercitium dicens: *Laudate Dominum, quoniam bonus eſt Pſalmus.* Bonus, inquam, pſallentibus, qui dum laudantes inuocant Deum, plurimas tum à Deo tum à Pſalmis hauriunt vtilitates. en bona à Pſalmorum cantu prouenientia. *Deo noſtro ſit iucunda decoraque laudatio.* en conditiones cantui opportunæ. Quaſi dixerit Dauid, nil eſſe Deo tam carum atque mortalibus tam vtile, quàm opus laudationis diuinæ ritè & rectè expletum. Verùm ſi deſint conditiones iſtæ, ſi nimirum deſit iucunditas & decor, opus iſtud, quod placitum erat ac vtile, redditur haud gratum, imò inutile. Iucunditas deeſſe dicetur, quando nulla adſit cordis aut attentio aut deuotio interior. Decor deerit, ſi vocis corporiſque exterior compoſitio non adhibeatur. Iucunditas ad animum ſpectat internum, decor verò ad corpus externum.

Pſal. 146.

Guilielm. apud Martin. Delr. in Cant. c. 6. Sect. 6.

Quidam pius Doctor expendens has conditiones iucunditatis & decoris à Dauide requiſitas in Dei laudatoribus, poſtquam dixit iucunditatem ex deuotione cordis, decorem ex munditia conuerſationis venire, ait quatuor genera pſallentium

tium Deo reperiri; alios nimirum, qui iucundè & decorè simul laudant Deum, & hi sunt, qui & munditiam conuersationis & cordis habent deuotionem; alios verò, qui nec iucundè, nec decorè, sed inaniter admisti psallentibus dant sine mente sonum; alios, qui decorè, non iucundè, qui conuersatione sunt mundi, sed carent deuotionis alacritate; alios tandem, qui iucundè, non decorè, quia vita indecori, Deum tamen laudant indeuotionis hilaritate. Ad hoc vltimum genus spectant, qui psallunt parcentes vocibus, ne defatigentur: nam licet haberent internam deuotionem, Deo tamen non tribuunt vocem externam, quam possent; hi autem grauiter errant, nec Deo placent, nec suo muneri satisfaciunt.

Psalmorum cantus laborioſus eſt.

Errant quidem, putantes Hymnodiæ vsum posse ritè ac perfectè expleri absque labore. Laboriosa res est cantus in choro oblatus, quia requirit vocem altam, claram & concinnam. Hinc Dauid hortabatur dicens: *Benè psallite ei in vociferatione.* Vbi expendenda est illa dictio *vociferationis*, quæ importat vocis exaltationem & conatum. Psal. 32.

Cantus validitas ex cordis feruore naſcitur.

Nouerat sanctus Rex, Deum maximè delectari nostris vocibus altis; non quia Deo sit necessaria vocis contentio, vt ipse queat audire, sed quia ortum habet vocis clamor altus, sed concinnus, ex cordis magna deuotione. Vbi cordis viget deuotio, ibi vocis adest decens conatus & exaltatio. Considero ad hanc rem laudes illas tam celebres ab Angelis Seraphicis Deo oblatas in cælis, quas audiuerunt Isaias Propheta in veteri Testamento, & Apostolus Ioannes in nouo, & post hos etiam diuus Ignatius Episcopus & Martyr illustris. De his dicitur ab Isaia: *Clamabant alter ad alterum.* Isaiæ 6.

rum. en vocis exaltatio in clamore ſita. A D. Ioanne dicitur: *Requiem non habebant.* en perſeuerãtia clamoris. Obſeruandum eſt, quòd iſti cantores Seraphim erant, qui ab ardore nomen obtinuerunt. Quia igitur ardent, idcircò concinunt, concinentes clamant, clamantes non defatigantur in opere diuinarum laudum. Ardor omnem tollit laborem, excitat clamorem, tuetur cantum. Ardor adſit, tunc benè pſalletur in vociferatione, iuxta Dauidis exhortationem, à qua diſtant valdè, qui ſicut inuiti accedunt ad Hymnodiam, ita pſallunt frigidè ac remiſsè, voci parcentes, ob timorem tum laboris, quem patiuntur, tum offenſionis, quam capiti aut ſtomacho dubitant euenturam.

Ioan. 4.

Seraphim vnde dicti.

Cantus Angelorum validus eſt, & altus.

Cantum in choro omittentes plurima damna patiuntur.

Quando dæmon nec poteſt quoſdam à choro auertere, nec mente ab oratione & à Deo abſtrahere, ſaltem conatur ſub aliquo titulo apparenti à communi cantu remouere, illis ſuadens, vt verſus alternos ſui chori ſubmiſſa recitent voce, alios verſus alterius chori audientes. Qua arte auferre conſueuit dæmon præcipuum fructum, qui à cantu chori ſolet prouenire rectè pſallentibus. Duo genera bonorum ex cantu communi in choro poſſunt haberi. Alterum ſpirituale, quod omnibus pſallentibus, tam Regularibus quàm non Regularibus, poteſt eſſe commune. Alterum temporale, quod ſolis ſtipendariis conuenit. vtrumque ſæpè aufertur à diabolo. Quæ duo genera bonorum nunc explicabo latiùs, vt cognoſcatur quanta ſit quorumdam amiſſio & iactura, dum vocibus parcunt.

Pſallentiũ iuſtorum meritum.

Bonum ſpirituale cantantibus in choro paratum, eſt meritum, quod labori canentium, ſi in gratia

gratia existant, respondet. Sicut enim labor iste gratus est Deo, cui offertur; ita Deus, qui omne opus bonum à mortalibus iustis sibi præstitum largè remunerat, gratia suæ benignitatis eos cumulare volens, præter gratiæ augmentum, quod statim concedit, largiri aliquando solet alacribus varias spiritus consolationes, quæ pignus exhibent futuræ gloriæ. Modò enim per Angelos suos, modò per suam sanctam Genitricem, modò per seipsum dignatus est visitare psallentes; quemadmodum quibusdam sanctis viris concessum est non semel videre, & cognoscere. Refert Cæsarius visam aliquando esse sanctissimam Deiparam inter psallentes descendere; & chorum cum filio inter brachia circumiens, vbi, quos alacres ad cantum reperiret, benedicebat, quos verò tepidos aduerteret, statim pertransibat. Aliquando eamdem Deiparam visam esse cum pixide in manibus cælesti electuario plena, quo recrearet deuotos alacresque psallentes, omittens frigidos ac remissos. En primus fructus à dæmone ablatus, dum in aliquibus, ob vanum timorem, impedit cantum alacrem. In primis ille meriti gradus, labori & alacritati cantus paratus, amittitur. Præterea iustè Deus priuat istos ea consolatione, quam generosis concedit canentibus: quia consolationes Dei non meretur, qui laborem vitat cantus diuini: nec dignus est participare aliorum fructum, qui cum iisdem non communicat in labore. Lætatur hostis malignus, videns ab vno saltem ablatum, quod nequit auferre ab omnibus.

Visitat Deus pios psallentes.

Cæsar. l. 7. c. 12. & 48.

Alterum bonum temporale, seu meliùs dixerim spirituale, ortum tamen à temporali, quod

Distributionum amissio quibus accidat.

aufert dæmon multis, est circa stipendium distributionum, quod percipitur ab istis, qui ad chorum conuenientes non cantant, sed tantummodò submissa legunt voce. Nisi cantent eo meliori quo possunt modo, ij nequeunt iustè recipere stipendia cum aliis cantantibus diuidenda, secundùm communiorem & veriorem Doctorum sententiam. Nam licet huiusmodi recitationes submissæ satisfaciant debito diuini Officij recitandi, quod vnusquisque habet obligatus vel ratione Ordinis sacri, vel ratione beneficij, non tamen satisfacit obligationi chori, cui inseruit. Ordinata sunt stipendia, vt choro inseruiatur non sola assistentia, sed cantu Psalmorum; quemadmodum Iura declarant. Quod etiam rationi conforme existit. Sicut enim choro inseruientes socij esse debent in stipendiorum perceptione; ita socij esse debent in communicatione vocis, vt societatis natura & conditio seruetur, quæ exigit communicationem bonorum. Qui non communicat in labore, neque potest iustè communicare in perceptione stipendij. Si quis auaritia obcæcatus percipere voluerit stipendia, quando non cantauit, tunc dæmon lætatur, quia hunc irretiuit graui culpa contra Iustitiam cum onere restitutionis, quæ numquam dimittitur, nisi cum effectu perficiatur, iuxta vulgatum proloquium: *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur malè ablatum.*

Clem. 1. de Celebrat. Miss.

L. 1. ff. Pro socio.

Restitutionis onus non dimittitur, nisi cum effectu perficiatur.

Neque excusandos censeo Canonicos, qui huic obligationi chori facere satis putant, dum Capellanos & Mansionarios, qui cantant, substituunt. Nam Canonici, nisi aliter consuetudo legitima, vel Ecclesiæ statutum, vel fundationis lex suadeat, tenentur, iusto cessante impedimento, psallere,

Io. Petrus Monet. de Distr. quotid. p. 2. q. 2. num. 43.

psallere, & canere alternatim in choro; ne de illis verè dici queat: *Os habent, & non loquuntur*, quod de simulacris argenteis aureisque pronunciabat Psalmographus. Non enim stipendia dantur propter solam præsentiam Canonicorum, qui numerum augeant, & alios audiant, sed propter Officium simul cum aliis psallendi. Sicuti operarius in vineam non conducitur, vt assistat & videat, sed vt in ea operam suam impendat. Psal. 113.

Psallentes vocem habentes impeditam lucrantur stipendia.

Duo aduertenda hîc sunt. Alterum est, quòd hæc conditio cantandi, quam dicimus necessariam vt chori obligatio expleatur, locum habet in eo qui voce pollet apta ad canendum: si enim aliquo naturali impediretur accidente, satis esset, si studeret communicare sociis, quod potest, modò aliàs canere soleret. Nam sicut defectus vocis non est culpabilis, ita conditio censetur in Iure pro impleta, quia per ipsum non stat, qui implere debet. Hoc decorantur priuilegio alacres psallentes, qui tempore sanitatis vocem suam aliis communicare minimè omittebant, vt, morbo adueniente linguamque impediente, possint lucrari distributiones. Hoc beneficium aliis vocem suam choro subtrahentibus tempore sanitatis iustè denegatur, quamuis idem impedimentum istis ex accidente superueniat; quia non infirmitas, sed amor sui hos à cantu subtrahere iustè præsumitur.

Regula, Cùm non stat. de Reg. Iur. in 6.

Cantus inconditus vitandus in Templis.

Alterum est, quòd non ideò debent psallentes canere inconditè & inconcinnè, altiùs extollendo vocem quàm par sit. Iste cantus inter defectus & vitia connumeraretur, vitiumque esset directè oppositum submissæ recitationi. Sicut qui vocibus parcit, & recitat submissè, haud

gratus est Deo, & dæmonibus obsequitur; ita in idem incidit vitium, qui tumultuosè & inconcinnè canit, quia non obseruat conditiones cantus Ecclesiastici: debet enim esse iucunda decoráque laudatio, vt dicebamus cum Dauide. Hinc Theophylactus, expendens illud monitum Apo-
Coloss. 3. stoli Pauli circa Hymnorum cantum, *In gratia cantantes in cordibus vestris Deo*, explicat illam dictionem, *in gratia*, id est cum gratia & venustate, vt cantus & pius & suauis reddatur, & magis placeat Deo. Cantent igitur psallentes in choro, nec voci parcant, sed concinnus sit cantus, benè psallant Deo in vociferatione; exultabunt enim tunc labia psallentium, cùm cantauerint Deo his conditionibus.

CAPVT XVII.

De defectu eorum qui studiorum negotiorúmve prætextu abstinent ab Hymnodia communi in choro.

VT quidam se tueantur à chori frequentia, & à communi cum aliis Hymnodia, & alios etiam auertant, eò deueniunt, vt chori vsum non solùm non laudent, sed apertè vituperent verbis non tam à virtute quàm à veritate prorsus alienis, dicentes, literarum studiosos, & altioribus operibus destinatos, ob maiestatem & pondus occupationis non esse choro deputandos; cùm huic seruitio satis superque possint facere simplices, illiterati, & inutiles. Huic errori intolerabili, ne serpat inter fideles, occurrendum est ratio-

Chori dignitatem minuentes non audiendi.

nibus

nibus & exemplis, vt cognoscatur, chorus tam doctis quàm idiotis esse conueniens, nec opera impedire egregia.

Studiorum extraordinaria occupatio potest excusare à diuini recitatione Officij.

Noui, ante omnia, dari posse extraordinarias studiorum occupationes, quæ aliquando à choro excusent, imò & ab omnimoda alicuius diei recitatione diuini Officij. Vti si alicui Scholastico immineret publica lectio, quam sine iactura aut propria, aut aliorum omittere non potest. Vti si Concio publica habenda esset, quæ non sine aut scandalo, aut damno, siue proprio siue populi, posset prætermitti. In hisce euentibus conceditur à Doctoribus, quòd quis possit ab Horarum recitatione excusari, idque ex benigna Ecclesiæ matris intentione, quæ non præsumitur cum tanto discrimine obligare. Verùm duo hoc loco sunt aduertenda. Alterum est, detrimenta & damna quæ timentur debere esse realia, non imaginaria, grauia, non leuia; idcircò vnusquisque debet suæ consulere conscientiæ, ne decipiatur. Alterum est, hanc priuatam recitationem excusari, quando illa non potuit anticipatè expleri. Si Concionator, vel publicus Lector summo manè, præuidentes impedimentum futurum, potuissent commodè explere diuini Officij obligationem, non excusarentur à recitatione.

Ab extraordinariè accidentibus non licet desumere legem ordinariam.

Verùm quidquid sit de priuatis recitationibus, de quibus non est hîc institutus tractatus, hæ enim difficiliùs excusantur quàm publica recitatio in choro, quia contingere potest, vt studij occupatio impedimentum afferat assistentiæ chori, non autem priuatæ recitationi; ideò non negarim, dari posse studiorum occupationes, quæ immunitatem exigant aliquando à conuentu in

chorum: nihilominùs non est licitum, nec conueniens, ab his, quæ extraordinariè accidunt, desumere legem ordinariam abstinendi à choro, ob studiorum ordinarias exercitationes & occupationes. Hæc lex repugnaret tum rectæ rationi, tum doctrinæ sanctorum Patrum, tum vsui excellentiorum virorum, qui in scientiis & pietate supremum obtinuerunt gradum. Ratio in primis suadet, Hymnodiæ precationes non solùm non afferre studiis impedimentum aut damnum, sed potiùs congruum & opportunum præbere auxilium. Omnis oratio, siue mentalis siue vocalis, apta dicta est ad obtinendas à Deo maiores illustrationes intellectus, quæ scientiarum acquisitioni sunt necessariæ; nec hactenus ab aliquo Catholico Scriptore dictæ sunt orationes nocuisse literarum studiosis. Nec minùs firma redditur huius rationis vis ex eo capite, quòd eædem precationes expleantur sine cantu ab iis, qui priuatim persoluunt pensum Horarum Canonicarum. Nam si cetera sint paria, efficaciores sunt preces plurium vnitorum, quàm vnius tantummodo exorantis, vt vidimus suprà, cùm de societate cantantium esset sermo. Validiores item sunt precationes cantui coniunctæ quàm sine cantu; quemadmodum haud semel probatum est, & statim quoque subiicio. Quare si plus temporis insumatur in precationibus cantatis quàm in priuatis, id abundè compensatur à maiore precum efficacia, quæ citiùs & copiosiùs exaudietur, ad vtilitatem studiorũ negotiorumq; mox arripiendorum. Doctrina item & vsus præcipuorum Ecclesiæ Doctorum frequentiæ chori admodum fauet: nam insigniores Ecclesiæ Patres non solis

Orationes studia literarum adiuuant.

verbis

verbis & scriptis, sed re & opera chori frequentiam magni æstimarunt. Illustriores tantummodò vtriusque Ecclesiæ, Latinæ & Græcæ, proferam Doctores.

S. Basilius chori frequentiam coluit.

Ex Græcis Basilium offero, qui dies noctesque in sacrarum Literarum contemplatione & studio insumebat, vt Ecclesiam diuinis collustraret doctrinis. Hic sanctus Doctor, sicuti dum vitam ageret cœnobiticam, communis Hymnodiæ cum aliis Monachis frequentiam non omisit, aliis exemplo ostendens, quod ab illis expetebat, & exspectabat; ita eamdem alternatim canendi consuetudinem in vniuersa Ecclesia frequentatam miris celebrat laudibus, viriliterque aduersus hæreticos eam impugnantes defendit, & in Regulis, quas ad informationem vitæ Regularis conscripsit, ex quibus ceteri, qui posteà vixere, Patres Monachorum Institutores disciplinam hauserunt, eam colendam & obseruandam docet.

S. Athanasius chori frequentiæ assiduus.

Huic præcesserat in Ægypto diuus Athanasius, acerrimus Catholicæ fidei defensor, & Doctor præclarissimus, qui in sua Alexandrina Ecclesia adeò aderat sacræ communi Hymnodiæ frequens, vt ab hostibus quæsitus ad necem, nullibi speraretur facilius comprehendendus, quàm in Ecclesia cum suis Clericis psallens. Si ad Ecclesiæ Latinæ Doctores præcipuos recipiamus gressum, en Augustinus in Africa, & Ambrosius in Europa, qui, literarum studiis deditissimi, noluerunt vmquam chori frequentiam remittere. Et sicut vterque hanc alternam canendi piam consuetudinem in suam introduxit Ecclesiam, ita eamdem vterque maxima coluit diligentia: vt hic,

S. Ambrosius & D. Augustinus chori vsum amplexi sunt. D. Aug. l. 9. Conf. c. 7. Idem Sermone 251.

hic, cum plebe sua noctes integras Hymnorum cantum persoluens, se præpararet ad mortem, à Iustina impia Imperatrice hæretica comminatam, vt mox videbimus; ille autem de iis sit aliquando conquestus, qui rerum diuinarum parum studiosi, de nimia Ecclesiastici cantus prolixitate quererentur. Quid, quæso, dixisset sanctus Augustinus, audiens ab aliquibus sua studia literarum nimio & indiscreto zelo laudantibus, appellari chorum inutilibus tantùm ac idiotis, non autem doctis opportunum?

Diuus Bernardus, diuus Thomas, diuus Bonauentura Psalmodiæ in choro studiosi.

Vt etiam propiùs accedamus ad hæc tempora literarum studiis, præsertim Scholasticis disceptationibus, valdè insignia, obuiàm prodibunt clarissimi Theologi, imò Theologiæ suprema lumina, qui chorum dilexerunt, & laudarunt; D. Bernardus, summorum Theologorum Dux insignis, D. Thomas Aquinas, omnium scientiarum lucidissimus Sol, D. Bonauentura, optimarum doctrinarum egregius Pater; omnes, quamuis in maximis conscribendis Voluminibus, in concionibus habendis, in discipulis instituendis tempus & operam collocassent, numquam tamen, nisi grauissima compulsi necessitate, potuerunt ab vsu communis Hymnodiæ abstinere.

Alexandri Saulij ad chori vsum propensio.

De nostro Alexandro Saulio, viro in omni scientiarum genere, Philosophiæ præsertim ac Theologiæ, adeò excellenti, vt omnes studiosi illius temporis ipsius consuetudinem diligerent, quærerent, ac frequentarent; ita vt de ipso scribere licuerit Philippo Zaffiro, primario in celebri Ticinensi Gymnasio Peripateticæ Philosophiæ Professore, quòd fuerit omnium studiosorum deliciæ, dum ait: *Alexander Saulius, vir, ob vitæ integritatem*

Philippus Zaffirus super lib. Annal. poster. Aristot. in Epistola.

tegritatem & singulare acumen ingenij, Deo pariter & hominibus carus. Qui item sancto Carolo fuit adeò carus, vt eius consilio & opera tum in propriæ animæ & conscientiæ regimine, tum in Mediolanensis Ecclesiæ administratione vteretur. Qui in literarum studia tam erat propensus, vt seriò confessus fuerit, se durius nihil passum vmquam esse in nostro Ordine, quàm si aliquando à studiis diuerteretur. Hic vir statas Hymnodiæ horas, dum inter nos viueret, omittere numquam voluit. Creatus etiam Episcopus, tum in Corsica, tum Ticini semper cum suis Clericis ad nocturnum diurnumq; Officium conuenire studuit. Vnico verbo dicam, omnes in sanctitate & scientiis, tam diuinis quàm humanis, insigniores studiosioresque Hymnodiam in choro communem adamarunt, frequentarunt.

Hinc dignoscitur meliùs, doctrinam dicentium, tantùm inutilibus otiosisque hominibus esse destinatum chorum, esse in agro Ecclesiæ prauum semen, ex quo plurima orta iam sunt oriunturque in dies germina defectuum. Hanc doctrinam enim audiunt libenter multi etiam ex Religiosis viris choro addictis, eamque amplectentes, abstinent omnino à conuentu in chorum, ne inter otiosos inutilesque reputentur Religiosos. Quare modò non tantùm ad maius sensuum & libertatis commodum, sed etiam ad maius honoris & dignitatis augmentum expetitur, & exquiritur à nonnullis immunitas à choro. Quod haud parùm lædit ac perturbat sinceram Religiosi status conditionem: nam qui inter Religiosos deberent ratione gradus esse in choro magis frequentes, vt ceteris exemplo præirent, iidem,

Chorum multi sub honoris specie refugiunt.

iidem, vt falsum nutriant honorem, se à choro subtrahunt omnino. Referam hoc loco, quod aliquando vni ex nostris Religiosis, viro in primis graui ac docto, accidisse noui, dum ipse ad Regularium virorum Conuentum accederet, causa inuisendi Religiosum amicum. Is posteaquam ab eo, qui tunc Ianitoris exercebat officium, intellexisset, Religiosum à se quæsitum esse in Conuentu, audiens in Ecclesia eodem tempore decantari Horas Canonicas, putansque eum vnà cum aliis Religiosis, quemadmodum apud nostrum Ordinem est in vsu, choro interesse, monuit Ianitorem, ne eum ab incepto cantu euocaret: nam vel exitum Officij expectare, vel alia redire hora statuerat. Ianitor ad hæc verba, non sine indignationis signo, respondit: Quid isti Religioso cum choro? iste, scias, est vir graduatus & honoratus, redditusque possidet haud exiguos. Ianitor iste, cognoscens suorum Religiosorum ingenium erga chori vsum, probri accepit loco mentionem chori, dum esset sermo de viro gradum inter eos ac redditus habente. O miseram mortalium conditionem! Probri loco haberi conspicimus, quod deberet dignissimum æstimari viro ingenuo, veræque virtutis, quam sequitur verus honor, cultore. Quicumque hac falsa pulsantur suspicione, à falsa illa doctrina seducti, frequentent ex animo illam ad Deum precationem Dauidicam: *Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum.* Hæc precatio sicut ad rem est opportuna, ita poterit esse vtilissima. Verè suspicantur isti homines honoris iacturam, vbi honor reperitur egregius; & erubescunt munus, quo deberent vehementer gloriari. Timeo istis

Psal. 118.

Religiosis

Religiosis illam Domini nostri seueram comminationem, quam in Euangelio contra quoscumque sui seruitij contemptores habemus prolatam: *Qui me erubuerit, hunc Filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum.* Depulsisque falsis suspicionibus, expedit doctrinas exemplaque tum veterum tum recentiorum sanctorum virorum tenere, atque æmulari. Lucæ 9.

Psalmodia communis in choro vsus instrumentum est perfectionis.

Si res ista rectè attendatur, cognoscemus, vsum publicæ & communis in choro Psalmodiæ electum fuisse ab Apostolis, & ab iis ad Apostolicos vitæ Regularis Institutores, tam antiquos quàm recentiores, pertransisse, tamquam præcipuum instrumentum ad eam perfectionem obtinendam, ad quam Religiones nituntur. Nam sicut perfectio ista sita est præcipuè in caritate, quæ animum Deo, omnium mentium vltimo fini, vnit, iuxta D. Ioannis Apostoli doctrinam dicentis, *Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo*, quam sequuntur omnes sacri Theologi; ita ad hanc caritatem acquirendam opportunè deseruit communis Psalmodiæ cantus in choro: quia maiori exactiorique diligentia exercentur illi virtutum insigniorum actus, qui à Psalmis offeruntur, nimirum fidei, religionis, spei, amoris, humilitatis, pœnitentiæ, quos descripsimus in primo Libro. Licet iidem actus exerceantur à recitantibus priuatim diuinum Officium; tarditas nihilominùs cantus, societas item cantantium quasdam addit qualitates & conditiones perfectiores, quæ non reperiuntur in simplici priuata recitatione, vti licuit videre in huius Operis progressu. Et sicut Psalmi sunt animi Deum diligentis 1. Ioan. 4. D. Thom. 2. 2. q. 84. art. 1. & 2.

Virtutum actus exercentur in vsu Hymnodiæ.

Priuata diuini Officij recitatio est conditione inferior publico cantu.

tis feruidi affectus, ita dum cantantur excitant animum psallentis ad eosdem dilectionis actus & affectus vehementiores; quemadmodum nouimus euenire inter amantes sæculi, qui dum coram dilectis cantu vtũtur, feruentiorem reddunt mutuum amorem. Insuper hic cantus perfectiorem reddit ipsorum Hymnorum & Canticorum conditionem, ipsius Hymnographi quoque explet consilium, & imitatur exemplum. In primis Hymnorum perficitur conditio, quia Hymni, seu Psalmi, vt vidimus sæpè ex sanctorum Patrum doctrina, exposcunt cantum: tuncque propriè laudes celebrantur diuinæ more Hymnodico, quando cantus adhibetur. Hymnographus item præbet cantus exempla, & hortationes. Exempla quidem sunt omnibus nota. nullum namque Psalmum Deo offerebat nisi cantu; adeò vt asserere ipsi licuerit, quòd nulla alia frequentare solitus esset Cantica, nisi Psalmos circa diuinam legem: *Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.* Sæpè item cantui adiungentem psalterij & citharæ pulsationem comperimus: *Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Deus psallam tibi in cithara, sanctus Israël.* Si consilia attendimus, audiemus exigentem ab omnibus iugem hilaremque cantum: *Cantate, & exultate, & psallite. Cantate Deo, Psalmum dicite nomini eius.* Aliquando etiam narrantem nocturni diurnique cantus merita præclara coram Deo: *Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime; ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem; in decachordo, psalterio, cum Cantico & cithara.* Errant igitur putantes, Hymnodiæ munus

Pſal. 118.

Pſal. 56. & 107.

Pſal. 71.

Pſal. 97.

Pſal. 67.

Pſal. 91.

eadem

eadem posse in Ecclesia Dei expleri perfectione per simplicem priuatam recitationem, qua expletur per cantum: nam, ceteris paribus, cantus addit maiores perfectiones Hymnodiæ quàm priuata recitatio habeat; magisque conducit ad diuinæ caritatis actus siue assequendos, siue exercendos, siue augendos, quàm priuata recitatio, vt Libro vidimus primo. Lib. 1. c. XII.

Hinc, dum inter probatiores Ægypti Monachos ageretur de hac caritatis perfectione, ad quã, tamquam ad scopum, diriguntur ceteræ Religiosorum actiones & studia, Abbas Moses, vir apud eos, ob præclaras virtutum animique dotes, maximæ auctoritatis, enumerans media opportuniora ad caritatis acquisitionem directa, recensebat vigilias, dicens: *Ea quæ sequentia sunt, id est, ieiunia, vigiliæ, anachoresis, meditatio Scripturarũ, propter principalem scopum, id est puritatem cordis, quod est caritas, nos conuenit exercere.* vbi tradere pergit, his actibus, quasi gradibus, animum ad perfectionem caritatis conscendere. Imò eædem vigiliæ, tamquam instrumenta præcipua Apostolici ministerij, suadebantur ab Apostolo Paulo primis Ecclesiæ fidelibus, qui ad Euangelicam nitebãtur caritatis sublimitatem. Postquam enim dixit, *Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros*, tradere volens instrumenta ad hunc scopum opportuna, inter alia posuit, *in vigiliis*. At, quæso, quid erant istæ vigiliæ ab Apostolo propositæ, & à Religiosis obseruatæ, nisi synaxes ad Deum colendum variis precum piarum actionibus, præsertim Psalmorum cantu deuoto? Profero ad hanc rem quæ ab vtriusque Ecclesiæ, Latinæ & Græcæ, præcipuis luminibus enarrantur, nimirum à D. Basilio,

Apud Cassian. Coll. 1. c. 7.

2. Cor. 6.

Vigiliarum obseruãtia Psalmodiæ cantu explebatur.

acerrimo sacrarum vigiliarum vindice in Orientes & à D. Hieronymo, præclarissimo earumdem vigiliarum defensore in Occidente, & à D. Augustino, insigni ipsarum laudatore. D. Basilius sic ait:

D. Basil. Epist. 63. ad Cleric. Neocæsar.

Ad id verò, quòd propter Psalmodias accusamur, quare potissimùm simpliciores perterrefaciunt, qui nos traducunt, hoc habeo quod dicam, quòd videlicet, qui iam obtinuerunt ritus, omnibus Ecclesiis Dei concordes sunt, & consoni. De nocte si quidem populus consurgens, antelucano tempore Domum precationis petit, inque labore, & tribulatione, ac lacrymis indesinentibus, confessione tandem ab oratione surgentes, ad Psalmodiam instituuntur.

D. Hier. Ep. 53. ad Rip.

D. Hieronymus etiam, præter ea quæ scribit ad Riparium, vt confutaret Vigilantium, quem potiùs dicit appellandum Dormitantium, quia magnus erat sacrarum vigiliarum hostis, scribens ad Sabinianum hæc ait: *Tota Ecclesia nocturnis vigiliis personabat Christum Dominum, & in diuersarum gentium linguis vnus in laudibus Dei spiritus concinebat.* Insigne tandem eidem rei præbet testimonium D. Augustinus in suis ad Deum Confessionibus. huius verba Doctoris libentiùs

D. Hier. Ep. 48. ad Sabinian. cap. 3.

D. August. l. 9. Conf. c. 7.

describam, quia multas exhibent vtilitates. *Annus erat*, ait sanctus Augustinus, *aut non multò amplius, cùm Iustina, Valentiniani Regis pueri mater, hominem tuum Ambrosium persequeretur haresis suæ causa, qua fuerat seducta ab Arrianis. Excubabat pia plebs in Ecclesia, mori parata cum Episcopo suo, seruo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua, sollicitudinis & vigiliarum primas partes tenens, orationibus viuebat. Nos adhuc frigidi à calore spiritus tui, excitabamur tamen ciuitate attonita atque turbata. Tunc Hymni & Psalmi vt canerentur*

Nocturna vigilia à D. Monica frequentata.

rentur secundùm morem Orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabesceret, institutum est; & ex illo in hodiernum retentũ, multis iam ac pænè omnibus gregibus tuis, & per cetera orbis imitantibus. Ex his tanti Doctoris verbis Primò constat, nocturnas vigilias nõ solùm fuisse à D. Aug. approbatas, sed etiam à D. Ambrosio ad æmulationem Ecclesiæ Orientalis celebratas. Deinde, ad ipsas conuenire solitos fuisse, præter Clericos, etiam omnis generis fideles, præsertim sanctiores, vt de sancta Monica asseritur. Tertiò, falsum esse & commẽtitium, quod circumfertur sub nomine D. Augustini in Sermone ad Fratres de Eremo, fuisse scilicet has vigilias à beato Ambrosio abrogatas ob abusus eo tempore iam cœptos, cùm asserat D. Augustinus, eas tunc maximè floruisse, imò auctas esse. Tandem, Psalmodiam animos mortalium præparare ad martyrium fortiter subeundum, & in virtutis officio hilares conseruare fideles. En vigiliarum obseruantia quid esset apud Apostolicos viros; & quæ tunc erat apud omnes fideles, quia omnes perfectioni studebant, eadem nunc viget apud ordines Religiosos obseruantia vigiliarum. Hinc summi Pontifices, ad quos Religiosorum Ordinum spectat approbatio in Ecclesia Dei, cognoscentes, Psalmodiam communem in choro esse præcipuum instrumentum Religioso annexum statui, maximè aptum ad caritatis assecutionem, non solùm illius vsum ab omnibus Ordinibus iam receptum semper approbarunt, sed etiam, si aliquis Ordo censuit sibi futuram magis opportunam ab huiusmodi munere immunitatem, eam, tamquam extraordinariam, speciali suæ benignitatis

& auctoritatis indulserunt priuilegio; quemadmodum Societati Iesu in prima Ordinis approbatione indultum fuisse videmus à sanctissimo Pontifice Paulo III. qui ei concessit priuatam tantummodò diuini Officij recitationem. eamdemque gratiam ipsi Societati confirmarunt successores Pontifices. Hoc indulto non esset opus, si Religioso statui non esset maximè coniunctum munus psallendi commune in choro. Priuilegia namque, seu indulta, conceduntur ad derogationem alicuius Iuris siue scripti, siue non scripti. Non igitur asserenda est res leuis chori frequentia solis inutilibus apta. *Nobilis enim & seria res est* (rectè concludit Homobonus) *hæc actio ad Dei cultum & obsequium spectans, ab innumeris viris sanctitate & doctrina præclaris, & ad maxima quæque obeunda natis & aptis frequentata.* Prosequitur ibi pius grauisque Doctor eamdem materiam, expenditque chori psalmodiam rectè à D. Benedicto fuisse appellatam, Opus Dei præstantissimum; quia ad Dei cultum & veneratione institutum est, & ab ipso Deo per Ecclesiam tamquam præcipuum opus ordinatum. Hinc chorus à Patribus Concilij Tridentini dictus est ad psallendum institutus, vt Hymnis & Canticis Dei nomen reuerenter, distinctè deuoteque laudetur.

Paul. III. Constit. Regimin. an. 1540.

Homob. de Exam. Eccles. p. 3. Tract. 14. c. 3. q. 20. sup. 3.

D Bened. in Reg. c. 43

Con. Trid. Sess. 24. c. 12.

Tantum itaque abest, vt vsus publicæ Hymnodiæ sit aut litterarum studiis, aut Concionum muneri, aut animarum directioni, aut infidelium conuersioni, aut quibuscumque aliis præclaris muneribus exercendis contrarius, vt potiùs iisdem occupationibus sit maximè carus & vtilis. Nam ante & post litterarum studia, ante & post con-

conciones, ante & post Sacramentorum ministerium, ante & post fidei doctrinam, publicè hilariterque colitur Deus, inuocatur Deus, laudatur Deus, benedicitur Hymnis & Canticis Deus, à quo felix omnium actionum expectatur & obtinetur euẽtus. Experientia itẽ teste cognoscimus, prædicta munera cumulatissimè expleri ab Ordinibus chori vsum profitentibus. Si in re literaria id velit quis manifestè videre, is primùm respiciat Ordines omnes antiquiores vitam profitentes Monasticam, qui dubio procul sicut fuerunt publicæ Hymnodiæ egregij cultores, ita à cordatis viris dicti sunt seminaria omnium bonarum disciplinarum; ex quibus illustriores Episcopi Doctoresque Ecclesiæ primarij, Basilius, Ioannes Chrysostomus, vterque Gregorius, Nazianzenus & Romanus, Hieronymus, Anselmus, vnico tandem verbo, sanctiores insignioresque Ecclesiæ Pontifices & Præsules prodiere. quod optimè adnotatum fuit à spectatissimo æternaque digno memoria Cardinali Cæsare Baronio in suis Ecclesiasticis Annalibus. Si autem vis fiat in iis literarum studiis quæ exteris communicantur, aperiendo scilicet Scholas ad publicæ rei commodum, in quibus variæ tradantur scientiæ & disciplinæ, possumus, omissis antiquioribus, afferre, quæ hisce temporibus feliciter explentur ab Ordine nostro Paulinorum. Hic multis in locis intra & extra Italiam publicas omnium ferè disciplinarum Scholas iuuentuti erudiendæ aperuit, haud sine magna ciuitatum vtilitate, nihilominùs ibidem publica in choro minimè omittitur Hymnodia, sed ea sustinetur quotidiana. Si ad Concionatorum insigniorum quærendam co-

Baron. an. 328.

piam quis animum conuertat, insigniores copiosioresque cognoscet ex Ordinibus chori vsum habentibus prodire. Vt in hac re aliquid significetur peculiare, vnum profero Ordinem Capucinorum S. Francisci, qui licet extremæ vitæ austeritati addat iugem chori diurnam nocturnamque frequentiam, nec quemquam Religiosum patiatur ab ea esse immunem, tot nihilominùs exhibet egregios Concionatores, vt quis ignoret excellentiámne eorum, an numerum miretur. Si animarum regimen spirituale & infidelium conuersionem considerare quis velit, en mundus ipse loquetur, qui longa multorum sæculorum serie non cognouit, nisi Religiosos choro addictos aut Monachos, aut Clericos, à quibus semper directi sunt felicissimè quicumque erant propriæ salutis studiosi, quiq; ad sanctitatis culmen in quocumque alio statu haud pauci peruenere: loquentur summorum Pontificum Diplomata & Constitutiones approbantium Ordines vitam mixtã profitentes, qui asserunt, huiusmodi Ordines esse Episcoporum adiutores, vt Sacramentorum ministerio & verbi Dei prædicatione rem promoueant animarum. Infidelium item conuersioni tanto ardore operam præstitere omni tempore iidem Ordines, vt, tamquam veri Apostolici Collegij imitatores, omnem terram fidei verbo excolendam suscepisse dici possint. Huic rei luculentissimum præbebit testimonium Diploma Innocentij Papæ IV. ad Religiosos diui Dominici directum, in quo numerus recensetur Prouinciarum, quas hic solus Ordo susceperat in Catholica fide erudiendas: nam ibi longus earum Prouinciarum contexitur catalogus, nempe Saracenorum,

Capucinorum sancti Francisci Concionatores insignes.

Ordines Regulares sunt Episcoporum adiutores.

rum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Æthiopum, Syrorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Zicotorum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moſtelitarum, Tartarorum, Hungarorum. Si de recentioribus conuerſionibus libet aliquid videre, perluſtremus oculis mentis eam mundi partem nouiſſimè detectam Chriſtophori Columbi operâ, quæ ob ſuam amplitudinem nomen ſibi promeruit noui Orbis; huic reperiemus primordia noſtræ ſanctæ fidei tradita fuiſſe à Religioſis choro addictis, primùm quidem à Monachis S. Benedicti, & ab alumnis S. Franciſci, qui ab anno M. CCCC. XCIII. ad ea loca nauigare cœperunt, poſteà ab aliis Ordinibus, D. Dominici, D. Auguſtini & Carmelitarum. Imò & ad Iaponiorum propagandam conuerſionem, in qua per annos plures ſoli Religioſi Societatis Ieſu egregiè ac feliciſſimè laborarunt, veſtigia glorioſa S. Franciſci Xauerij, primi illorum Regnorum Apoſtoli, ſequentes, cùm piſcium captura cognita eſſet copioſior, quàm cui ſufficeret ſola prædicta Societas (nec enim tantæ populorum multitudini, quemadmodum nec omnium ingeniis vnicus poteſt Ordo facere ſatis) ſanctiſſimi Pontifices nauem Petri regentes, ſocios tanto operi accerſierunt alumnos Ordinum choro addictorum. Nec fruſtrà fuit vocatum reque ipſa exhibitum iſtud auxilium: licet enim tempore poſteriores Iaponiam hi Religioſi fuerint ingreſſi, non inferiores tamen prioribus fuere & meritis, & fructibus; ſtrenuo namque iſtorum labori vberes ſtatim fructus cœperunt reſpondere, multis ac magnis Prouinciis fidei

Io Bapt. Confect. in Collect. priu.

Chron. S. Franc. Par. 4. l. 5.

Clemens VIII. Cõſtit. 74. & Paul. V. Conſtit. 90. Flau. Chemb. in Compend. Bullar.

prædicationi ac lumini assensum præbentibus. Fructuum tam iucundorum licuit mihi Romæ anno M. D C. XV. degustare partem occasione solemnis legationis, quam ex Iaponia Orientali Idates Masamunes Rex Voxij adhuc cathecumenus, præ eximia lætitia tanti beneficij in suum Regnum inuecti, misit ducibus Religiosis sancti Francisci ad Summum Pontificem Paulum V. vt testaretur tum sanctæ veræ fidei iam cœptam felicem propagationem in suis Prouinciis opera eorumdem Religiosorum sancti Francisci, quos enixè postulabat multiplicandos ad huiusmodi fructuum vberiorem collectionem; tum suum erga Apostolicam Romanam Sedem, quam veram agnoscebat, & supplex venerabatur matrem, obsequium deuotum. En itaque quòd chori vsus nulla egregia impediat facinora.

Ordo in actionibus maxima est vtilitatis. D. Ambr. l. 7. in Luc. c. 11.

Si ordo seruaretur in operationibus quotidianis, tempus diei posset & studiis literarum & aliis etiam virtutum actionibus largè suppetere; & nihilominùs chori disciplina posset frequentari, Vrgere solitus erat B. Ambrosius exemplum Dauidis, qui Hymnodiæ non solùm fuit præcipuus Auctor, sed frequentissimus cultor, ita vt quotidie Deo laudes istas pluries expleret. Expendebat sanctus Doctor illa Regis istius verba, *Septies in die laudem dixi tibi*, dicens: *Si ille Dauid, qui erat regni necessitatibus occupatus, septies in die laudem Domino dicebat, matutinis & vespertinis Sacrificiis semper intentus, quid nos facere oportet, qui eò amplius rogare debemus, quo frequentius carnis ac mentis fragilitate delinquimus?* Non admittebantur à S. Ambrosio frigidæ illæ ex-

Psal. 118.

excusationes prætextu occupationum, quas cau- *Occupationes studiosum non debent à chori vsu excusare.*
santur isti qui se ab oratione subtrahere volunt. equidem coram Deo, qui nouit consilia cordium, quot inuenientur non modicæ culpæ rei, quia orationi & Hymnodiæ non vacarunt. Nónne & Daniel in administratione Imperij Persici multis grauissimisque distinebatur necessariis occupationibus? & nihilominùs consuetudinem pluries orandi in die numquam omisit, etiam si vitæ immineret periculum; sed statis horis, omnes seponens occupationes, se ad orandum recipiebat. Quo exemplo S. Chrysostomus pungere solitus erat eos, qui, ob quamcumque occupationem, facilè se ab oratione subtrahunt. Dico igitur, quòd si vnusquisque vitæ mixtæ Religiosus vir rectè disponeret quotidianas quas habet occupationes, tempus non deficeret studiis literarum, etiam si chori vsus frequentaretur statis psallendi horis: ideò inter monita quæ tradit S. Hieronymus suæ Eustochio, illud fuit præcipuum, vt diuisas orandi horas haberet, quibus aduenientibus omnem aliam dimitteret occupationem atque operationem.

D. Chrys. Hom. 7. ad Pop. & l. 1. de Orand. Deum.

D. Hier. Ep. 22. ad Eustoch.

Huius ordinatæ temporum & actionũ distributionis illustre nobis tradidit ac reliquit exemplum B. Thomas de Villa-noua, qui proximo superiori sæculo vixit, vir summæ eruditionis & sanctitatis, nouum præclarum Sidus Ordinis Augustinianensis, qui sicut insignis Theologiæ extitit Doctor, literarum studiis impensè addictus, ita diei horas quinque præcipuis spatiis distinxerat opportunis consumendas occupationibus, nimirum Altaris, Chori, Cellæ, Bibliothecæ, & Valetudinarij. En quot sibi sanctas & op-

B. Thomæ de Villa-noua præclara temporis & operationum partitio.

Paul. Fraxin. in Vita c. 2.

portunas ad Religiosum institutum præscripserat occupationes vir virtutis amator, ne vnquam otiosus reperiretur. Temporis spatium ad Sacrificij in Altari deuotam oblationem deputarat; in Choro, ad orationem & Hymnodiam; in Cella, ad rerum spiritualium lectionem & meditationem; in Bibliotheca, ad literarum studia; in Valetudinario, ad caritatem infirmis præstandam siue opera, siue saltem præsentia, ac sermonibus aptis. Quæ occupationes, vt maiori explerentur merito, fuere à beato viro quinque Iesu Christi plagis & cicatricibus assignatæ. Hinc meliùs cognoscitur, quòd chorus non otiosis & inutilibus, sed otij osoribus est aptus. Otiosi accedunt inuiti ad chorum, cum tædio & stomacho Hymnos cantant; at generosi animi communem diligunt, & colunt, & omni diligentia frequentant Psalmodiam, vt otium arceant, & plurima gratiæ beneficia ad virtutis perfectionem inde expectant.

Otij osores chori frequentiam euentur.

Addo tandem, neque ex hac chori sancta frequentia aut impediri, aut remitti insigniores Ordinum Regularium communes obseruantias. Nihil præsertim remitti est necesse de Religiosæ paupertatis rigore, quamuis non defuerit scriptor siue plus iusto timidus, siue immunitati chori nimis addictus, qui huic præstantissimæ virtuti aliquam inferri læsionem asserüerit in Ordinibus chorum habentibus. Contra quam positionem exclamat absque voce praxis omnino opposita apud præclaros viros Religiosos obseruata. Multi in Ecclesia Dei florent Ordines Regulares rigorosissimum illum paupertatis voluntariæ gradum tuentes inuiolatum, quo nullus Religiosus permittitur sibi aliquid quærere, aut ac-

acquirere, nec vllo modo habere, sed cuilibet suppeditantur omnia necessaria ex communibus vel redditibus, vel eleëmosynis, siue sponte oblatis siue collectis, qui nihilominùs chorum numquam omittunt, aut remittunt. Multorum huiusmodi Ordinum supperetrent ad hanc rem exempla opportuna, quæ, si singula percensèrentur, prolixam nimis redderent narrationem. Suggerere sit satis tantùmodò tres illos Ordines, quos circa initium sæculi proximè elapsi ferè simul approbatos diximus in principio huius Operis, in quibus videre licebit tres distinctos Religiosæ paupertatis gradus, nempe Theatinorum, qui tantùm eleëmosynis sponte oblatis viuentes, illas à fidelium pietate expectant; Capucinorum, qui, Apostolicæ vitæ generosi æmulatores, arctissimam profitentur paupertatem ac veram mendicitatem; denique Paulinorum, qui communia quidem possident bona (ad formam deinde in Oecumenico Tridẽtino Concilio approbatam) sed nullus in eis potest habere ius aliquod nec proprietatis, nec vsus. Imò & concessio vsus refertur in hoc Ordine omnino ad arbitrium Superiorũ, ita vt nullus re aliqua vti possit sine eorum concessu, multoque minùs de iis disponere quæ vtenda accepit. Quare quæ quisque habet, paratus est singulis momentis eorumdem Superiorum nutu relinquere, vti grauiter cauetur in nostris Constitutionibus, quæ Deo annuente sunt in viridi obseruantia. Isti Ordines singulis Religiosis suppeditant necessaria, nec quidquam illis patiuntur deficere, nisi quatenus ipsa ratio virtutis exigit à vero paupertatis amatore, quod se aliquando exerceat in tolerandis etiam

Conc. Trident. Sess. 25. c. 3.

Constit. l. 2. c. 3.

etiam rerum necessariarum defectibus, vt melius se ipsum cognoscat, ac comprobet verum pauperem affectu & effectu; nec tamen chori desunt frequentiæ, sed eam colunt feruentiùs, vt Deus, à cuius singulari benignitate cognoscunt sibi tam largè prouideri, laudetur, atque celebretur. Si apud aliquos Religiosos minimè seruetur idem sanctæ paupertatis rigor, id non obligationi chori, sed aliis adscribetur causis à viris prudentibus, quas hoc loco commemorare non expedit, cùm ad præsens non pertineant institutum.

CAPVT XVIII.

De variis defectibus tam in ingressu quàm in egressu Hymnodiæ occurrentibus.

Initij qualitas bona progressum feliciorem promittit.

QVEMADMODVM bona ingressus conditio magnam suggerit spem felicioris progressus, iuxta Antiquorum Axioma,

Dimidium facti qui benè cœpit habet,

sicut etiam bona egressus conclusio potest operis valorem vel perficere, vel saltē restituere; ita quādo vterq; aut etiam alteruter vitiatur, totū Hymnodiæ opus vitiatum esse oportet. Hinc dæmonis studia & artes maximè conantur circa ingressus & egressus conditionem vitiandam, vti ex diuina benignitate videre aliquando meruit, & audire ab ipso hoste maligno beatus Dominicus, Ordinis Prædicatorum Institutor & Patriarcha egregius. Hic sanctus vir, dum in Conuentu Romano ad S. Sabinam moraretur, obuium habens diabolum, qui Religiosorum quietem variis per-

Fera. Castil. p. 1. l. 1. c. 47.

tur-

turbabat insidiis, eum per Conuentus officinas deducens, cùm ad chorum peruenissent, interrogauit, de qua re suos Fratres ibi tentare studeret, vt tardiùs (respondit) accedant, & citiùs exeant. Qui itaque chori ingressum differunt absque iusta causa, sicut ostendunt se inuitos accedere, ita dæmoni potiùs quàm Deo primitias offerunt chori; aliaque subeunt mala tum apud Deum, tum apud homines.

Damõ chori ingressũ impedire vel saltem retardare conatur, & egressum sollicitat.

Apud Deum non modicam meriti faciunt iacturam: nam Deus, qui hilarem diligit datorem, iustè eos priuat merito quod alacres adipiscuntur, imò & peccant venialiter quidem, si iam cœpta sit Hora quam deinde tenentur complere, vt integrè recitetur diuinum Officium. Apud homines etiam aliquam subeunt iacturam: nam tardus ingressus magnam affert occasionem distractionis aliis cantantibus. Apud priscos Patres Ægypti, si quis Monachus ad Horas veniens diurnas non intrasset ante finem primi Psalmi, excludebatur à communi Psalmodia, & ad fores Oratorij tenebatur stans expectare alios exeuntes, à quibus, humi prostratus, tenebatur suæ negligentiæ vel tarditatis veniam impetrare; quemadmodum refert Ioannes Cassianus, qui hanc moram appellat desidiæ noxam tali pœnitentia expiandam. Nos etiam Clerici Regulares Paulini pœnam à Regula constitutam habemus iis qui tardè ingrediuntur: debent enim genuflexi in medio chori orare per aliquod spatium, antequam ad locum canendi se conferant, si hæc tarditas est ad Horas diurnas; si verò ad nocturnas Horas accidat, & sit iam expletus primus Hymnus, tunc in eodem chori medio positis genibus, bra-

Io. Pet. Monet. de Distrib. p. 2. q. 3. num. 27.

Chorum tardè ingredientibus pœna statuta.

Cassian. l. 3. Instit. cap. 7.

brachia aperta in modum crucifixi tamdiu tenere debent, quamdiu à Superiore venia surgendi fiat aliquo signo.

Ad vitandos defectus tardi ingressus, erit maximè vtilis illa animi præparatio, ad quam peculiari studio niti solent pij psallentes : hi namque campanæ ad diuinum officium incitantis sonum ita recipiunt, ac si Dei ipsius, aut saltem Angeli inuitantis, imò & simul gradientis ad diuinas cõcelebrandas laudes vocem audirent. Huiusmodi præparatio nequit sine dubio moras trahere, sed agilem efficit atque alacrem Psalmodiæ studiosum, totumque hominem componit, vt accuratè ac diligenter chori expleat officia. Hac animi prouisione se ipsum muniebat Venerabilis frater Ioannes à Cruce, alter Discalceatorum Carmelitarum optimus Parens, vt chori frequentiã, quam numquã omisit, opportuno coleret studio. De beato hoc viro scribunt Historiæ fide dignæ, quòd audiens diuini Officij campanam, tãquam Dei vocem (*cui magnum foret nefas*, aiebat ipse, *repugnare, aut moras nectere, sed statim esse parendum, etiam cum iactura ceterarum occupationum*) eam censebat; & hac sancta instructus cogitatione ad chorum incunctanter accedens, diuinas laudes magna absoluebat grauitate ac deuotione. Ad quod institutum libet quoque addere, quòd beatissimo Raymundo, Ordinis Prædicatorum alumno, euenisse legimus. Nam hic etiam sanctus vir sicuti ad sonum campanæ pro diuino Officio, tamquam ad Angeli vocantis iucundissimam vocem, seipsum excitare consueuerat, ita præclaro honoris signo meruit ab Angelo suo custode haud rarò decorari. Nam quamuis Angelorum

Fr. Ioseph à Iesu Maria in Hist. Hisp. lib. 1. cap. 17.

gelorum ſpecies ſit mortalium hominum oculo inuiſa, ille tamen viſibili forma ſe conſpiciendum ſuo Raymundo præbens paulò ante primum campanæ ictum media nocte ad diuinum Officium ſonantem, à ſomno excitabat pium comitem. Hanc Angelicam viſitationem voluit Deus nobis notam, vt vnuſquiſque chori ſtudioſus mente concipiat, ſibi inuiſibiliter ab Angelis ſanctis præſtari, quod propriis oculis cernere Raymundus fuit dignus, & hac ſancta munitus cogitatione ad chorum alacriùs ſe conferre ſatagat.

Petr. Ribad. Par. 2. Flo. Sanct. menſe Ianuar.

Mira ſanctorum Angelorum benignitas erga pios pſallentes.

Vnuſquiſque etiam deberet antè præuidere & præmeditari, quæ ſibi in choro canenda aut legenda obuenient, ne errores committantur, non ſine magna tam alti muneris inordinatione & ſociorum faſtidio. Si Doctores & Magiſtri, qui habere debent publicam aliquam aut orationē aut prælectionem, ſolent priùs priuatim ſe præparare, imò & repetere non ſemel quæ dicturi ſunt, ne offenſionem proprij nominis incurrant; quid par eſt obſeruare pios ac perfectos pſallentes, ſi præſertim legere debent ſiue Homilias, ſiue Prophetias, ſiue ſacras Hiſtorias, quæ in diuino occurrunt Officio, cùm auditores habituri ſint Angelos, & Deum ipſum altiſſimum? Hæc recitandorum præparatio nobis Clericis Regularibus Paulinis magna præſcribitur à Regulis ad chori diſciplinam ſpectantibus inſtantia. Semel ea indicitur Preſbytero Hebdomadario, qui onus diuini ducendi habet Officij: *Paratus accedet, ſciens ſcilicet quale Officium futurum ſit, vt poſteà non erret, vel hæſitet, non ſine diuini cultus iniuria.* Iterùm Lectoribus, quibus ſacri Officij Lectiones in medio

Pſallentes conuenit præuidere & quæ dicturi ſunt in choro.

chori

chori incumbit recitare, dicitur: *Rectè, apte & distinctè legant, vt quæ leguntur, ab omnibus exaudiri & percipi possint. Et ne error vllus in diuinis obsequiis accidat, ne diligentiam præuidendi, quæ legenda sunt, à se desiderari patiantur.*

Neque ab hac præuia diligentia legendi atque præmeditandi ea, quæ sunt in choro publicè ab vnoquoq; explenda, excusantur ij qui sublimioti sunt præditi intellectu. Imò si ij erunt spiritualis perfectionis studiosi, erũt quoq; eò diligẽtiores in hac prẽquisione, quò sunt doctiores. Insigne ad rem hanc omnibus Ecclesiasticis præbuit exemplum Seraphicus Bonauentura, dum quadam die recitaturus in choro Lectionem, mediam tantùm illius legere voluit partem, quam priuatim priùs percurrere & legere sibi per otium licuerat, reliquam dimittens ab alio supplendam. Maluit egregius Doctor haberi aut timidus nimis, aut etiam idiota, quàm vnum erratum, quamuis leue, admittere, quale aliquando etiam doctissimis accidere solet in pronuntiatione præsertim extemporali. Nouerat sanctus vir loci & muneris dignitatẽ, nouerat piorum psallentium partes potiores, quas vel minimè norunt, vel certè nihili æstimãt minùs docti, imò etiam indocti. Ex defectu huius præuiæ diligentiæ, multæ in choro admittuntur inconcinnæ pronuntiationes verum sensum immutantes, risum mouentes, & stomachi fastidium auditoribus gignentes.

Didac. Moril. l. 3. Scalæ.

B. Bonauentura humilitatis exemplum.

Egredientium è choro culpa.

Egressus item plura potest admittere vitia, nisi aduertantur. Qui festinaret egressum ante peractam Horam absque iusta causa, saltem venialem incurret culpam, imò forsan & lethalem, si nimirum omitteretur notabilis pars Horæ, quam

nec

nec suppleret posteà priuata recitatione. Insuper si stipendarius is esset, amittere deberet eo casu distributiones huiusmodi Horæ proportionatas. Grauiùs errant egredientes ab Hymnodia, quando statim ad ludrica & leuia se conferunt. Isti sicut inuiti accessisse cognoscuntur, ita exeuntes animum à Deo alienum ostendunt, dum aggrediuntur ea quæ sunt Dei laudibus valdè contraria. Nihil de cantatis Hymnis aut cogitantes, aut curantes, quasi negotium istud ad ipsos nihil omnino spectet, vtrùm rectè vel malè expleuerint cantum; num item obligationi fecerint satis; num quidquam omiserint supplendum; an debitam habuerint attentionem, dimittunt expendenda Iudici Deo, Angelis item & diabolo, ministris diuinæ Iustitiæ. Huiusmodi psallentibus ego timeo effectum illius seueræ comminationis diuinæ, quam ipsimet, ad propriam condemnationem, haud rarò cantant in Psalmis: *Existimasti iniquè quòd ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Vtinam aliquando resipiscant isti Dei altissimi & suimet immemores infelices, & aurem propriam Dauidis paternæ hortationi exhibeant apertam: *Intelligite hæc qui obliuiscemini Deum, ne quando rapiat, & non sit qui eripiat.* Psal. 49. Ibidem.

Pius ac religiosus diceretur egressus illius, qui, peracto Officio, saltem gratias Deo ageret, quia dignus effectus fuerit offerre Deo laudes, quamuis exiles ac impares, & inter eius laudatores connumerari. Nec modicum censeri debet beneficium, quòd Angelorum suppares reddamur in hoc præclaro Deum laudandi munere. Si rectè expletum sit hoc singulare munus, multiplican- *Gratia Deo agenda post egressum è choro.*

Iacob. 1. dæ ſunt gratiarum actiones, quia *omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt*; vitia autem & defectus à nobis proficiſcuntur. Vtile etiam eſt, poſt gratiarum actionem, veniam petere, & exorare pro admiſſis culpis, ſupplendo tunc temporis, quæ forſan, ob aliquod impedimentum, fuerunt omiſſa in recitatione. Tandem pium eſt, ac expediens, in ſatisfactionem illarum commiſſionum, aut omiſſionum, quæ ex fragilitate præter voluntatem accidunt, offerre Deo aliquem Pſalmum, aut aliam orationem, quæ à Summis Pontificibus ad indulgentiam & gratiam, & ad remiſſionem negligentiarum conſequendam ſint iniuncta. Extat pia Leonis Papæ oratio, quæ recitata poſt diuinum Officium omnes negligentias inuoluntariè admiſſas ſupplet. quæ oratio ſic ſe habet: *Sacroſanctæ & individuæ Trinitati, Crucifixi Ieſu Chriſti Domini noſtri humanitati, & beatiſſimæ ac glorioſiſſimæ Virginis Mariæ fecunditati, & omnium Sanctorum vniuerſitati, ſit ſempiterna laus, honor, & virtus, & gloria ab omni creatura, nobiſque remiſſio peccatorum per infinita ſæculorum ſæcula. Amen. Beata viſcera Mariæ Virginis quæ portauerunt æterni Patris Filium, & beata vbera quæ lactauerunt Chriſtum Dominum. Pater noſter. Aue Maria.*

Culpæ in recitatione admiſſæ ſatisfaciendæ.

Adſunt etiam aliæ orationes ab aliis Summis Pontificibus ad eumdem finem conceſſæ etiam breuiores, occaſione numiſmatum piorum, quas vſurpare pro libito vnuſquiſque poteſt ad vtilitatem animi ſui. Nec deſunt priuilegia varia conceſſa Ordinibus Religioſis, quæ debet vnuſquiſque conſulere ad ſui profectum. Nemo eſt tam perfectus, qui aliquas non patiatur mentis enagationes

Io. Baptiſt. Confect. Collect. priu. tit. 19. cap. 5.

gationes in diuini recitatione Officij : idcircò expedit ſupplere hos defectus meritis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui libentiſſimè communicat vim meritorum ſuorum exorantibus huiuſmodi ſatisfactionem; quemadmodum ipſemet dignatus eſt aliquando declarare ſanctæ Gertrudi virgini electæ & perfectæ, cùm valdè excruciaretur ob mentis euagationes, quas erat paſſa, licet inuoluntariè, ex ſola naturæ imbecillitate. Apparuit tunc huic mœſtæ virgini benigniſſimus Dominus noſter eius Sponſus, obtulitque cor ſuum, quod eſt omnis boni totiuſque felicitatis verus theſaurus, dicens: *Ecce cor meum dulciſſimum oculis mentis tuæ offero; cui omnia, quæ per te minùs perficere potes, fiducialiter pro te perficienda commendabis, ita enim omnia coram oculis meis apparebunt perfecta. Certè ipſum cor meum diuinum, humanam fragilitatem inſtabilitatemque cognoſcens, ſemper cum deſiderio expectat, vt ſi non verbis, ſaltem cogitatione committas ei pro te ſupplendum, emendandum, ac perficiendum, quidquid per te minùs perficere vales.* Hinc didicit ſancta virgo, quòd Deus compatiatur noſtræ fragilitati, & libenter communicet ſua merita, vt noſtræ orationes infirmæ ac imperfectæ vim & perfectionem acquirant.

Merita Chriſti Domini concedũtur libenter ea poſcentibus.

Euagationes inuoluntariæ quomodo expiandæ.

Hac cæleſti inſtructione innitens venerabilis Bloſius, qui eam deſcribit, proponit vſurpandam ſequentem piam orationem poſt Officium, vt ſuppleantur omnes defectus admiſſi in recitatione, & meritũ acquiratur: *Bone Ieſu, propitius eſto mihi peccatori. Ego tepidum & diſtractum ſeruitium meum commendo melliſluo cordi tuo emendandum ac perficiendum, tibique ipſum offero ad*

Bloſ. Monil. ſpirit. c. 3. §. 12.

Oratio apta poſt diuinum Officium.

salutem omnium, in vnione illius perfectissimæ attentionis, qua tu Patrem orasti & laudasti in terris. Responde, quæso, satisfac & supple pro me plenissime. Amen. Qui sibi hanc orationem redderet familiarem, optimum exitum suis afferret Horis, & non modicum lucrum inde reportaret; nam, præter satisfactionem, obtinere posset etiam vnionem meritorum Domini nostri Seruatoris, quæ nobis solent magnum augere cumulum omnium benedictionum.

Deuotiores perfectioresque psallentes post expletum Officium diuinum, pro temporis commoditate, ruminare haud omittunt, tamquam mystica animalia Deo grata, Psalmorum verba, in quibus, dum psallebant, vehementiorem aliquem erga Deum affectum sentire digni effecti sunt, vt internas spiritus consolationes faciliùs conseruent, imò feliciùs augeant, ac perficiant. Euenire facilè potest, vt deuotionis calor, quasi per transitum conceptus occasione cantus, adeò inualescat in actu ruminationis, vt ignis fiat validus, & felix animi operetur incendium, quo eternùm beatus reddatur animus pij psallentis.

CAPVT XIX.

De defectu eorum qui ex officio præfecturam aliquam habent in choro.

Præfectorum chori magna obligatio.

PRÆFECTI choro dirigendo ac moderando, siue hoc siue alio quocumque appellentur nomine, iuxta morem vniuscuiusque Ecclesiæ, tam Regularis quàm sæcularis, in qua diuina decantantur Officia, & quicumque alij in choro auctoritatem

ritatem & iurisdictionem habentes, ne muneri suo deesse dici possint, summo vigilare debent studio, vt omnes defectus hactenus enumerati caueantur, aut saltem, si fortassis inoleuerint, auferantur à choro, vtque leges pro recta chori disciplina sancitæ adamussim obseruentur, & violatores opportunis corripiantur monitionibus, imò, si opus sit, ad præscriptum Statutorum puniantur; ne illis adscribatur, quod ij siue incuria, siue ex malitia perpetrare haud verentur, dum pro debito officij huic malo occurrere debebant; néve cogantur ipsi aliquando ad Deum exclamare, ac supplices exorare vnà cum sancto Hymnographo: *Ab alienis parce seruo tuo.* Nam verè alienas subeunt culpas, qui illis, cùm possint & debeant, minimè resistunt. Psal. 18.

Præfecti absentia à choro multa parit damna.

Quotiescumque igitur Præfecti, cuiuscumque generis sint, absque causa vel à choro omnino absunt, vel tardiùs quàm par sit, nempe post inceptum Officium (cùm tamen deberent alios præuenire, vt ceteris sint exemplum & stimulus libentiùs conueniendi) accedunt ad chorum, præter negligentiæ suæ reatum quem contrahunt, dici iure possunt origo primaria & vera causa omnium culparum, quæ ex huiusmodi absentia & mora solent vt plurimùm consequi, nempe nimiæ accelerationis, perturbationum, tumultuum, confabulationum, quibus facilè occurrerent, si choro studerent assistere.

Prætereà quando Præfecti minimè vigilant plenæ ac rectæ executioni omnium rituum, qui ad perfectum psallendi munus, præsertim publicum in choro, spectant, nec opportunis monitionibus corripere audent delinquentes, tunc

grauem coram Deo ſubeunt noxam, propter multitudinem & grauitatem malorum, chori venuſtatem ac decorem euertentium, inde prodeuntem. Nam ſicut chori præcipuum decus duabus nititur potiſſimùm actionibus, quarum vna in cantu, dum grauis exiſtit, altera in cærimoniis, dum opportunis implentur temporibus & modis, ſitum eſt; ita, iis ſublatis, ſolam neceſſe eſt remanere in choro deformitatem, animis piis maximè moleſtam. Cantus haud ſemel caret debita grauitate, dum quidam nimis feſtinanter, propè dixerim nimis præcipitanter, audiuntur non dico canere, ſed abſorbere Pſalmorum verſiculos, nulla ſeruata aut pauſa in medio, aut opportuna diſtantia inter finem vnius & initium alterius verſiculi. Nec minùs aduerſatur eidem cantui modus inconcinnus canendi, quando ſcilicet non ab omnibus tenetur eadem proportio vocis, ſed vnus altiùs, alter canit demiſſiùs, numquam aliis ſeſe attemperantes, imò ſtudiosè nonnulli ab aliis voce diſſidere ſatagentes. Idem quoque accidit, quando vocis tonus à cantoribus prolatus (ſi præſertim is haud ſit nimis altus) minimè retinetur à pſallentibus, ſed, ad vitandum modicum laboris, alius aſſumitur demiſſior. Hic defectus meritò inter grauiores debet recenſeri, ob moleſtam diſſonantiam ad aures tum pſallentium in choro, tum externorum in Eccleſia auditorum peruenientem, & ob alios vitioſos effectus inde conſequentes. Nam cantus remiſſus, & demiſſus, ſomnolentiam nutrit, ſpiritum extinguit, auget moleſtiam cantus, ipſiſque faucibus grauis eſt & noxius. Nihilo minorem deformitatem parit piarum cærimoniarum

Chori venuſtas duabus nititur rebus.

Cantus remiſſus varia gignit mala.

niarum contemptus, quem diximus esse alterum venustatis chori venenum. Sicut enim horum rituum perfecta executio talem ac tantum tribuit diuinis laudibus decorem, vt is possit animum quemque ad pietatem in Deum allicere, imò & ipsos profanos homines ad compunctionem & admirationem pertrahere, vt aliàs ostendimus; ita eorumdem contemptus omnem ferè aufert à diuino cultu venustatem & venerationem in animis mortalium. Quare non modicæ culpæ fiunt rei tum ipsi contemptores Ecclesiasticorum rituum, qui in diuinis persoluendis laicos potiùs quàm Ecclesiasticos sequuntur mores, stantes, vel sedentes, vel alio inconcinno modo adhærentes, quando est genuflectendum; capite item erecto & cooperto, oculisque vagis circumspicientes, quando reuerenter & deuotè est inclinandum (*semper namque in inclinatione*, ait apositè Seraphicus Bonauentura, *apparere debet deuotio, vt fiat humiliter & profundè;*) tum chori Præfecti, qui minimè inuigilant horum sacrorum rituum rectæ obseruationi: & licet aduertant defectus, ob timorem tamen, eos minimè corrigere satagunt, quemadmodum ex officio debent corrigere. Animaduertere namque tenentur pro qualitate culpæ in eos psallentes, quos nouerint in hisce deficere ritibus; grauiùs autem in eos, quos viderint nihil ex prioribus monitionibus profeciſſe: nam ex huiusmodi iteratis defectibus, præsertim post monitiones, argui rectè potest in voluntate psallentis aut peruicacia, quæ tandem in contemptum desinere solet, aut saltem magna incuria, quæ operi diuino est valdè contraria.

Rituum sacrorum obseruatio quanti sit momenti.

D. Bonau. in Speculo disciplc. 9.

Vniformitas rituum quanti facienda.

Reprehensioni item patent Præfecti illi, qui in choro haud studeant vniformitatem conseruare cærimoniarum, peculiare aliquid minimè approbatum admittentes, aut etiam negligentes illud aduertere. Patiuntur nonnulli Præfecti, à psallentibus non obseruari idem tempus in iis præstandis quæ ceteri faciunt simul. Nec enim Ecclesiastici ritus decor est in solis actibus surgendi, genuflectendi, standi, sedendi, inclinandi positus, sed in eo præcipuè elucet studio, quòd omnes, si fieri possit, in eodem puncto temporis æqualiter inclinent, sedeant, stent, genua flectant, surgant. Hunc decorem cognoscens sanctus Carolus, Ecclesiasticæ disciplinæ egregius reparator, æqualitatem hanc graui sancitam voluit synodali Decreto dicens: *In choro, pro temporis & officij ratione, ex instituto & more Ecclesiæ, sedeant, stent, flectant genua, caput aperiant & submittant, ceteraque eius generis adhibeant; omnes verò æquè idem faciant.*

Synod. I. Mediol. tit. *Quomodo versandum in choro.*

Iidem Præfecti censuræ subiicientur, quando haud aduertent rectæ psallentium distributioni in choro. Ex quo illud haud semel oritur malum, quòd nempe vna chori pars minimè conueniat in qualitate vocum cum altera parte, sed maximè discrepet, non sine iactura illius harmoniæ quæ alterno cantui solet inesse. Nam cessat omnis proportio alternæ consonantiæ, quoties voces omnes vnius chori firmæ sunt, & altæ, alterius autem chori voces sunt omnes infirmæ ac demissæ. Boni itaque Præfecti partes sunt, inuigilare huic rectæ psallentium distributioni, vt vel omnimoda vocum vniformitas, vel saltem minor audiatur diuersitas in cantu. Ad quam rem aduertere

Alterni cantus proportio qualis esse debeat.

necesse

necesse est, quòd huiusmodi æqualitas non in pari psallentium numero, sed in æqualitate vocum est attendenda, ita vt, non quanti sint psallentes in vtraque chori parte, sed quales, sit à prudenti Præfecto examinandum, & decernendum. Non enim semper proportio vocum ibi est, vbi adest proportio numeri; vbi scilicet tot sunt in vna chori parte, quot sunt in alia, licet aliquando, imò & sæpè, ea possit adesse. Metienda igitur est proportio chori non ex quantitate, sed ex qualitate vocum quæ tunc in choro reperiuntur.

Punctatorum obligationes, defectus, & pœna.

Ad has obligationes Præfectorum reduci possunt obligationes eorum, qui in Ecclesiis Collegiatis munus gerunt notandi Canonicos, Cappellanos, & alios de gremio Cleri, qui choro interesse debent, sed vel minimè intersunt, vel vnam pluréve integras diuini Officij Horæ partes omittunt; qui item proprio desunt muneri, & ij nomine proprio dici consueuere Punctatores. Nisi Punctatores sincera fide officij sui expleant partes, irretitos se cognoscent grauibus in Deum & proximum peccatis. Duplici namque modo cùm ij possint in officio delinquere suo: vel Primò, quando timore, aut amore, aut spe aliqua ducti minimè notant, quem deberent iustè notare, quia is non interfuit choro, aut muneri alicui sibi debito defuit. vel Secundò, alium ex odio notant iniustè, cùm ipse & interfuerit choro, & muneribus sibi debitis fecerit satis. Vtroque isto modo grauissima perpetrantur in Deum & in proximum peccata. In primis offenditur Deus, cuius fides impiè violatur, in violatione iusiurandi, quod à Punctatoribus in Ecclesiis rectè institutis solet siue coram Episcopo, siue coram

Capitulo præstari, de fideliter ac diligenter exequendo munere suo. Deinde offenditur proximus ob violationem Iustitiæ, quando Punctatores iniustè auferunt quibusdam, quod iustè illis cedit, & de aliena disponunt re tamquam domini. quapropter vinculo restituendi seipsos obstringunt. Quæ res cùm magni sit ponderis, est à nobis hoc loco magis declaranda, vt meliùs cognoscatur huiusce delicti grauitas, & obligationis vinculum. Ea itaque est conditio redditùum, qui inter Clerum alicuius Collegiatæ Ecclesiæ distribui propter seruitium chori debent, vt supponant pro fundamento iusto, seruitutem choro actu & realiter præstitam, ita vt massa illa reddituum vnicuique diei respondens sit inter eos tantùm distribuenda, qui verè & realiter intersunt choro, & munera explent debita. Quòd si quis aut non interfit choro, aut debitis muneribus minimè faciat satis, priuatur (nisi aliquo munitus sit indulto) vel integro stipendio, vel parte illius, iuxta quantitatem & qualitatem defectus puniendi secundùm vniuscuiusque leges & statuta. Nulla enim merces aut stipendium datur sine labore; & quod huic iustè adimitur, iustissimè cedit iis qui interfunt & laborant; & horum portio augetur ex portione, quæ ei contigisset, si verè interfuisset. Hoc incrementum ceteris aduenies intereſſentibus, & laborantibus, à Doctoribus rectè dicitur *Ius accrescendi*; quia iustè ademptum negligentibus, iustissimè accrescit diligentibus. Quando igitur Punctatores aliquem iniustè notant ex odio, tunc alienum rapiunt; quia auferunt ei quod iustè lucratus est, idque aliis distribuunt. Ei itaque debent de prius

Distributionũ quotidianarũ finis & vsus rectus.

Merces non datur sine labore.

Ius accrescendi quid. Gloss. & com. DD. in Clem. 2. verb. *Pars.* de ætat. & qualit. & ord. præfic.

priis pecuniis reddere quod ademerunt, nisi curent restituendum ab iis, qui ex portione illi adempta facti sunt ditiores. Quando item vni, propter amorem, aut metum, aut spem, remittunt aliquem defectum, quem debebant Punctatores notare, sicut adimunt diligentioribus quod iustè ipsis accreuerat, ita tenentur eisdem restituere ablatum, nisi certi sint, fuisse ab iniquo detentore iam factam restitutionem. Ea namque est remissionis natura, aiunt Doctores, quos adfert & sequitur Ioannes Petrus Moneta in luculentissimo suo Tractatu, de Distributionibus quotidianis, vt nequeat fieri nisi ab iis quibus accrescunt, & quorum lucro cedunt distributiones; hi namque soli, & non Punctatores, sunt domini illius portionis à negligentibus amissæ. Tandem, hæc iniusta dispositio alienæ rei à Punctatoribus facta Deum iterùm grauiter offendit ex alio capite, nempe ex imminutione cultus sui inde proficiscente. Ratio est in promptu efficax: nam dum negligentioribus quod amiserunt remittitur à Punctatoribus, eorum incuria magis magisque fouetur, indeque ipsi fiunt audaciores ad perseuerandum in suis defectibus; quod certè non potest fieri absque diuini cultus imminutione. quia huiusmodi hominum genus, ob spem impunitatis semel obtentæ, faciliùs & frequentiùs se in posterum subtrahent à choro, & à muneribus. Hanc diuini cultus imminutionem à se profectam sedulò expendant Punctatores, nec eam censeant esse leuem culpam; nam apud Deum grauissima iudicatur, eiusque grauitatem aliquando ex seueritate pœnæ luendæ ipsi cognoscent. Recolant sibi ipsis Punctatores diuinum illud

Io. Petrus Monet. de Distribut. par. 3. q. 6. num. 17.

Diuini cultus imminutio graue delictum.

illud iudicium in sacra Regum historia proditum, dum quorumdam impiorum Sacerdotum, qui tantummodò diuinum cultum imminuendi causam præbebant, absque vllo proximi detrimento in rebus, praua recensentur gesta. nam huiusmodi gesta appellantur grauissimũ delictum: 1.Reg.2. *Erat* autem *peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia retrahebant homines à Sacrificio Domini.* Et hoc iudicium secuta est seueriſſima vltio diuina: nam vno die iidem Sacerdotes violento mortis genere, iuxta verbum Domini, sublati sunt. Iustè itaque quod iustum est semper exequantur fideles Punctatores, omni sepositò amore, spe, metu, ac odio, ne, dum aliis prodesse aut obesse student in re temporali, iacturam sibimet in re spirituali comparent magnam. Nec digni excusatione habebuntur ob eam rationem, quia & ipsi non adfuerint choro: nam quando per occupationes eis minimè licet adesse choro, debent alium idoneum sufficere ministrum, qui vices suas eadem suppleat fidelitate, Ecclesiastici ministri perpetua comite, alioquin ipsis imputabitur omnis iniusta quotidianarum distributionum partitio, & iisdem semper remanebit onus restituendi læsis, quod iniustè ablatum est illis.

Punctatore absente à choro alius suffici debet.

CAPVT. XX.

Paræneſis ad Hymnodiæ ſtudioſos.

LICEAT nunc mihi omnium Ecclesiasticorum minimo non docendi præsumptione, sed piæ voluntatis affectu, ad omnes Ecclesiasticos, solemni Hymnodiæ in choro persoluendæ adscriptos, pauca hæc vltima Operis verba in sen-

su

ſu meo dirigere, vt ſimul excitati, tanto muneri feruentiùs vacare decernamus. Recolamus, Venerabiles Eccleſiaſtici, nos ex diuinæ gratiæ liberali benignitate eſſe ad illud munus exercendum in terris aſſumptos, quod Angeli beati irrequieti explent in cælis; quod item, ad noſtram æmulationem, explere ſuo modo nouerunt inſigniores ſubſtantiæ corporeæ, licet anima ſenſuque carentes. Elementa, quæ ſuis perpetuis tranſmutationibus & mutuis actionibus compoſitorum generationi deſeruire non ceſſant, ſicut Conditoris laudes, dum ei obſequuntur magna fidelitate, quaſi tot vocibus celebrant, quot effectus producunt; ita in ſacris Scripturis organo rectè ſonanti aſſimilantur. *In ſe enim* (ait Sapientiæ Auctor) *elementa dum conuertuntur, ſicut in organo qualitatis ſonus immutatur.* Cæli item, qui ſuis ordinatis conuerſionibus omnem inferiorem creaturam luce & influxu perficiunt, dicuntur in ſacris Literis ſui Conditoris gloriam prædicare ac decantare ſuauiter. *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum*, ait Hymnographus; ſubdens eorum voces ab omnibus omnino nationibus exaudiri: *Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum.*

Elementa Deum ſine voce laudant.

Sap. 19.

Cæli ſuis motibus Deum prædicant.

Pſal. 18.

Quod facere nouerunt huiuſmodi ſubſtantiæ corporeæ ratione voceque carentes, ſi homo, qui ex Dei peculiari dono ſcientiam habuit vocis, nollet, aut negligeret explere, magnam ſubiret coram Deo ſuo ignominiæ & confuſionis cauſam. *Turpe enim foret* (ait eloquentiſſimus ſanctiſſimuſque Chryſoſtomus) *ſi homo, qui eſt compos rationis, & omnibus quæ videntur præſtantior creatura,*

Homo tenetur Deum laudibus colere.

S. Chryſ. in Pſal. 144.

Ecclesiasticorum magna obligatio ad opus Psalmodiæ.

creatura, sit in Dei laudibus inferior; non solùm autem turpe, verùm etiam absurdum. Quomodo autem non absurdum? si quidem ipsa quotidie, atque adeò singulis horis emittit Domino glorificationem: Cæli enim, inquit, enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Sol & luna, & varius astrorum chorus, & pulcherrimus ordo ceterorum omnium suum prædicat opificem; qui est ergo his omnibus præstantior, si hoc non faciat, sed etiam sua vita Deum, qui eum creauit, maledictis impetat, quomodo erit is dignus vlla venia, aut quamnam poterit afferre sui defensionem? Hæc vrget sanctus Doctor ad nostram excitationem, quæ vim habent maiorem in nobis, qui & homines sumus, & Ecclesiastici sumus, electi à Deo ad hoc munus explendum. Turpe nimis esset, si nos à communi hac omnium creaturarum harmonia, Angelica, cælesti & elementari subtraheremus nos ipsos; vel etiam si frigidiores aliis creaturis in hoc opere essemus.

Hominis dignitas illustratur ex vsu Psalmodiæ.

Sicut igitur nobilitate naturæ elementa & cælos superamus, & Angelorum dignitati propè accedimus, imò communicamus ratione animi, qui est immaterialis; ita par est, vt in diuinis persoluendis laudibus, cælorum elementorumque munus superantes, Angelicam æmulemur diligentiam ac perseuerantiam. inde conditionis nostræ dignitas honoris vtilitatisque augmentum non modicum consequetur. Honor in primis augebitur humanæ conditioni; quia non modicum quid est, aiebat sanctus Chrysostomus, hominem dignum esse, qui ad celebrandum Deum admittatur. Qui eliguntur Oratores ad Regum &

D. Chrys. Hom. 8. in Epist. ad Roman.

& Principum res gestas celebrandas, ad singularem id sibi reputant honorem, etiam si inde nullus prætereà proficiscì deberet fructus. Vtilitas quoque facilè potest cognosci; quia cùm omnis noster honor Deo exhibitus nihil illi possit addere aut conferre, redibit certò certiùs ad ipsos honorantes. quod appositio exemplo explicat beatus Chrysostomus dicens: *Quemadmodum is, qui apertis oculis Solis intuetur lucem, sibi ipsi prodest, quia illius excelsi sideris contuetur pulchritudinem, nihil tamen illi conferens nec claritatis aut perfectionis, cùm semper permaneat idem fulgor Solis.* Idem omnino euenit nobis, quando Hymnis Deum celebramus: Deus enim est absque nostris laudibus; quia Deus tamen nostris delectatur laudationibus, ideò cultores suos amore ac beneficiis prosequi non omittit.

Idem Homil. 4. in 1. ad Tim. *Vtilitas ex vsu Psalmodiæ.*

Vos præsertim obtestor, qui ex benigniori Dei voluntate ad perfectiorem altioremque viuendi formam estis assumpti, quicumque vos estis, siue viri siue feminæ, in Claustris sub obedientia viuentes, qui sublimi illa gratia gaudetis, quam Hymnorum Auctor maximo ardore exoptauit, non tamen obtinuit, nimirum habitandi Domum ipsam Domini Dei omnibus diebus vitæ vestræ; vt gratiæ sublimitati respondentes, omnem diligentiam, operam studiumque diuinis laudibus præstare non grauemini. Si hac tanta gratia dignus fuisset effectus sanctus Dauid, cuilibet dignitati, ipsimet sceptro ac diademati Regio hanc prætulisset, vnicum sibi thesaurum, honorem, splendorem eam censens, vti declarauit illis verbis: *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in Domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.* Psal. 26.

Religiosi Domum Dei inhabitantes magno gaudent priuilegio.

Quam

Quam suam declarationem iterùm ac sæpè voluit amplioribus verbis notam omnibus, præsertim Psalmo 83. quem totum in huius sui erga diuinum Templum voti ardorisque expressionèm decantauit, incipiens cantum ab eleganti epiphonemate: *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini* (quæ verba prima clariùs leguntur à diuo Augustino, *Quàm amabilia tabernacula tua Domine*, &c.) prosequens ardentioribus affectibus: *Melior est dies vna in atriis tuis super millia. Elegi abiectus esse in Domo Dei mei.* quibus declarat, se præferre Templi sancti habitationem omnibus omnino mundi visibilis diuitiis ac deliciis. Sollicito etiam ardore explere conatus esset iuges ac indefessas laudationes. verè enim Beatos in eodem Psalmo declarauit, qui ad hanc assumpti habitationem laudes frequentant diuinas: *Beati, qui habitant in Domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.*

Psal. 83. *Dauidis ardens voluntas erga Templum.*

Huius præclaræ beatitudinis scimus nonnullos fuisse tam ardenter studiosos, vt suæ felicitatis supremum putarent fastigium, si, ex singulari Dei gratia, meruissent inter psallendum vltimos efflare spiritus. In hoc genere studij sicut enituit sanctus Hyacinthus Polonus, D. Dominici alumnus insignis, ita eiusdem sui studij dignus fuit optatum consequi effectum: nam morti proximus, viribus licet fractus, sensuum tamen vigore validus, voluit ipso obitus die, quem & præuiderat, & prædixerat, ad Canonicas Horas in choro canendas cum ceteris Fratribus descendere, vt supremos sui cordis & oris affectus & accentus mors aduenies reperiret muneri diuinarum

D. Hyacinthi Poloni mors egregia.

rum laudum intentos. Exitus desiderio respondit: nam, expletis Hymnis qui tunc canebantur, animam Deo reddidit Creatori. Eodem mortis felicissimo exitu meruit præclara obsignare merita sanctissimæ suæ vitæ insignis Episcopus Cantuariensis Thomas, optimorum Præsulum exemplar iucundissimum. Hic sicut ob Catholicæ Ecclesiæ iustam defensionem martyrio fuit decoratus, ita huius sublimis coronæ effectu dignus fuit in loco sibi omnium carissimo, nempe in Ecclesia, tempore actualis Hymnodiæ. Præsens aderat Episcopus egregius vespertinis Horis vnà cum Clericis suis, quando à nefariis satellitibus fuit gladiis vulneratus, &, tamquam electa victima, Deo, quem Hymnorum gratissimo colebat Sacrificio, mactatus. O verè felicem beatamque mortem! dignam Ecclesiasticis generosis, dignam Religiosis feruidioribus, dignam Præsulibus insignioribus.

D. Thoma Cantuariensis mors inter psallentes.

Omni itaque studio & virium conatu retineamus, sartum tectumque tueamur commune istud psallendi in choro munus: nec, alicuius temporalis iacturæ timore, patiamur à cantu semel suscepto nos vmquam amoueri. Quamuis enim contingeret in huiusmodi sacro cantu nos vitam cum morte commutare, certi tamen sumus, mortem istam futuram in conspectu Domini pretiosiorem vita diuturniore plurimorum tepidorum. Hymnographum nostrum, cuius verba frequentamus, libeat audire, & æmulari, quemadmodum strenui generosique psallentes psallentem libenter audiunt, & æmulantur. Hic beatus vir cùm in quodam suo Hymno vouisset Deo, in animi grati significationem, Sacrificia, &

hostias laudum & confessionis, ne quis putaret horum votorum executioni priuata Hymnorum recitatione in angulis Palatij & in cubiculis facturum satis, statim non vnica tantùm, sed iterata declarauit attestatione, se palàm & publicè emissa vota redditurum, coram scilicet omni populo, quamuis inde sibi mors posset aliquando imminere. Hac occasione cecinit solemnem illam toti nostræ Ecclesiæ apprimè caram ac familiarem sententiam: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* Quam sententiam, vnà cum toto isto Psalmo, ad sanctorum Martyrum decantandas glorias in Canonicis Horis vsurpat Ecclesia. Huius sententiæ vsurpatio haud mediocriter commendat publicæ nostræ in choro Hymnodiæ meritum: nam innuit, Psalmodiæ vsum posse Martyrum morti pretiosæ exæquari, dum æquè de Martyrum & psallentium morte eadem pronuntientur verba.

Psal. 115.

Psallentium feruidorum mors pretiosa.

Nobis ipsis tandem recolamus gratias eximias, quas munificentissimus Deus libenter offert psallentibus piis; non enim patitur Deus se vinci à nostro feruore, sed solertiæ nostræ sua rependit cumulatissima præmia. Cantus equidem nunc est laboriosus, fateor, sed laborioso cantui cantus glorioſus, imò æternùm iucundus, est certò certiùs succesſurus, quemadmodum non semel in hoc Opere diximus, & voluit manifestè docere sanctus Hymnographus verbis postremò allatis: *Beati, qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* Quare beati? quia in sæcula sæculorum laudabunt te. Nam ex laudatione rectè expleta in Domo Domini in terris, consequetur laudatio in sæcula sæculorum explenda

plenda in cælis, vbi vera conceditur beatitudo, vti plurima nobis testantur ab Historiis descripta exempla. Ex quibus pro coronide totius argumenti illud præclarissimum offero, à Magno Gregorio ad nostram eruditionem descriptum, de duobus illis felicibus Religiosis, qui in Samnio (quod nunc Aprutium dicitur, cuius Metropolis est Aquila) in Prouincia Valeriæ, magno spiritus feruore sub Abbate Valentio, Deo altissimum præstabant famulatum, præsertim (vti credimus) Hymnorum in choro diligenti frequentia, digni proinde effecti, qui corona præclara Martyrij obsignarent vitam religiosè in Dei honorem exactam: nam sæuitia Longobardorum ad arborem suspensi, vitam ærumnosam cum morte felici commutarunt. Vt autem horum Religiosorũ sublimia merita mortalibus essent conspicua, voluit piissimus Deus, qui seruorum suorum merita coronat, miro euentu ipsorum pretiosam approbare mortem. Vespere facto, istorum occisorum beatus spiritus clarè auditus est eos Psalmos alternis suauissimè decantare versibus, quos viuentes præcipuo studio colebant; ita vt ceteri captiui fideles, imò ipsi etiam tyranni occisores, qui ibi aderant audientes, isti timore, lætitia illi sint affecti. En præmia præclara à Deo famulis suis liberaliter parata; en exempla à sanctis viris ad mortalium stimulos fideliter descripta. Verè concludit sanctus Doctor, & Pontifex optimus, historiam scribens, hoc à Deo permissum esse insigne prodigium Psalmodiã exercendi post mortem, *vt viuentes discerent, quia si Deo seruire studeant, post carnis mortem verius viuant.* Beati igitur verè dicuntur à Psalmographo qui habi-

Occisorum spiritus auditi sunt Psalmos cantare.

tant Domum Domini; nam in sæcula sæculorum laudabunt eumdem Dominum.

Vos itaque ad hanc electi beatitudinem, ô Re-
Psal. 133. gulares, *benedicite Dominum, qui statis in Domo*
Psal. 134. *Domini, & in atriis Domus Dei nostri. Laudate Dominum, quia bonus Dominus; psallite nomini eius, quoniam suaue.* Super vos parata est illa be-
Psal. 133. nedictio à Dauide exoptata, *Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cælum & terram*; sicut acriori pœna punientur tanto donati honore, si negligentiores in hoc munere fuerint reperti. Studeamus omnes benedicere Deum corde perfecto, & animo volenti, vt ab illo benedici mereamur, eiusque benedictio super nos firmetur in æternum. Faxit Deus benedictus, vt quæ in his Libris conscripta sunt, ita re ipsa ad eius cedant gloriam & honorem, sicut à me ex animo sunt directa; semper enim cum diuo Paulo, Apostolo feruidissimo
1. Tim. 1. protectoreque dilectissimo, dicere decreui: *Regi sæculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria.* quemadmodum eidem soli summo Regi,
Psal. 44. vnà cum Hymnographo sancto, hanc Hymnodiam & cetera opera dico.

INDEX

INDEX
LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ
Quæ in hoc Opere citantur.

EX GENESI.

Cap. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. *pag.* 34
Ad Cain & ad munera illius non respexit. 318
Iste cœpit inuocare nomen Domini. 3
13. Ne quæso sit iurgium inter me & te. 317
15. Descenderunt volucres super cadauera, & abigebat eas. 460
22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes. 148. 356
26. Inuidentes ei Palæstini. 449
28. Erit mihi Dominus in Deum. 67
32. Ecce vir luctabatur cum eo. 194
Dimitte me, iam enim ascendit aurora. 386
47. Præter terram Sacerdotum. 354
49. Vasa iniquitatis bellantia. 307

EX EXODO.

Cap. 12. In noctis medio percussit Dominus. 376
15. Cantemus Domino. 333
Dominus regnabit in æternum, & vltrà. 400
19. Vade ad populum, & sanctifica illos. 320
20. Cunctus populus videbat voces. 177
24. Videruntque Deum, & comederunt. 103
32. Dimitte me, vt irascatur furor meus. 194
34. Nullus insidiabitur terræ tuæ. 457
35. Omnis voluntarius, & prono animo. 274
Obtulerunt mente promptissima. 275
40. Altare aureum, in quo adolebitur incensum. 362

EX LEVITICO.

Cap. 6. Ignis autem in altari semper ardebit. 384
10. Offerentes coram Domino ignem. 518

EX NVMERIS.

Cap. 10. Surge Domine, & dissipentur inimici tui. 139
21. In libro bellorum Domini. 137

EX DEVTERONOMIO.

Cap. 16. Iustè quod iustum est persequêris. 237
32. Oblitus es Domini creatoris tui. 68

EX IOSVE.

Cap. 6. Igitur omni populo vociferante. 365
23. Sicut ergo impleuit opere quod promisit. 358
24. Dedi vobis terram, in qua non laborastis. 357

EX LIB. IVDICVM.

Cap. 3. Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit. 501
9. Numquid possum deserere dulcedinem meam. 100

EX I. REGVM.

Cap. 1. Cùm multiplicaret preces coram Domino. 400
Vade in pace. 389
In vitulis tribus, & tribus modiis farinæ. 278
2. Exultauit cor meum in Domino. ibid.
Erat peccatum puerorũ grande nimis. 604
16 Recedebat ab eo spiritus malus. 339
17. Dominus qui eripuit me de manu leonis. 330
Tu venis ad me cum gladio. 329
21. Ecce hic gladius Goliath Philisthæi. 330
23. Saül & viri eius in modum coronæ cingebãt Dauid. 157
Festina, & veni. 158

EX II. REGVM.

Cap. 6. Ludam, & vilior fiam plusquam factus sum. 234
Igitur Michol filiæ Saül non est natus filius. 233
12. Ne, cùm à me vastata fuerit vrbs, nomini meo adscribatur victoria. 198
23. Spiritus Domini locutus est per me. 47
24. Ego sum qui peccaui. 141

EX III. REGVM.

Cap. 6. Et malleus, & securis. 496
8. Immolabant oues & boues. 333
18. Clamate voce maiore, Deus enim est. 171

EX IV. REGVM.

Cap. 13. Pater mi, pater mi. 148. 356

EX II. PARALIP.

Cap. 5. Immolabant arietes & boues. 312
6. Consurge Domine Deus in requiem tuam. 139
7. Confitemini Domino quoniam bonus. 192
20. Voce consonã dicerent: Confitemini Domino. 136
Vallis benedictionis. ibid.
Irruit pauor Domini super vniuersa regna. ibid.
31. Vt darent partes Sacerdotibus. 353

EX I. ESDRÆ.

Cap. 3. Steterunt Sacerdotes. xxij.
9. Cumque audissem sermonem istum. 180

EX TOBIA.

Cap. 12. Ego obtuli orationem tuam Domino. 268
Ipsum benedicite, & cantate illi. 18
Benedicite Deum. ibid.

EX

EX IVDITH.

Cap. 8. Expectemus humiles consolationem eius. 156
9. Induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum. 396
Nec superbi ab initio placuerunt tibi. 326
15. Gloria Ierusalem. 156

EX IOB.

Cap. 1. Consurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis. 386
Dominus dedit, Dominus abstulit. 28
7. Quid est homo, quia magnificas eum? 385
13. Responde mihi. 205
31. Pepigi fœdus cum oculis meis. 466
Nónne ipse considerat vias meas. 257
38. Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ. 36. 385
39. Vbi audierit buccinam, dicit: Vah. 339

EX PSALMIS.

Psalm. 1. Et in lege eius meditabitur die ac nocte. 115
Et erit tamquam lignum. 535
2. Quare fremuerunt Gentes. 55
Filius meus es tu. ibid.
4. Filij hominum vsquequo graui corde? 175
6. Lauabo per singulas noctes lectum meum. 180
8. Domine Dominus noster quàm admirabile est nomen tuum. 131
Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. 326. 404
9. Confitebor tibi Domine in toto corde meo. 241
Adiutor in opportunitatibus. 156
10. Tibi derelictus est pauper. 157
Intenderunt arcum. 198
12. Exultabit cor meum in salutari tuo. 130
13. Trepidauerunt timore, vbi non erat timor. 511
15. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. 257
Lætatum est cor meum. 285
16. Auribus percipe orationem meam. 439
17. Laudans inuocabo Dominum. 75
Circumdederunt me dolores mortis. 76
In tribulatione mea inuocaui Dominum. ibid.
Intonuit de cælo Dominus. 149
Qui perfecit pedes meos tamquam ceruorum. 49
Confitebor tibi in nationibus Domine. 8
18. Cæli enarrant gloriam Dei. 14. 605
Non sunt loquelæ, neque sermones. 605
In omnem terram exiuit sonus eorum. xv
Desiderabilia super aurum. 99
Ab alienis parce seruo tuo. 597
21. Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me? 6. 56. 79. 200

Ne discesseris à me. 200
Diuiserunt sibi vestimenta mea. 57
In medio Ecclesiæ laudabo. 8
Apud te laus mea in Ecclesia magna. ibid.
25. In Ecclesiis benedicam te Domine. ibid.
26. Vnam petij à Domino, hanc requiram. 95.607
Circuiui, & immolaui. 194 474
Pater meus & mater mea dereliquerunt me. 157
28. Et in templo eius omnes dicent gloriam. 111.268.491
30. In manibus tuis sortes meæ. 49
In manus tuas commendo spiritum meum. 79
32. Rectos decet collaudatio. 13. 309
Confitemini Domino in cithara. 114.239
In psalterio decem chordarum psallite illi. 58
Cantate Domino canticum nouum. 59
Benè psallite ei in vociferatione. 239.563
33. Benedicam Dominũ in omni tempore. 70.86.153.171. 202
Magnificate Dominum mecum. 344
34. Confitebor tibi in Ecclesia magna. 557
35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. 102
36. Noli æmulari in malignantibus. 165
Non confundentur in tempore malo. 155
37. Qui iuxta me erant, de longè steterunt. 293
38. Cùm confiteret peccator. 315
39. Immisit in os meum Canticum nouum. 177
Videbunt multi, & timebunt. ibid.
Et cor meum dereliquit me. 251.461
Exultent, & lætentur. 300
Magnificetur Dominus. 342
Ego autem mẽdicus sum. 324
41. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum. 95.131.201
In die mandauit Dominus misericordiam suam. 378
42. Confitebor tibi in cithara. 114
44. Dico opera mea Regi. 612
Lingua mea calamus scribæ. 47.329
Specie tua & pulchritudine tua intende. 128
Adstitit Regina à dextris tuis. 233
46. Iubilate Deo in voce exultationis. 294
Psallite Deo nostro, psallite sapienter. 238
49. Immola Deo sacrificium laudis. 27
Quare tu enarras iustitias meas. 309
Sacrificium laudis honorificabit me. 13.27.63.120.420
50. Miserere mei Deus. 190
Cor mundum crea in me Deus. 312

Redde

Redde mihi lætitiam salutaris tui. 110
Domine, labia mea aperies. 11
51. Ego autem sicut oliua fructifera. 275
53. Deus in nomine tuo saluum me fac. 143.158
Voluntariè sacrificabo tibi. 158.275
Confitebor nomini tuo Domine. 17.29
54. Et ne despexeris deprecationem meam. 288
Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? 307
Iacta super Dominum curam tuam. 154
55. Miserere mei Deus. 152
Deus, vitam meam annuntiaui tibi. 256
Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. 181.183
In quacumque die inuocauero te. 123
In me sunt Deus vota tua. 28
56. Confitebor tibi in populis Domine. 8
Exurge gloria mea. 114.447. 576
58. Ego autem cantabo fortitudinem tuam. 130
60. Exaudi Deus deprecationem meam. 155
Psalmum dicam nomini tuo. 8.16.19.53.114
61. In Deo salutare meum. 152
62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. 275
Si memor fui tui super stratum meum. 375
64. Te decet Hymnus Deus in Sion. 6.11.112
Exitus matutini & vespere delectabis. 65
65. Holocausta medullata offeram tibi. 280.554
Iniquitatem si aspexi in corde meo. 309
Benedictus Deus. 33
66. Deus misereatur nostri. 76
Confiteantur tibi populi Deus. 77
67. Exurgat Deus. 169 409
Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus. 41
Regna terræ cantate Deo. 235
68. Saluum me fac Deus. 73
Laboraui clamans. 291
Laudabo nomen Dei. 29.193 142
Placebit Deo super vitulum nouellum. 28
Videant pauperes, & lætentur. 193
69. Deus in adiutorium meum intende. 139.168
Exultent, & lætentur in te omnes. 300
70. Nam & ego confitebor tibi. 68 114.306
Exultabunt labia mea. 550
Lingua mea tota die meditabitur. 475
72. Quid mihi est in cælo? 99
Et castigatio mea in matutinis. 378
73. Vt quid Deus repulisti in finem. 73
Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. 147
Ne auertatur humilis factus confusus. 323
76. Voce mea ad Dominum clamaui. 78.285

Memor fui Dei. 91.545
Anticipauerunt vigilias oculi mei. 376
Cogitaui dies antiquos. 78
Meditatus sum nocte. 92
Numquid obliuiscetur misereri Deus. 189
77. Dilexerunt eum in ore suo. 453
Obliti sunt benefactorum eius. 69
83. Quàm dilecta tabernacula tua. 608
Beati, qui habitant in domo tua Domine. 113
Melior est dies vna in atriis tuis. 608
84. Mitigasti omnem iram tuam. 189
87. Domine Deus salutis meæ. 287
Longè fecisti notos meos à me. 293
88. Beatus populus qui scit iubilationem. 295
90. Angelis suis Deus mandauit de te. 173
91. Bonum est confiteri Domino. 576
92. Domum tuam decet sanctitudo. 503
93. Qui fingis laborem in præcepto. 512
94. Venite, exultemus Domino. 299
In Psalmis iubilemus ei. 294
Quoniam Deus magnus Dominus. 48
Venite adoremus. 402
95. Cantate Domino canticum nouum. 59.335.346
Quoniã magnus Dominus. 18
Lætentur cæli, & exultet terra. 14
96. Adorate eum omnes Angeli eius. 39
97. Cantate, & exultate. 314. 335.576
Moueatur mare, & plenitudo eius. 14
98. Quoniam sanctus Dominus Deus noster. 48
99. Iubilate Deo omnis terra. 194
Introite in conspectu eius in exultatione. 295.304
Introite portas eius in confessione. 111
Laudate nomen eius. 103. 112
101. Respexit Dominus in orationem humilium. 32.284
Tu autem idem ipse es. 49
102. Benedic anima mea Domino. 64.129 343.552
103. Qui emittis fontes in conuallibus. 330
Cantabo Domino in vita mea. 122
104. Dedit illis regiones gentium. 357
105. Beati, qui custodiunt iudicium. 175
Obliti sunt Deum, qui saluauit eos. 69
Benedictus Dominus Deus Israël. 400
106. Errauerunt in solitudine. 186
107. Exurge gloria mea. 114. 576
Psallam tibi in nationibus. 8
108. Et oratio eius fiat in peccatum. 245
Confitebor Domino nimis in ore meo. 291

109. Dixit Dominus Domino meo. 54
110. Confitebor tibi Domine. 241
111. Peccator videbit, & irascetur. 163
112. Laudate pueri Dominum. 6. 202
113. In exitu Israël de Aegypto. 6
Simulacra gentium argentum & aurum. 409
114. Misericors Dominus, & iustus. 189
115. Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius. 610
116. Laudate Dominum omnes Gentes. 13.305
118. In via testimoniorum tuorum delectatus sum. 100
Reuela oculos meos. 61.62. 414
Adhæsit pauimento anima mea. 202
Seruaui mandata tua. 257
Dormitauit anima mea præ tædio. 544
Viam mandatorum tuorum cucurri. 107
Legem pone mihi Domine. 359
Auerte oculos meos. 465
Amputa opprobrium meum. 35. 574
Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ. 121. 576
Media nocte surgebam. 375
Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. 99
Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine. 275
Declinate à me maligni. 449
In via testimoniorum tuorum delectatus sum. 100
Feci iudicium & iustitiam. 176
Dilexi mandata tua. 124
Mirabilia testimonia tua. 414
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. 181
Clamaui in toto corde meo. 287. 346
Præuenerunt oculi mei ad te diluculo. 384
Septies in die laudem dixi tibi. 80. 86. 96. 584
119. Heu mihi! quia incolatus meus prolongatus est. 201
121. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi. 202
129. De profundis clamaui ad te Domine. 330
131. Memento Domine Dauid. 315. 316
132. Ecce quàm bonum. 165
Quoniam ibi mandauit Dominus benedictionem. 322
133. Ecce nunc benedicite Dominum. 113. 371
In noctibus extollite manus vestras in sancta. 371
134. Omnia quæcumque voluit fecit. 48. 127
135. Qui facit mirabilia magna solus. 48
136. Hymnũ cantate nobis. 519
Quomodo cantabimus Canticum Domini. 520
137. Confitebor tibi Domine in toto corde meo. 241
Magnificasti super omne, nomen sanctum tuum. 49
In conspectu Angelorũ psallam tibi. 41. 266

Con-

Confiteãtur tibi Domine omnes Reges terræ. 215
138. Quò ibi à spiritu tuo? 48
Nimis honorificati sunt amici tui, Deus. 301
140. Dirigatur Domine oratio mea. 362.448
Domine clamaui ad te. 287
141. Voce mea ad Dominum clamaui. 285
Me expectant iusti. 201
143. Benedictus Dominus Deus meus. 49
Deus Canticum nouum cantabo tibi. 68
144. Miserationés eius super omnia opera eius. 49
Regnum tuum, regnum omnium sæculorum. 48
145. Laudabo Dominum in vita mea. 16
146. Laudate Dominum, quoniam bonus est Psalmus. 29. 562
Deo nostro sit iucunda decoraque laudatio. 562
148. Laudate Dominum de cælis. 14.40.344
Ipse dixit, & facta sunt. 127
Reges terræ, &c. iuuenes & virgines. 213.406
149. Cantate Domino Canticum nouum. 214
Exultabunt Sancti in gloria. 118
150. Laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis eius. 16

EX LIB. PROVERB.

Cap. 8. Veritatem meditabitur guttur meum. 116
Ego diligentes me diligo. 385
26. Sicut ostium vertitur in cardine suo. 391
Septem nequitiæ sunt in corde illius. 80

EX ECCLESIASTE.

Cap. 1. Ad locum, vnde exeunt flumina. 71
3. Omnia tempus habent. 211
4. Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei. 304

EX CANTICIS.

Cap. 1. Osculetur me osculo oris sui. 276.363
Meliora sunt vbera tua vino. 364
Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis. 443
2. Ecce iste venit saliens in montibus. 163
En ipse stat post parietem nostrum. 262
Sonet vox tua in auribus meis. 90.287
3. Per noctes quæsiui. 368
Inuenerunt me vigiles. 146
Quæ est ista, quæ ascendit per desertum. 421
En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt. 460
4. Absque eo quod intrinsecus latet. 15
Eloquium tuum dulce. 100
Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. 419
Fauus distillans labia tua. 59
5. Ego dormio, & cor meum vigilat. 85
Caput meum plenum est rore. 181

Anima

Anima mea liquefacta est. 185
6. Vna est columba mea. 308
Terribilis vt castrorum acies ordinata. 373
7. Quid videbis in Sulamite. 42. 140
8. Ego murus, & vbera mea sicut turris. 150

EX SAPIENTIA.

Cap. 11. Misereris omnium Domine. 188
18. Cùm quietum silentium contineret omnia. 376
Proferens seruitutis suæ scutum orationem. 141
19. In se enim elementa dum conuertuntur. 605

EX ECCLESIASTICO.

Cap. 10. Et qualis est rector ciuitatis. 179
15. Non est speciosa laus in ore peccatoris. 305
19. Amictus corporis, & risus dentium. 502
22. Pungens oculum deducit lacrymas. 396
39. Cor suum tradet ad vigilandum. 383
43. Benedicentes Dominum, exaltate illum. 50
47. In omni opere dedit confessionem. 241

EX ISAIA.

Cap. 5. Væ qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandã. 390
6. Vidi Dominum sedentem super excelsum solium. 258
Clamabant alter ad alterum. 36. 37. 349. 563
Væ mihi, quia tacui. 305
Ecce tetigit hoc labia tua. 311
12. Confitebor tibi Domine. 348
14. Sedebo in lateribus Aquilonis. 347
26. Saluator ponetur in ea murus. 146
Anima mea desiderauit te in nocte. 368
29. Appropinquat populus iste ore suo. 240
38. Sicut pullus hirundinis sic clamabo. 116
Meditabor vt columba. 307
Domine vim patior. 463
Domine saluum me fac. 215
43. Populum istum formaui mihi. 31
48. Laude mea infrenabo te. 120
51. Gaudium & lætitia inuenietur in ea. 113
58. Adhuc te loquente dicam, Ecce adsum. 364
61. Ego Dominus diligens iudicium. 477
62. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes. 146

EX IEREMIA.

Cap 2. Induxi vos in terram Carmeli. 358
Oblitus est mei diebus innumeris. 68
7. Tu noli orare pro populo hoc. 143
9. Non glorietur sapiens in sapientia sua. 122

EX THRENIS.

Cap. 1. Viderunt eam hostes. 452
2. Deduc quasi torrentem lacrymas per diem & noctem. 182

Consurge,

Consurge, lauda in nocte. 168
3. Oculus meus deprædatus est animam meam. 464.470

EX EZECHIELE.

*Cap.*24. Non plangetis, neque flebitis. 183
28 Eleuatum est cor tuum in decore tuo. 325
46. Cùm autem fecerit Princeps spontaneum holocaustum. 112

EX DANIELE.

*Cap.*1. Fuerunt ergo inter eos de filiis Iuda. 328
3. Deus noster, quem colimus. 17
Benedicite omnia opera Domini Domino. 14.344
4. Et ecce vigil & sanctus de cælo descendit. 372

EX OSEA.

*Cap.*4. Peccata populi mei comedent. 353
14. Omnem aufer iniquitatem, accipe bonum. 190.278

EX IONA.

*Cap.*1. Immolauerunt hostias Domino. 193
2. Orauit ad Dominum de ventre piscis. 396
Ego autem in voce laudis immolabo tibi. 194

EX MATTHÆI EVANG.

*Cap.*5. Beati pauperes spiritu. 324
Vade prius reconciliari fratri tuo. 320
6. Pater noster, qui es in cælis. 73
Dimitte nobis debita nostra. 191
Quærite primùm regnum Dei. 76
11. Confiteor tibi, Pater. 93
Iugum meum suaue est. 516
15. Hypocritæ, benè prophetauit de vobis Isaias. 240
O mulier, magna est fides tua. 286
17. Resplenduit facies eius sicut sol. 113
18. Dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint. 361
Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo. 362
21. Hosanna filio Dauid. 316. 404
22. Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum. 47
24. Vigilate ergo, & estote parati. 369
25. Media nocte clamor factus est. ibid.
26. Non potuistis vna hora vigilare mecum? 78
27. Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? 56. 200
Diuiserunt sibi vestimenta mea. 57
28. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus. 24

EX D. MARCI.

Cap. 6. Circa quartam vigiliam noctis venit. 371
15. Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? 56. 200
Vide in quãtis te accusant. 177

EX

EX D. LVCÆ.

Cap. 1. Magnificat anima mea Dominum. 278.343
1. Et pastores erant in regione eadem vigilantes. 380
Et subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis. 38
Gloria in altissimis Deo. 38. 40.327.399
Nunc dimittis seruum tuum Domine. 279
6. In illis diebus exiit in montem orare. 427
Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. 207
7. Stãs retro secus pedes eius. 561
Remittuntur tibi peccata. ibid.
8. Quis me tetigit? 288
9. Qui me erubuerit, hunc Filius hominis erubescet. 575
10. Maria optimam partem elegit. 88
11. Si oculus tuus fuerit simplex. 441
12. Si venerit in secunda vigilia. 373
Iesu fili Dauid miserere mei. 286
15. Congratulamini mihi. 345
Dico vobis, gaudium erit in cælo. 182
18. Oportet semper orare, & non deficere. 82
Deus gratias ago tibi. 331
Deus propitius esto mihi peccatori. 397
14. Nónne cor nostrum ardens erat. 545
Palpate, & videte. 178

EX D. IOANNIS.

Cap. 9. Scimus quia peccatores non exaudit Deus. 191
12. Qui amat animam suam, perdet eam. 290
13. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis. 317
15. Maiorem hac dilectionem nemo habet. 133
Vt adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est. 115
16. Expedit vobis vt ego vadam. 108
17. Hæc est vita æterna. 122
20. Dominus meus, & Deus meus. 66
Quia vidisti me Thoma, credidisti. 177

EX ACTIS APOSTOL.

Cap. 4. Conuenerunt enim verè in ciuitate ista. 56
Domine, tu es qui fecisti cælum, & terram. 366
7. Domine ne statuas illis hoc peccatum. 561
9. Vas electionis est mihi. 307
13. Filius meus es tu, ego hodie genui te. 55
16. Paulus & Silas orantes laudabant Deum. 159

EX EPIST. AD ROM.

Cap. 3. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. 187
7. Non enim quod volo bonum, hoc facio. 461
9. Non volentis, neque currentis. 254
14. Is qui manducat, non manducantem non spernat. 218

EX

EX I. AD CORINTH.

Cap. 4. Non in hoc iustificatus sum. 311
11. Caput Christi Deus. 63
Si non velatur mulier, tondeatur. 264
Ideò debet mulier potestatem habere supra caput. 263
13. Si linguis hominum loquar & Angelorum. 349
Maior autem horum est caritas. 221
Caritas patiens est, benigna est. 224
14. Nam si orem lingua, spiritus meus orat. 242.252
Orabo spiritu, orabo & mente. 242.431
Omnia honestè fiant. 238

EX II. AD CORINTH.

Cap. 5. Pro Christo legatione fungimur. 352
6. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros. 372.577
9. Non ex tristitia, aut ex necessitate. 295
12. Non quæro quæ vestra sunt, sed vos. 232

AD GALATAS.

Cap. 3. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo. 270

AD EPHESIOS.

Cap. 5. Implemini Spiritu sancto. 7.280.450
Loquentes vobismetipsis in Psalmis. 337.522
6. In omnibus sumentes scutum fidei. 197

AD COLOSSENSES.

Cap. 3. In gratia cantantes in cordibus. 568

EX I. AD THESSALON.

Cap. 4. Præcipimus vobis, vt honestè ambuletis. 238
5. In omnibus gratias agite. 69

EX I. AD TIMOTH.

Cap. 1. Regi sæculorum immortali. 611
2. Leuantes puras manus sine ira. 319
5. Est infideli deterior. 83

EX II. AD TIMOTH.

Cap. 2. Quædam in honorem, quædam autem in contumeliam. 307

AD HEBRÆOS.

Cap. 1. Filius meus es tu, ego hodie genui te. 55
Cùm iterùm introducit primogenitum in orbem terræ. 39
Omnes sunt administratorij spiritus. 269
13. Offeramus hostiam laudis semper Deo. 190.536

EX EPIST. D. IACOBI.

Cap. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est. 151.594
Si quis putat se religiosum esse. 490
4. Petitis, & non accipitis. 431
5. Multum valet deprecatio iusti assidua. 351

EX

EX I. D. PETRI.

Cap. 5. Aduersarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit. 197

EX EPIST. I. D. IOAN.

Cap. 4. Qui manet in caritate, in Deo manet. 575

EX APOCALYPSI.

Cap. 3. Vtinam frigidus esses, aut calidus. 546

4. Requiem non habebant die ac nocte. 37.564

Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens. 363

Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam. ibid.

5. Habentes singuli citharas. 115

8. Et ascendit fumus incensorum. 268

12. Mulier amicta sole. 124

14. Sicut citharœdorum citharizantium. 115.407

Nemo poterat dicere Canticum. 407

Virgines enim sunt. ibid.

15. Habentes citharas Dei. 115

20. Apprehendit draconem, serpentem antiquum. 196

INDEX RERVM PRÆCIPVARVM.

A

AARONIS *oratio scutum fuit populi.* 141

Acediæ & senectutis similitudo. 543. *omnes tentat acedia.* ibid. *remedium à Deo.* 544. *pellitur à Dei præsentia.* ibid. *Acediæ signa.* 549. *Acediæ comes somnolentia.* 545. *Acedioſorũ opera Deo inuisa.* 546. *preces sunt cibus diaboli.* ibid. *remedia varia.* 550

Adamus primus Deo obtulit Sacrificia. 2

Ægypti Regum pietas ac munificentia erga Sacerdotes. 354

Ægyptiorum reuerentia erga Ioſephum. 401

Alexander Magnus coronas labore partas præferebat hereditariis. 292

Alexandri Saulij annui ſeceſſus. 429. *ad chorum frequentia.* ibid. 572.

Alleluia *quid ſignificet.* 50

Amantis lingua percipitur à Deo. 348. *Amatores Dei nequeunt abſtinere à choro.* ibid.

Amor muſicam docet. 341. *Amor Dei vrget ad laudum frequentiam.* ibid. *Amor emphaticus D. Auguſtini in Deum.* 342. *item beatæ Virginis Deiparæ.* 343. *Amoris actus inſignes eliciuntur in cantu Pſalmorum.* 348. *Amoris erga Deum indicia.* 347. Vide *v.* Caritas.

Amor ſui impedimentum præbet Spiritui. 290. *nocet ſanitati.* ibid.

Andreæ Auellini feruor inſignis erga Hymnodiæ vſum. 552. *generoſitas quanta.* ibid.

Angelorũ reuerentia coram Deo. 559. *Angeli dedignantur irreuerentibus mortalibus.* 560

Hymnorum vſum hortantur. 18. *ſemper vigilant.* 372. *viſi ſunt Hymnis.* 36. *ſunt primi cantores diuinarum laudum.* ibid. *ſine requie cantant.* 37. *delectantur lacrymis pœnitentium.* 182. *inuitantur primi à Dauide ad opus laudum.* 40. *cantant* Regina cæli. 142. *cum hominibus pſallentibus pſallunt.* 41. *viſi inter pſallentes.* ibid. 268. *diligunt concordes animo.* 322. *S. Franciſcæ Romanæ familiares.* 272. *viſi adſtare Miſſæ.* 43. 265. *cum diua Magdalena pſallunt.* 82. *contemplationi actionem coniungunt.* 88. *diligunt attentos orationi.* 268. *tempore precum aduolant orantibus.* 266. *offerunt preces noſtras Deo.* 267. *ſcribunt verba pſallentium.* 268. *pædagogi animarum.* 270. *ſeruidis adſunt.* 292. *Angelorum*

ſocietatem

societatem in precibus postulat Ecclesia. 41. *præsentia facilè potest concipi.* 263. *nomen aliquando Sacerdotibus datur.* 264. *reuerentia in Ecclesijs.* 265. *præsentia iuuat orantibus.* 267. *munia erga animas.* 270. *puritas nobis proponenda.* 305

Anglicani schismatis initium. 24

Animi felicitas sita est in sui despicientia. 399. *& in cognitione Dei.* 122

Annæ matris Samuelis sobrietas. 389. *deuotio, & laudes.* 277

Annibalis Carthaginensis risus lepidus. 184

Antonij Pagnij modestiæ compositio. 470

Antonij Patauini erga chorum mirus affectus. 19

Antonius Maria Zacaria cum duobus sociis instituit Clericos Regulares S. Pauli. 43. *Angelicas virgines dirigit.* 44. *Societates pias laicorum cogit.* ibid. *vitam laudat contemplatiuã.* 89. 91. *feruidus vir.* 289. *iram detestatur.* 319. *humilitatis encomia prædicat.* 331. *orationis studiosissimus.* 420. *deuotionis dotes declarat.* 478. *in discernendis spiritibus insignis.* 501. *risus causas detegit.* 507. *in mysticaTheologia insignis.* 109. *vitam spiritualem collapsam restituit.* 548

Apostoli Hymnodiæ vsum exercent. 5

Apostolorum dilectio erga Christum nimis tenera. 108

Apum vigilantia. 387

Aquila Aprutij metropolis. 611

Arbor Persica symbolum operantium ex corde. 240

Attentio Dauidis ad Psalmorum cantum. 241. 447. *interior est de præcepto.* 244. *ad mysteria humanitatis Christi est sufficiens.* 245. *virtualis est sufficiens.* 253. *perfecta est donum Dei.* 254. *est substantia diuini Officij.* 255. *exigit cordis & oris vnionem* 448. *à Deo postulanda.* ibid. *similis fumo incensi.* ibid. *à diabolo exturbatur.* 449 *Sine attentione preces sunt Deo inuisæ.* 242. *à dæmone rident-tur.* ibid. *non sunt veræ preces.* 243. *Attentionis gradus tres.* 246. *Attentionem quomodo possint habere idiotæ.* 247. 413. *Attentio perfecta sine euagatione nec omnibus conceditur Sanctis.* 251. *perfectissimæ attentioni non est ponendus obex.* 249. *Attendendi propositum magis quàm actualis attentio præcipitur ab Ecclesia.* 251. *Attentionem habere debent orantes ex spontanea volũtate.* 253 *Attentè orantes diliguntur à Deo.* 268. Vide *v. Euagationes, & v. Mentis euagationes.*

D. Augustinus ex Psalmis plures hauriebat pios affectus. 174

Augustinus Torniellus insignis sacræ Chronologiæ scriptor. 283 *chori frequentiam semper sustinuit, & coluit.* ibid.

Auium volatus hilaris & cantus alacris nos homines excitat. 303. *auium cantus ab amore.* 341

B

Barnabitæ vnde dicti 44. Vide *v. Clerici Regulares sancti Pauli.*

Basilius Angussola Auctorem incognitum in Psalmos reddit cognitum. 56

Beati in patria Hymnorum vsum tenent. 52. *laudes vocales exercent.* 53. *Beatorum Hymni sunt eiusdem rationis cum Hymnis viatorum.* 113. *citharæ vsus frequens.* 115

Bellorum incommoda grauissima. 135. *cantu Psalmorum vincuntur.* 136. *Bella Hebræorum à Deo confecta.* ibid. *In bellis vsus Hymnorum à Moyse.* 138. *Bellorum Domini liber quis.* 137

Benedictiones diuinæ super pios psallentes paratæ. 32

D. Benedictus Monachorum primus reparator in Italia. 35. *chori celebrat Hymnodiam.* ibid. *appellat eam* opus Dei. ibid. *in suis alumnis silentium nocturnum voluit.* 539. *& deuotionem tum interiorem tum exteriorem.* 554

Beneficium magnum est electio ad diuinas frequentandas laudes. 33. *Beneficiorum valida vis ad amorem.* 129. *Beneficiorum obliuio Deo odibilis.* 68

Beneficium datur propter Officium. 243. 353. *Beneficio priuandus qui Officium non recitat.* 353. *Beneficiariorum obligatio stricta.* 354

Blasphemia est signum reprobationis. 116

D. Brunonis mira ad Religiosum statum conuersio. 205

C

Cæli suis motibus Deum prædicant. 605

Cærimoniarum exteriorum religiositas. 554

Caluinistica secta ortus. 24

Camaldulensium institutum. 422

Canonicorum Capitula viris constant egregiis. 211

Canticum Magnificat *mira exundans deuotione.* 278

Canticum Regina cæli lætare *ab Angelis compositum.* 142

Canticum Salue Regina *à quo compositum.* 297. *huius Cantici suauitas.* 298. *Beatæ Virgini Deiparæ acceptum.* 34. *miris fauoribus cumulatur.* 366

Canticum Te Deum laudamus *à quibus & quando compositum.* 279. *mira visione comprobatur.* 417

Canticum Simeonis ex deuotione ortum. 279

Cantus Angelorum validus, & altus. 564. *memoriæ iuuat.* 121 *validitas ex cordis oritur feruore.* 563. *inconditus vitandus in Templis.* 567. *Psalmorum reputatur graue tributum à quibusdam.* 35. *audientes allicit ad Ecclesiam.* 338. *alternus ab Angelis eductus.* 37. 360. *vtilitates.* 335. *non reprehendendus.* 516. *abusus fugiendi.* ibid. *theatricus animum emollit.* ibid. *vis in animi affectibus.* ibid. *feminarum vitandus.* 517. *ad populi acquirendum concursum reprehenditur.* 519.

ob solam delectationem cauendus. ibid. 521. grauis prouocat lacrymas. 521. remissus varia gignit mala. 598. alterni proportio. 600. Cantantes profana sunt falsarij. 517. à Deo puniendi. 518. horum excusationes reiiciuntur. ibid. mores obseruandi. 520. Cantantes vani à Deo puniti. 522. Cantantium conditiones quæ. 524. Cantu discebantur leges ciuiles. 120. Vide v. Musica.

Capitis inclinationes quanti faciendæ. 436

Capucini media surgunt nocte ad diuinum Officium. 382. quando instituti. 25. variis resplendent virtutibus. 582

Caritatis Dei erga homines mira visio. 65. dignitas insignis. 223. caritas Psalmorum cantu excitatur. 133. 575

Carmelitæ discalceati media surgunt nocte ad Hymnodiam. 382. annuos habent secessus. 424. à quo instituti. 302. 590

S. Caroli mira silentij obseruatio in diuinis Officiis. 492

Carolus à Basilica Petri insignis alumnus S. Caroli. ibid.

Carthusiani bona experiuntur solitudinis. 422. media nocte surgunt ad laudes Dei. 182. à quo instituti. 205. eremiticam agunt vitam. 227. habent feruidos viros. 435. 485. 549

Cenodoxiæ vitium quale. Vide v. Gloria humana.

Ceruorum industria in fretis tranandis. 360

Chori præfectorum magna obligatio 596. eorum absentia multùm damnosa. 597

Chori psallentium castra sunt Ecclesiæ. 42. 140

Chori dignitatem minuentes grauiter errant. 568. 578. ethnicis deteriores. 173. à Deo puniuntur. 233. Chori venustas duabus nititur rebus. 598. Chori vsus à præcipuis Doctoribus maxima diligentia cultus. 571. 572. Chorum tardè ingredientibus pœnæ statutæ. 589. Chori notio vnde. 295. Chorus exigit animorum concordiam. 322. magna confert bona. 359. in Choris cantus Psalmorum facilior. ibid. egredientium è Choro culpa. 592

Christi Domini vita in Psalmis descripta. 55. nomen quando soli Filio Dei tribuatur in Scripturis. ibid. passio in Psalmis prænuntiata. 56. Ascensio præuisa à Dauide. 57. præsentia in Eucharistia orantes excitat. 261

Christus Dominus dormiens orabat. 83. tentatus à diabolo Psalmorum auctoritate. 173

Ciborum nimietas vigilias impedit. 388. indigestio vigiliis contraria. ibid. fumus mentem obruit. ibid. repletio gignit multa mala. 390. cogitatio exturbat corda etiam religiosa. 458

Cicadæ Dei sunt humiles & feruentes. 285

Cithara vsus familiaris Dauidi, & Beatis. 114

S. Clara virginis oratio fugat Saracenos. 147

Clericorum Regularium S. Pauli institutio. 25. *munia.* 43. *vita mixta,* ibid. *chori frequentia.* ibid. 376. *disciplina chori.* 434. 487. 491. 495. 505. 591. *leges ad silentium in choro ab omni strepitu* 495. *studium erga morientes Fratres.* 199. *oratio mentalis bis in die.* 230. *vigiliæ matutinæ.* 386. *annuus secessus.* 424. *studium ad attentionem.* 473. *paupertatis gradus rigorosus.* 587. *cultus erga doxologiam.* 555. *labor erga infectos peste.* 134. *scholæ publicæ.* 581. *examen conscientiæ* 539. *benedictio ante cubitus tempus.* ibid. *exempla domestica perfectionis.* 96. 201. 282. 300. 380. 402. 429. 470. 483. 492. 542. 572. *silentium post benedictionem Prælati.* 539

Cogitatio præsentiæ viri grauis animum componit. 271. *Cogitatio omnis deponenda ante chori ingressum.* 458. *quomodo in Deum colligenda.* 459

Columbæ alas expetit Dauid orans. 307. *Columbæ conditiones aptæ orantibus,* ibid. *Columbæ perferunt literas collo alligatas.* 308

Congregationis de propaganda fide Officium. 25

Consolationes & deliciæ sanctorum Ephræm, Francisci, Philippi. 102. *animi puritatem exigunt.* ibid. *nomine conuiuij describuntur.* 103. *cur non ab omnibus sentiantur.* 105. *non debent expeti tamquam finis.* 107. *imperfectis conceduntur.* ibid. *decipiunt multos.* 108. *præsertim gulosos spirituales.* ibid. *non sunt argumentum perfectionis.* 109. *possunt à Deo peti.* ibid. Vide *v. Deliciæ spirituales.*

Contemplatiuæ vitæ dignitas. 88. *Contemplatio prouocat Psalmodiam, & hæc fouet illam.* 90. *Contemplationis & actionis vita mixta perfectior aliis.* 88. *Contemplatiuorum oculi.* 91. *Contemplatio ecstasim operatur.* ibid. *cuilibet hominum gradui apta.* 92. *simplicibus etiam & idiotis.* 93. *etiam mulieribus.* ibid. *Contemplatiui diligunt Psamodiæ vsum.* 95. *Contemplationis & actionis gradus varij.* 97. *Contemplatio exigit animum à passionibus liberum.* 92

Cor præcipuè exigitur à Deo. 239. *Cordis auditor est Deus.* 241. *Corda pendit Deus.* 242. *vim confert & vitam verbis.* ibid. *Cordis symbolum est Persica arbor.* 240. *exultatione ingrediendum ad Hymnodiam.* 299. *iubilatio vnde habenda.* 300. *puritas necessaria.* 306. *portiones duæ.* 346. *irati damna.* 314. *Cor turbatum passionibus est sicut aqua turbata.* 313. *Corda mutat Deus.* 312

Cosmæ Dossenij prudentia. 96. *frequentia ad chorum.* 97. *sollicitudo ad vigilias nocturnas.* 376. *reuerentia erga ritus sacros.* 542

Cremona habet Moniales Angelicas. 44

Culpa

Culpa in recitatione admissa satisfaciendo in fine Officij, & quomodo. 594

D

DAuidis votum circa Dei laudes. 16. *docuit Leuitas Psalmorum cantum.* 33. *omnibus praestat Vatibus.* 46. *nec fortunam nec casum admittit.* 49. 151. 157. *potius Euangelista quàm Propheta, ob claritatem.* 54. *eius lingua calamus Spiritus sancti.* 47. *Dauidis laudes insignes.* 54. 57. *praesens videtur fuisse Ascensioni Christi.* 57 *Gratiarum actionis studiosissimus Dauid.* 64. *eius ardens votum psallendi in Templo.* 95. *oratione postulat consolationum restitutionem.* 110. *eius felicitates & priuilegia ob psallendi studium.* 117. *Dauidem resurrexisse cum Christo.* ibid. *quomodo euaserit à vitæ periculo.* 152. *spem numquam abiecit.* ibid. *Dauidis fuga duodecim.* 256. *psallens coniungebat meditationem cantui.* 474

Defectus Psalmodiæ etiam leues æstimandi. 432

Defuncti iuuantur Psalmorum cantu. 203

Dei cultus & inuocatio quando cœperit inter homines. 3. *sublimitas nequit ab homine dignè laudari.* 10. *ineffabilitas.* 11. *cultus nihil leue cognoscit.* 555. *ineffabilitas cognita & asserta ab Ethnicis.* 12. *mira dignatio erga inclinantes ad* Gloria Patri. 556. *ineffabilitas quo artificio ostensa à Simonide.* 13. *caritas mira erga homines.* 66. *Verbum factus est homo tam pro vno quàm pro multis.* 65. *cognitio præstat omnibus diuitiis & bonis.* 122. *cognitio confert mortalibus beatitudinem.* ibid. *præsentis cogitatio familiaris Dauidi.* 255. *Iudicis adspectus in Psalmis describitur.* 259. *mina ad malos Sacerdotes.* 358. *præsentia acediam pellit.* 544. *mira prouidentia erga psallentes.* 457

Delicia spirituales nequeunt explicari. 98. *præstant ceteris mundi deliciis.* ibid. *miram possident vim.* 99. *vincunt dominandi cupiditatem.* 100. *animum absorbent.* 101. Vide *v. Consolationes.*

Delictorum grauitas ex quibus augeatur capitibus. 433

à Deo postulandum auxilium, vt dignè laudetur. 10

de Deo melius loquimur per negationes quàm per affirmationes. 12. *à Deo omnia bona expectanda.* 154. *Deum diligentes frequentant Hymnodiam.* 120. *ex Dei colloquio ardor & lumen.* 123. *Dei potentia.* 127. *Pulchritudo.* ibid. *Sapientia.* ibid. *Imperium.* 128. *Æternitas.* ibid. *Deum ritè laudare difficile.* 305. *à Deo capienda exordia actionum.* 387

Deuotionis spiritualis ratio. 553. *Deuotio attentionem sequitur.* 273. *in quo consistat.* 274. *Deo grata.* 275. *à Deo postulanda.* ibid. *excitat ad laudes.* 277. *Annæ matris Samuelis deuotio*

mzgna. ibid. *Deipara Virginis quanta.* 278. *est medulla Sacrificiorum.* 279. *à Spiritu sancto nascitur.* 280. *Deuotionis acquirenda adiumenta.* ibid. *priscorum Christianorum quanta.* 281. *Deuotiores frequentant chorum.* 282. *Deuotiores debent esse Prælati.* ibid. *Deuotus psallit magno feruore.* 284. *Deuotionis effectus est iubilus.* 294

Deus in nube apparere solitus. 333 *maior est omni laude.* 10. 50. *silentio colitur.* 11. *omnis fortunæ auctor.* 158. *colendus à nobis spiritu & corpore.* 560. *vbi adest, ibi firmitas.* 145. *quibus rebus colendus.* 29. *igne comprobabat priscorum Sacrificia.* 34. *potiùs animum quàm censum pendit.* 343. *erga gratos liberalior.* 70. *remunerator aduerbiorum non nominum.* 238. *scrutator cordium.* 171. *cur sit ore laudandus.* ibid. *enumerat gressus afflictorum.* 256. *cognoscendus omnis boni origo.* 335

Deus in adiutorium meum intende, &c. quare initium sit Horarum Canonicarum. 139. *multas complectitur virtutes.* 168

Deus meus magna cum reuerentia vsurpatur à sanctis viris. 101. *est nomen delicia.* ibid.

Diabolus odit psalmodia vsũ 162. *torquetur acriùs ex inuidia quàm ex igne.* ibid. *variis artibus studet à chori vsu auertere.* 166. 588. *extrahit è choro psallentes.* 167. *quo versiculo fugabatur à D. Antonio.* 169. *à Monali pulsus.* ibid. *decipit quosdam vsu Psalmorum superstitioso.* 161. *vsurpat Psalmos ad tentandum.* 173. *implet saccum verbis malè prolatis in choro.* 479. *morientibus adstat.* 195. *ligatas habet vires.* ibid. *cur permittatur tentare iustos sub mortem.* 196. *purgat iustos suis tentationibus.* ibid. *ab actibus fidei vincitur.* 197. *eius tentationes quomodo superandæ.* 198. *eius visionem habuit Christus Dominus in cruce.* 199. *studet chori ingressum retardare, & egressum sollicitare.* 589. *adstat orantibus, & verba describit.* 273

Dispositio cordis ad psallendum exoranda à Deo. 61

Distributionum lucrum vergitur aliquibus in damnum. 479. *amissio quibus accidat.* 593. *quotidianarum finis & vsus rectus.* 602

Diuina præsentia cogitatio confortat Iobum. 257. *quot modis possit concipi.* 258. *feruorem tribuit oranti.* ibid. *timorem gignit.* 259

Diuini cultus imminutio graue delictum. 603

Diuino auxilio omnes egent. 169

S. Dominici visio. 588. *alumni pij varias in choro à Deo recipiunt gratias.* 34. 366. *sustinent Ecclesiam.* 148. 581

Doxologia quanta sint vtilitates. 398. Vide v. Gloria Patri, & Filio, &c.

E

Ecclesia est mulier sole amicta visa à Ioanne. 124. more militiarum excubat ad animarum vtilitatem. 373. sustinetur à religiosis Ordinibus. 148
Ecclesia redditur venustior ex rituum vnitate. 534. & ex varietate. 233
Ecclesiæ preces liberant Petrum Apostolum è carcere. 364. semper Deo sunt acceptæ, licet minister sit in peccato. 445. benignitas temperauit temporum rigorem in diuinorum recitatione. 539
Ecclesiasticorum obligatio magna ad opus Psalmodiæ. 606. Ecclesiastici sunt à Deo electi ad suas laudes sustinendas in terris. 31
Elementa Deum sine voce laudant. 605
Eliseus sustinebat regnum Israël. 148
Enos promouit cultum Diuinum. 4
S. Ephræm miras sentiebat Spiritus delicias. 102
Epieikeia quid sit. 515. à scrupulosis adhibenda. ibid.
Episcoporũ grauis obligatio. 482. erga temporum præscriptorum obseruationem. 540. circa formam diuini Officij. 532. circa musicos cantus. 524. circa pronuntiationem. 482
Escurialis fabrica insignis. 217
Euagationes inuoluntariæ à Sanctis expiantur. 595. voluntariæ Angelos contristant. 269. non satisfaciunt obligationi recitationis. 450. ridentur à diabolo 451. Deo iniuriosæ. 452. à Deo puniuntur. 453. & seq. à sollicitudine anxia rerum temporalium fouentur. 456. à Sanctis deflentur. 462. fouentur ab oculorum vagatione. 464. inuoluntariæ non auferunt meritum. 455. Vide v. Attentio, & v. Mentis euagationes.
Exemplum Prælatorum & Superiorum magnam possidet vim. 179. 282

F

Felicitas animi non in diuitiis, nec scientiis, sed in Dei veri cognitione. 122. & in sui despicientia est sita. 399
Feminarum cantus exitiosus, & fugiendus. 517
Feruentibus adstant Angeli. 292. à feruidis fugiunt dæmones. ibid.
Feruor psallentium gratus Deo. 284. feruidi orantes sunt cicadæ Dei. 285. Feruor Chananææ mulieris. ibid. Feruore vocis delectatur Deus. 286. Feruor mentalis orationis quanta virtutis. 288. ex magnitudine feruoris animi magnitudo penditur. ibid.
Fidei tentationes quomodo superandæ. 198. actus magnam habent vim contra diabolum. 197
S. Franciscæ Romanæ Angelorum seruitus. 272
S. Francisci de Paula solitudinis amor. 428
S. Francisci Xauerij consolationes miræ. 102. Iaponiæ Apostolus. 583
S. Franciscus visus est sustinere Dei Ecclesiam. 149. moriens cantat.

cantat. 201. huius sancti viri alumni tuentur chori dignitatem. 149. 582

G

Genuflexiones obseruandæ à psallentibus. 397
Gloria Patri, & Filio, &c. magna pronuntiãdum reuerentia. ibid. non inclinantes ad Gloria Patri, &c. seuerè puniuntur. 556. quantas afferat vtilitates hic versiculus deuotè recitatus. 398 supplet multos defectus psallentium. 399
Gloria Deo debita aliquando ab homine vsurpatur. 400
Gloria humana morbus est communis. 398. non reperitur in peccatoribus, nisi in reprobis. 399. quo remedio vincenda. ibid.
Gratia maior, nisi prosit ad salutem, maiores exigit pœnas. 358
Gratiæ agendæ Deo post diuinum expletum Officium. 593
Gratiæ diuinæ necessitas in Psalmis prædicatur. 49
Gratiarum actio expletur vsu Psalmorum. 63. 69. Gratiarum actionis studiosissimus Dauid. 64. Gratiarum actio tam in prosperis quàm in aduersis adhibenda. 69. in aduersis est propria Christianorum. ibid. disponit ad gratias maiores recipiendas à Deo. 70. est tuba pulsans Dei aures. 72
Gratitudinis necessitas. 62. gratus animus beneficia communia reputat sibi propria. 65
Grauitate laudatur Deus. 503

H

Hæretici insulsè reprehendunt Sanctimonialium Psalmodias. 403. 405
Hebræorum nomen gentibus terrificum. 137. Hebræi incedebant per desertum more castrorum instructi. 138
S. Hedvvigis erga pias imagines deuotio. 472. quomodo reperta post multos annos sepultura. 473
Hieronymi Boërij cantus Psalmorum pius sub mortem. 201
Hieronymianorum cantus deuotus. 217
Homines omnes laudibus Dei sunt apti. xvj
Hominis creatio præcipuè ad Deũ laudandum. 30. opera ex fine desumunt conditionem. 443. Humana res obnoxia mutationi. 1. Hominis dignitas illustratur ex vsu Psalmodiæ. 606. Homo tenetur Deum laudibus colere. 605
Hora qualibet diei exercetur vsus Hymnodiæ. xvj. 536
Horæ Canonicæ quare septem. 80. ab aliquibus recensentur octo. 81. Horas Canonicas recitant Angeli cum D. Magdalena. 82. vnde dictæ Horæ Canonicæ. 85. sunt septem mystici Ecclesiæ Planetæ. 124. Initium Horarum Canonicarum cur à Deus in adiutorium. 139. dignitas & sanctitas quanta. 526
Horarum & Psalmorum ordo seruandus in recitatione Officij. 527. obseruatio est vtilis. 536. Hora tertia dicitur aurea, & sacra.

sacra. 537. *hac hora descendit Spiritus sanctus super Ecclesiam.* ibid. Vide *v. Recitantes.*
Humilitas vim confert precibus. 323. *Humiles sunt veri cantores diuinarum laudum.* 324. *Humilitas in Angelis bonis resplendet.* 326. *Humilium laudes præferendæ laudibus Angelorum.* ibid. *Humilitatis cum infantia similitudo.* 327. *Humilitas parit contemptum sui.* ibid. *Humiles de se loquuntur demissè.* 328. *Humilitas Danielis quanta.* ibid. *Dauidis magna.* 329. *Deo omnia refert.* ibid. *Humilis nihil sibi tribuit.* ibid. *Humilitas est diuinarum gratiarum receptaculum.* 330. *Humilis peccator iustificatur.* 331. *passiones relictæ ad humilitatis exercitium.* 501
D. Hyacinthi Poloni mors egregia. 608
Hymnodia in omni loco est in vsu. xv. *Hymnus significat laudem Dei.* xxj. *Hymnus & Psalmus synonyma sunt.* xxij. *Hymnodiæ vsus sensim excreuit cum tempore.* 4. *nulla egregia facinora impedit.* 569. 580. & seq. *est necessarius ad Dei cultum externum.* 7. 19. 349. *miraculo approbatur à Deo.* 19. *tempore Dauidis floruit.* 5. *Hymnos cecinit Christus Dominus cum Apostolis* ibid. *Hymnus à Christo Domino dictus post cœnam quis.* 6. *Hymnorum vsus præfertur Sacrificiis.* 27. Vide *v. Psalmodia, & v. Laudes.*

I

IAcob Patriarcha quando beneficiis augebatur, maiorem spondebat sanctitatem. 67. *in duabus vxoribus suis vtrumque vitæ genus symbolicè offert.* 88
Idiotæ mens quomodo queat ad Deum attendere. 247. *orationes sunt eiusdem valoris cum orationibus doctiorum.* 250. 411
Iericho destruitur plurium vnitorum clamore. 365
Iesuitæ. Vide *v. Societas* IESV.
S. Ignatius à scrupulis vexatus sanatur. 513
Imaginum piarum intuitus vtilis. 471. *vsus exemplaris.* 472. *Imago B. Virginis Deiparæ sanat infirmos.* ibid.
Impij cur à Deo permittantur viuere. 355
Improborum dicta sunt nullius auctoritatis apud viros graues. 309
Indulgentiæ concessæ recitantibus Officium. 471. 594
Infirmitates quorumdam potiùs imaginariæ sunt quàm veræ. 391. *diaboli astutia excitatæ.* ibid. *infirmiores sunt, qui valetudini maxima diligentia student.* 290
Ingenij acumen absque voluntatis ardore nullius est apud Deum meriti. 347
Ingratitudinis turpitudo. 62. *omnium vitiorum pessima.* 68. *Deo odiosa.* ibid.
Ingressus ad diuinas laudes qualis esse debeat. 299. 588

Initij

Initij qualitas bona progressum promittit feliciorem. 588. *Initij qualitas declarat progressum.* 303
Integritas diuini Officij violatur occasione musicorum cantuum. 525
Intentio psallentiũ qualis esse debeat. 439. *virtualis qua.* 440. *implicita qualis.* ibid. *est humani cordis oculus.* 441. *bona vitiatur ex malo fine superueniente.* 442. *ex quibus dignoscatur indiciis.* 444. *Intentionis & attentionis discrimen.* 447
Inuidia magit vrit quàm inferni ignis. 163
Iob Hymnis Deum coluit. 28
Ira passio nocet animo. 313. *à damone excitatur.* ibid. *Irati cordis damna.* 314. *Iracundorum preces & Sacrificia respuuntur à Deo.* 318. *Ira impedit orationis fructum.* 319. *ante orationem deponenda.* 320. *à choro excludenda.* 322. *Irati nec Deum benedicunt, nec à Deo benedicuntur.* 323
Iubilatio cantus ex feruore oritur cordis. 294. *est vestis nuptialis.* 295. *cordis vnde habenda.* 300. *Saculi iubilatio fugienda.* 299.
Iuliani Apostatæ studium. 172. 393. 409
Ius accrescendi quid. 602
Iusti ex affectu vocant Deum *suum, non* Deum *nostrum.* 66. *cognoscuntur ex gratitudine.* 64. *post beneficia erumpunt in gratiarum actionem.* 67. *sunt fulcrum & columnæ populorum.* 148. *cur permittantur tentari à diabolo.* 196. *Iusti hominis signa sunt laudes frequentes.* 115. *Iustorum preces gratæ sunt Deo.* 351. *sustinent impios* 356. *Iusti impiorum facultatibus viuunt.* ibid.

L

Lacedæmonij oderant improbitatem in suis ciuibus & Senatoribus. 309
Lacrymarum exemplum quanta vis. 180. *effusio quanta in Dauide.* ibid. *merita apud Deum.* 181. *Lacryma sunt gemma Dei.* ibid. *vim habent vocis.* 181. *Angelis accepta.* ibid. *compunctionis nequeunt haberi ab omnibus.* 184. *extinguunt ignem Purgatorij.* ibid. *faciles sunt ob damna temporalia.* ibid. *diligentium Deum dulces.* 185. *Iuliani Anachoretæ quanta.* ibid. *æmulantur martyrij meritum.* 186
Lacrymatur diuus Augustinus in Psalmis. 183. *lacrymis peccata non flere, indicium est reprobationis.* ibid.
Latina lingua dignior ceteris. xxvj *aptior Ecclesiastica materiæ.* ibid.
Laudes diuinæ semper Deo gratæ. xviij. *in ipso mundi ortu vsurpatæ.* 2. *ab homine exiguntur.* 13. *à creaturis inanimis exercentur.* 14. 605. *Laudum diuinarum studiosi sunt qui Deum cognoscunt.* 16. *Laudandus Deus etiam in aduersis.* 17. *à laudibus Dei non cessandum, quamuis non exaudiamur.* ibid.

Laudum diuinarum frequentia est signum prædestinationis 116 Vide *v. Hymnus*, & *v. Psalmodia.*

Laurentij Surij frequentia ad chorum. 227

Loci sanctitas vim auget precibus. 364

Loquacitatis in choro error grauis 493. *compescitur Dei præsentis cogitatione.* 494

Ludouici Gonzagæ mira attentionis gratia in oratione. 462

Ludouici Merlini mira compositio in choro. 402

D. Ludouicus Rex Francorum frequens Hymnodiæ. 175. *ex Psalmis hauriebat pios affectus.* ibid.

Lutheranæ sectæ initium, & progressus. 23

M

Mansuetudo mira Dauidis. 315. *Mansuetorum oratio efficax* 316. *merita præclara.* 317. *Mansuetudo est nota discipulatus Christi.* ibid. *Mansuetudinis perfectio in quo sita.* ibid.

S. Maria Virgo Dei genitrix psallentibus propitia. 34. Vide *v. B. Virgo Deipara.*

D. Maria Magdalena bis effudit vnguentum. 63. *vnà cum Angelis Canonicas explet Horas.* 82. *mira reuerentia ad Christum accedit.* 561

Matutinum tempus contemplationi opportunum. 383. *Preces matutinæ Deum sibi conciliant.* 384

Mediolanensis Ecclesiæ ritus ad silentij custodiam. 497

Mentis euagatio voluntaria tollit orationis substantiã. 247. *inuoluntariæ sunt immunes à culpa.* 251. *impediunt consolationes spirituales* ibid. *Mente alieni à Deo iram sibi prouocant diuinam.* 261. Vide *v. Euagationes.*

Merces non datur sine labore. 602

Merita Christi Domini facilè conceduntur exposcentibus. 595

Meteora respiciunt Sancti, vt ad Deum auctorem ascendant. 150

Militares vigiliæ quatuor. 373. *obseruantur ab Ecclesia.* 374

Minervæ scutum à Phidia exsculptum. 47

Minimorum institutio à S. Francisco de Paula. 428

Misericordia gloriatur Deus. 187. *Misericordiæ diuinæ beneficia in peccatores.* 188. *Misericordia prædicatur & celebratur in Psalmis.* ibid. *prævalet iræ diuinæ.* 189. *in inferno etiam elucet.* ibid. *obtinetur Psalmorum vsu.* 590. *Misericordiæ diuinæ effectus insignis super psallentes.* 191

Mixtæ vitæ sublimitas & excellentia. 88

Modestia est à Spiritu sancto. 502

Moniales Angelicæ Hymnodiam exercent. 44. *Monialium vsus Psalmorum Latinorum pius.* 94 *dæmonibus odiosus.* 403. *gratissimus Deo.* ibid. 406. *defenditur à calumniis hæreticorum.* 405. *à sanctis Patribus probatur.* 407. *à B. Virgine Deipara comprobatur, & exercetur.* 408.

mira

mira visione approbatur. 417. *Moniales puellæ tuentur ciuitates.* 148. *diabolum contristat Psalmorum vsus.* 168. *Monialis incautè diabolum vocantis mirus euentus.* 169. *Moniales voluntariè euagantes in diuino Officio peste puniuntur.* 454
Mortificatione adiuuatur orationis studium. 419. *præparatur cor ad Dei visitationes.* 420. *plurima acquirũtur bona.* 424. *frenari possunt oculorum intuitus.* 466
Mortis tempore diaboli insidiæ frequentiores. 198. *quomodo cum diabolo pugnandum.* ibid. *frequentantur verba, quæ sani proferunt frequentiora.* 202. *post mortem auditi psallere.* 119. 202. 611
Mortuis prodest Psalmodia. 203
Moysis tempore canebantur Hymni solemni ritu alternis choris. 4. *Moyses primus vsus est Hymnis, ad hostes vincendos.* 138. *Moysis secessus ad montis solitudinem.* 426. *splendor ex consortio Dei.* 123
Mulieres in Ecclesia velum gestare debent. 263
Musicus concentus in Templis pius est & vtilis. 332. *à Deo comprobatur.* ibid. *Musicus erat Dauid.* 333. *Musicæ vis.* 335. *labores lenit.* ibid. *duritiem emollit.* 336. *Musica profana exitiosa.* ibid. *Musicæ miri effectus in animo.* 338. *expellit diabolum.* 339. *lacrymas ciet.* ibid. *ab Angelis adhibita.* 340. *ab amore docetur.* 341. *ab auibus exercetur.* ibid. *nutrit amorem.* 346. Vide *v. Cantus.*
Mysteria fidei in Psalmis cõtinentur. 54. *humanitatis Christi faciliora sunt ad concipiendum.* 248. *mentem ad diuinitatem eleuant.* ibid. *cuilibet Horæ Canonicæ assignata.* 254. *à Deo peracta nocturno tempore.* 375

N

NEmo dominus suorum membrorum. 466
Nocturnũ tempus orationi aptissimum. 368. *Nocturnæ preces Deo gratiores.* ibid. 377. *Nocturnis vigiliis prisci Christiani frequentes.* 369. 578. *Nocturnarum vigiliarũ hostes hæretici.* 370. *custodes Regulares.* ibid. *Nocturnæ preces separatim explebantur in antiqua Ecclesia.* 374. *à D. Monica frequentatæ.* 578. *Nocturnarum vigiliarum obseruator sollicitus Dauid.* 375. *Nocturnis precibus delectatur Deus.* ibid. *Nocturnis horis varia peracta mysteria.* ibid. *Nocturnæ vigiliæ quanta diligentia obseruandæ* 376. *Nocturnarum vigiliarum merita.* 377. *studiosi variis à Deo dignantur benedictionibus.* 381 *ad Nocturnas vigilias pigri admittunt Angelicas benedictiones.* ibid.
Noë primus degessit vites in modum vineæ. 4. *grati animi Sacrificium offert.* 71. *maioribus cumulatur beneficiis.* ibid.
S. Norberti amor solitudinis. 428
Nouitiorum tentationes quo remedio curandæ. 506. *frequentior*

tior tentatio est risus. ibid. *Nouitiorum ridentium passio quomodo curata.* 507
Nunc dimittis seruum, &c. Vide *v. Canticum.*

O

Oculorum aspectus liber euagationes fouet. 464. *obiecta animum implent vanitatibus.* 465. *Oculi ad scientiarum acquisitionem dati.* 466. *mortificationis studio frenantur.* ibid. *Oculorum aspectum sequuntur cogitationes.* 467. *custodia student contemplatiui.* ibid. *curiositatis vana excusatio.* ibid. *damna.* 468. *cæcitas aliquando vtilior visu.* ibid. *demissio & collectio grauitatem sustinet cordis.* 505. *curiositas arcenda remediis.* 470. *Oculis clausis psallere vtile.* 473
Officium diuinum studiosè recitandum. 528. *sine syncopa.* ibid. *Omissiones in diuino Officio supplendæ opportuno tempore.* 529. *ipsius Officij causa occurrentes an supplendæ.* 530. *interruptiones vitandæ.* ibid. *Officium diuinum non omittendū ob Principum negotia.* 531. *Officij commutatio illicita.* 532. Vide *v. Horæ Canonicæ.*
Operis bonitas attenditur ex conditionibus. 236. *modus præcipuè à Deo expenditur.* 237. *in circumstantiis magna vis.* 238
Opus Dei præferendum ceteris negotiis. 531. *In operibus Dei nullum erratum reputandum est leue.* 432
Oratio à laudibus exordienda. 73. *aliquando sine præludiis.* ibid. *quædam ab Angelis tradita ad Deum placandum.* 74. *petere debet primò spiritualia.* 76. *Dauidis petebat benedictiones.* ibid. *petere potest temporalia.* 77. *etiam naturalia.* ibid. *Orationis septenarius numerus magnis ornatur mysteriis.* 80. *Orationis vocalis merita & valor apud Deum.* 78. *quomodo possit esse sine intermissione.* 82. 84. *Orabat Christus Dominus etiam dormiens.* 83. *Orationis vicissitudo attentionem adiuuat.* 85 *Orationes iaculatoriæ ex Psalmis erutæ.* 87. *Orationis magister Dauid.* ibid. *In oratione potiùs ad Deum quàm ad sensum verborum attendere præstat.* 94. *Oratio piorum iram Dei auertit.* 140. *est scutum populorum.* 141. *pestilentiam fugat.* ibid. *Orationes impedit Deus puniturus populos.* 143. *Orationis vsus à politicis non æstimatur.* 148. *Orare an debeant peccatores.* 190. *Ab Ecclesia orationes ordinatæ maiorem habent vim.* 192. *Orationis victima etiam à naufragantibus potest offerri.* 194. *est mentis eleuatio in Deum.* 247. *tam docti quàm idiotæ est eiusdem meriti apud Deum.* 250. *Orationes ex sola pietate possunt sine attentione recitari.* 253. *Orantes debent excludere etiam bonas cogitationes.* 260. *Oratio ante diuinum Officium.* 311. *vnita plurium orantium vim possidet maiorem.* 364. *cogit Deum.* 365.

non respuitur à Deo. 363. Orantis spiritus iuuatur à corporis motibus. 392. Orationes priuatæ nec loco, nec tempori, nec modo subduntur. 395. In oratione possunt peti bona malè. 432. Oratio est quædam animi dormitio. 460. Voluntariæ orationes omittendæ pro debitis. 477. Quales orantes volumus inueniri, tales esse oportet ante orationem. 504. Oratio publica legibus loci, temporis, gestus & verborum subditur. 396. apta post Officium. 595

Ordo in actionibus est magni ponderis. 584

Oscitantia dedecet psallentes. 547

Otium negotiosum in solitudine habetur. 425. Otij osores chori vsum tuentur. 586

P

PAssiones inordinatæ impediunt dona Spiritus sancti. 313. sunt nubes animi. 312. iræ obnubilant animum. 313. relictæ ad humilitatis exercitium. 501

Peccatores an debeant orare. 190. an orantes exaudiantur. 191. Peccatorum laudes Deo ingratæ. 309

Perfectio animi in quibus rebus sita. 109. non est dimetienda ex deuotione sensibili. 108. Perfectorum virtutes ab Angelis suspiciuntur. 421

Pestis sublata precibus. 142. Pestis sæuissima Insubriæ. 134. Peste sublatæ Moniales indeuotæ. 454

B. Petri Damiani mira mutatio ad Psalmorum suauitatem degustandam. 61

Petri Mariæ Sessæ mira alacritas ad Psalmodiam. 300

S. Philippi Nerij delitiæ spirituales. 102. ad Psalmodiam audiendam frequentia. 176. alios ad sanctitatem promouit. 177

Philosophi mira ad fidem conuersio. 21

Pœnas culparum subeunt libenter perfectionis studiosi. 499. pœna grauis ob turbatum silentium. 498

Politici precum vim non æstimant. 148. casui & fortunæ ascribunt euentus. 147

Populorum incolumitas ex piorum precibus pendet. 150

Prælatorum & Principum exempla magnam habent vim. 179. 282. obligationes. Vide v. Episcopi.

Præmonstratensium origo. 421

Preces adhibendæ ante diuinum Officium. 311

Principum nuntij aptiores ob eloquentiam. 352

Psallentium iustorum meritum. 564. voce impediti lucrantur stipendia. 567. præuidere debent quæ dicturi sunt in choro. 591. debent Angelorum imitari puritatem. 40. Angeli sunt mortales. 42. feruidi sunt mysticæ cicadæ 285. imiti priuantur gustu. 61. Ex officio psallentes impetrant vti Ecclesiæ ministri. 310. munere fungantur Legatorum 352. cur dicantur nomine Ecclesiæ orare. 435.

Psallentium error, quando sanctitati non studeant. 354. *Plurium psallentium concordia Deo gratior.* 361. *compositio quanta esse debeat.* 402. *mors pretiosa.* 611. *Psallendi vsus statis horis numquam à Dauide remissus.* 96

Psalmi offerunt Dei laudes perfectas. 50. *in patria à Beatis vsurpandi.* 52. *sunt compendium Scripturarum.* 53. *confirmant fidei dogmata.* 54. *conferunt animæ lumen & gustum.* 58. 172. *sunt noui ob nouitatem affectuum.* 59. *aliquando incipiunt ex abrupto.* 73. *orationem docent.* 86. *orationes præbent iaculatorias.* 87. *sunt thesaurorum fodina.* 124. *pestem auertunt.* 141. *tempore persecutionum apti.* 143. *amissi in captiuitate.* 153. *non ponuntur iuxta seriem rerum gestarum.* ibid. *cantati à Paulo & Sila vincula absoluunt.* 159. *prosunt in necessitatibus.* 160. *sunt Cantica amãtium Deum.* 133. *Psalmorum cantus præstat simplici recitationi.* 570. 575. *dæmonibus displicent.* 162

Psalmodiæ vsus laboriosus est. 563 *torquet dæmones.* 162. *carus Deo.* 562. *perfectionis est instrumentum.* 575. *omnes virtutum actus exercet.* ibid. *est torcular diuini amoris.* 124. *studiosi altiorem gloriæ gradum obtinent.* 116. *Psalmodiæ vsu cessante res mortalium periclitarentur.* 143

Psalmorum liber lex appellatur. 115. *Psalmi sunt diuini Officij maior pars.* xxj. *Psalmus & Hymnus sunt synonyma.* xxij. *Psalmorum materia, forma, & finis.* xxiij. *auctor Dauid.* 5. *numerus.* 46. *origo à Deo.* ibid. *materia sunt diuinæ perfectiones.* 48. *sanctitas & puritas.* 52. *gustus excedit omnem gustum tum Poëtarum tum Philosophorum.* 61. *vsus aliquando superstitiosus.* 160. *verba multos ad Monasterium traxerunt.* 165. *quædam verba dæmonibus terrifica.* 168. 169. *forma est metrica.* 171. *Sacrificium est omnibus facile.* 193. *vis Ecclesiam sustinet.* 194. *diuinum furorem impedit.* ibid.

Psalterij decem chordarum præclara allegoria. 58

Puerorum institutio in Monasteriis. 118

Pulchritudinis vis quanta. 128

Punctatore absente à choro alius suffici debet. 604

Punctatorum obligationes, defectus, & pœnæ. 601

R

Ranarum silentium ad Sacerdotis præceptum. 498

Raptus in contemplatione si verba Psalmorum non proferret, non satisfaceret præcepto Officij diuini. 249

Recitantis conditio obligationem potest augere. 527. *Recitantes ex libro curiositatem vitant.* 470. *Celeres recitãtes fures sunt sacrilegi.* 476. *seuerè à Deo plectendi.* 477. 481. *carent deuotione.* 478. *damna subeunt spi-*

ritualia. 479. *implent saccum diaboli.* ibid.
Redditus Ecclesiastici instituti sunt, vt diuina obeantur Officia. 352
Regina cæli lætare, *&c. quando primùm auditum.* Vide *v. Canticum.*
Regnorum firmitas non à diuitiis aut militibus, sed à Deo. 144
Religiones chori studiosa celebriora Ecclesiæ ingenia & lumina clariora pepererunt. 132. 581
Religiosi sunt custodes vrbium. 146. *Ecclesiam sustinent.* 148. 194. *feruidi lac & oleum à Deo recipiunt.* 105. *tempore calamitatum ad Deum confugiunt.* 149. *frequentiori tenentur orationi.* 356. *negligentiores grauiori puniuntur pœna.* 357. *offerunt diei initium Deo.* 387. *aliquando detinentur ab imaginaria infirmitate, ne surgant ad vigilias.* 391. *maiori tenentur obligatione ad sanctitatem.* 355. *Domum Dei inhabitant ex priuilegio.* 607. *audiuntur psallere post mortem.* 611
Restitutionis onus non dimittitur, nisi cum effectu expleatur. 566
Reuerentia Christi Domini orantis. 561. *Reuerentia est medulla Officij diuini.* 554. *ad* Gloria Patri, & Filio, *&c. debet esse prompta.* 555. *Ethnicorum in Templis & cultu Deorũ quanta.* 559. *Reuerentia Angelorum coram Deo.* ibid.
Risus reuerentiæ & compositioni Ecclesiæ debitæ contrarius. 500. *permittitur aliquando ad vtilitatem.* ibid. *aliquando à dæmone.* 506. *maxima afficit vehementia* 502. *est effectus carnis.* ibid. *est passio Nouitiorum.* 506. *Risus vnius plurimorum risum prouocat* 503. *In ridentes vltio seuera Dei.* 504
Risus Annibalis Carthaginensis lepidus. 184
Rituum reuerentia apud studiosiores. 541. *Ritus minutiores obseruandi.* 433. *Rituum negligentiæ à Deo puniuntur.* 436. *origo, & vis quanta.* 392. *obseruatio à sanctis viris æstimata.* 438. *quanti sit momenti.* 599. *Rituũ vniformitas quanti facienda.* 600. *Rituum omnium non potest assignari causa.* xxv.

S

Sacerdotes idololatræ laicorum redditibus sustentabantur. 353. *apud omnes nationes immunitate gaudebant tributorum.* ibid. *mali à Deo puniendi.* 358
Sacra Scriptura plures continet sensus literales. 55. *magnam possidet vim.* 59. *à mundis corde intelligitur.* 313
Sacrificia antiquorum comprobabat Deus ignis signo. 34. *Sacrificia Deo oblata sunt primùm ab Adamo.* 2. *cur fleantur à sacra Scriptura.* 3
Salue Regina *quãdo compositum.* Vide *v. Canticum.*
Scipionis Africani præclara sententia de solitudinis bono. 425
Scrupuli ad maiorem animi sanctitatem

ditatem aliquando dati. 507. Scrupulus est animi anxietas ex leuibus orta causis. 508. est plurimorum malorum origo. ibid. cum conscientia vnitur erronea. 509. Scrupulus gignit scrupulum. ibid.
Scrupulorum initiis pugnandum. 510 Scrupulosorum iudicium perturbatum ibid. misera istorum conditio. 511. Scrupuli vires debilitant corporis. ibid. Scrupulosi Deo irrogant iniuriam. ibid. Humilitate vincendi scrupuli. 512. ex ignorantia ortum habent. ibid. A scrupulis liberata S. Lutgardis. 511. S. Ignatius Loyola. 513
Sensuum libertas attentioni cordis nocet. 422. mortificatio disponit ad diuinas gratias, & visitationes. 420
Seraphini vnde dicti. 564. proximiores sunt Deo. 349
Seraphinus Firmanus Canonicus Regularis concionator Apostolicus. 45. piissimorum Operum Scriptor insignis. ibid.
Silentij rigor in Templis Paganorum. 488. 493. in Templo Ierosolymitano. 488. 495. apud Monachos Ægypti. 489. custodia est actus Religionis. 490. violatio est graue delictū. ibid. pœna. 491. 498. mirum exemplum in Canonico. 492. in diuo Carolo. ibid. Silentij disciplina in Barbaro. 497. apud Clericos Regulares S. Pauli. 495
Simonides eleganti artificio ostendit Dei ineffabilitatem. 13
Sobrietas victus est virtus religiosa. 388. qualis esse deberet. ibid. Anna matris Samuelis quanta. 389
Societas IESV ex indulto Pontificio est à choro immunis. 580. à S. Ignatio fundata. 513. fidei primordia tradidit Iaponiis. 583. annuos habet secessus. 424
Solitudo cordis ad Deum orandum conducit. 424. Solitudinis bona experiuntur Carthusiani. 422. Solitudo est otium negotiosum. 425. Solitariis loquitur Deus. 426. Solitudinis vtilitates. 103. ratio vera in quo sita. ibid.
Sollicitudo ad res & studia fouet mentis euagationes. 456
Somnolentia comes acediæ. 545. Somnolentiæ lepidus euentus. ibid. Somnolentorum preces sunt cibus diaboli. 546
Spes in Deo nutritur Dauidicis Psalmis. 151. Sperantes orationem frequentant. ibid. Spem in Deo numquam abiecit Dauid 152. Spes quomodo firmanda in Deo. 154. nullam admittit formidinem. 155. non confunditur. ibid. Sperantium in Deo magna felicitas. 456
Spiritus sanctus confert lætitiam 280. & deuotionem. ibid. Dona Spiritus sancti impediuntur à passionibus. 113. obtinentur precibus. 365. Descendit Spiritus sanctus in specie ignis super Apostolos. ibid. & super psallentes pios in choro. 366
D. Stephani mira reuerentia in oratione. 561

Strepitus quilibet vitandi in choro. 495. *quanta diligentia cauebantur à Monachis Ægyptiis.* ibid.
Studiorum occupatio grauis excusat à diuini recitatione Officij. 569. *Studia non excusant à chori vsu.* 570. 585
Studiositas in diuino Officio requisita quæ. 528
Superbi à diuinis reiiciuntur laudibus. 325. *Ob superbiam dæmones eiecti à cælo.* ibid. *Superbia Deo odiosa.* 331. *Superbi Pharisæi reprobatio.* ibid.
Superstitio vitanda in vsu Psalmorum. 160
Syncopatio vitanda in diuino Officio. 528

T

TArditas moderata recitationis inseruit cordis meditationi. 475
Te Deum laudamus, *&c. quando compositum.* Vide *v. Canticum.*
Templa perfectionem acquirunt ex vsu chori. 51. *ad Templum Dauidis votum.* 95. 608. *Templum Dei duplex, cæleste & terrestre.* 111. *vtriusque connexio.* ibid. *Templum est locus proprius diuinarum laudum.* 112. *Templum Salomonis exstructum in Sion.* ibid. *Templorum terrestrium laudes initia sunt laudum cælestium.* 113. *in Templis Paganorum modestia.* 488
Templi Ierosolymitani mirum silentium. ibid. *In Templis etiam Paganorum eiusdem silentij custodia.* 493. *In Templi Salomonis fabrica quies mira.* 495. *Templorum Rectores seuerè puniendi ob cantus profanos.* 520
Tempus nocturnũ orationi aptum. 368. *aurora ab Angelis obseruatum præcipuo cultu.* 385. *Temporum obseruatio est maximi ponderis.* 584. *Temporum ordinata partitio faciliores reddit operationes.* 585. & seq. *Temporum distributioni insidiatur diabolus.* 536. *Tempora orationi assignata.* 538. *Tempus peruertentes à Deo puniuntur.* ibid. *Tempora Horarum Canonicarum temperauit Ecclesiæ benignitas.* 539 *Superiorum obligatio circa temporum obseruationem.* 540
Tepidi Psalmodiam in choro adhibitam detrectant. 348. 377. Vide *v. Acedia.*
S. Teresia Carmelitæ vitæ restitutrix. 93. *scripsit egregia Volumina.* ibid. *contemplationi dedita.* ibid. *in suis Religiosis vigilias tuetur nocturnas.* 382
Terræmotus ingentis ruina. 144
Theatinorum institutio. 25. *pauertas insignis.* 587. *Hymnodiæ assiduitas.* 552
B. Thomæ Cantuariensis mors in choro. 609
Thomas à Kempis miras degustat suauitates in Hymnodia. 106
S. Thomas Aquinas vidit cogitationes psallentis. 458; *choro assiduus.* ibid. 572

V

VAtes Græci quando floruerint. 46. *scripserunt de Deo vilia.* 48

Vesperarum tempus temperatum. 539. *mysteria.* 540
Vestium puritas in ministris Dei. 306
Victoria de hostibus Hymnorum cantu obtenta. 136
Vigilia nocturna custodienda à Regularibus. 370. *Vigilant semper Angeli.* 372. *Vigilias anticipare signum est iustorum.* 383 *Vigiliarum studiosi à Deo dignantur fauoribus.* 385. *Ad vigilias alacres sunt faniores alii.* 392. *Vigilia impediuntur ab onere ciborum.* 388. Vide *v. Nocturna vigilia.*
S. Vincentius Ferrerius à dæmone tentatur circa virginitatis cultum. 405
Vini vsus orationi contrarius. 391 *Vino temperantes Philosophi.* 390
Virginitatem odit diabolus. 405. *Virgines à Deipara diliguntur.* ibid. *à Deo diliguntur præ ceteris.* 406. *Virginitatis singularia priuilegia.* 407. *Virginum preces sustinent Romam.* 410. *à Constantino Magno habentur in veneratione.* 411. *Virginum Zelus insignis.* 409. *Virginum Psalmodia comprobatur visione mira.* 416
B. *Virgo Deipara signum exhibet beneuolentiæ cantantibus* Salue Regina. 34. 366. *Psalmos habuit in deliciis.* 51. *instituit Virginum collegium.* 408. *amorem Dei habuit maximum.* 343. *eius imago sanat infirmos.* 472
Virtutum omnium actus exercet Psalmodia. 575
Voluntas apud Deum reputatur opus. 551
Votum Dauidis solemne Deum laudandi. 16



SVMMA PRIVILEGII.

PHILIPPVS IV. Hiſpaniarum & Indiarum Rex Catholicus,& Potentiſſimus Belgarum ac Burgundionum Princeps , Diplomate ſuo ſanxit, ne quis *Anacleti Sicci Cremonenſis Clerici Regularis S. Pauli de Hymnodiâ Eccleſiaſticâ Libros tres*,præter Balthaſaris Moreti voluntatem vllo modo intra nouennium imprimat, aut alibi terrarum impreſſos in has Inferioris Germaniæ ditiones importet , venaléſve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione Librorum, & alia graui pœna mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ XXIII. Auguſti, M.DC. XXXIII.

Signat.

Steenhuyſe.


LABORE ET CONSTANTIA


Th
2677